This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Tappan Presbyterian Association
LIBRARY

Presented by HON. D. BETHUNE DUFFIELD.
From Library of Rev. Geo. Duffield, D.D.

Geo Duffield
1818



Geo Duffield

BS
1225
.R65

Paschal W. Strong's 1817

843

CLAVIS PENTATEUCHI;

SIVE

ANALYSIS omnium VOCUM HEBRAICARUM ſuo ordine in PENTATEUCHO MOSEOS occurrentium:

UNA CUM

VERSIONE LATINA et ANGLICA:

NOTIS CRITICIS et PHILOLOGICIS adjectis; in quibus, ex Lingua Arabica, Judaeorum moribus, et Doctorum itinerariis, plurium locorum S. S. ſenſus eruitur, novaque verſione illuſtratur.

In uſum Juventutis Academicae Edinburgenae.

CUI PRÆMITTUNTUR

DISSERTATIONES DUÆ;

I. De Antiquitate LINGUÆ ARABICÆ, ejuſque Convenientia cum LINGUA HEBRÆA, &c.

II. De Genuina PUNCTORUM VOCALIUM Antiquitate, contra Clariſſ. CAPELLUM, WALTONUM, MASCLEFUM, HUTCHINSONIUM, alioſque, ex ipſius Linguae Hebræae ejuſque dialectorum indole deprompta.

AUCTORE JACOBO ROBERTSON, S. T. D.
Ling. Oriental. in Academiâ Edinburgenâ PROFESSORE.

EDINBURGI:
Typis R. FLEMING et P. et A. NEILL, Impenſis Auctoris.
M, DCC, LXX.
Proſtant Venales apud A. KINCAID et J. BELL, J. BALFOUR, et W. MILLER, *Edinburgi;* apud E. et C. DILLY, *Poultry,* T. BECKET et P. A. DE HONDT, et T. CADDEL, *Strand,* *Londini,* Bibliopolas.

REVERENDO ADMODUM ET DOCTISSIMO,

SPECTATAE HUMANITATIS VIRO,

THOMAE HUNT, S. T. P.

AEDIS CHRISTI CANONICO,

LINGUAE HEBRAEAE PROFESSORI REGIO,

LING. ARAB. PRAELECTORI LAUDIANO, R. S. S.

LINGUARUM ORIENTALIUM PERITISSIMO,

ADEOQUE

ILLARUM RERUM JUDICI IDONEO ET INTEGRO,

OBSERVANTIAE ANIMIQUE GRATI,

OB SUMMAM QUA SE SEMPER EXCEPIT

BENEVOLENTIAM,

HOC QUALECUNQUE TESTIMONIUM

DICATUM VOLUIT

AUCTOR.

gift
Tappan Med. Ass.
2-23-1932

REVERENDO ADMODUM ET DOCTISSIMO

SPECTATAE HUMANITATIS VIRO,

THOMAE HUNT, S. T. P.

ÆDIS CHRISTI CANONICO,

LINGUÆ HEBRÆÆ PROFESSORI REGIO,

LING. ARAB. PRÆLECTORI LAUDIANO, R. S. S.

LINGUARUM ORIENTALIUM PERITISSIMO;

ADEOQUE

ILLARUM RERUM JUDICI IDONEO ET INTEGRO,

OBSERVANTIÆ ANIMIQUE GRATI,

OB SUMMAM QUA SE SEMPER EXCEPIT BENEVOLENTIAM,

HOC QUALECUNQUE TESTIMONIUM

DICATUM VOLUIT

AUCTOR.

Dff 19-32 Swd

PRÆFATIO.

MIHI diu reputanti, quomodo ad ſtudium linguae Hebraeae juvenes ſacris literis addicti feliciùs faciliùſque ſolito more excitari poſſint, venit in mentem, maximo fore commodo hujus linguae ſtudioſis, ſi analyſis vocum ſuo ordine occurrentium cujuſdam libri hiſtorici conficeretur, quâ linguae ſtudium non oneri, ſed, quantum fieri potuit, voluptati diſcentibus foret. Verum quidem eſt, doctiſſimum Victorinum Bythnerum, clavim linguae ſanctae univerſas voces Pentateuchi ſententiis biblicis comprehendentem, 8vo, anno 1648, Cantabrigiae ediidiſſe: Sed haecce clavis vocabula tantùm 485 continet, et difficiliora verborum tempora perſonaſque omnino omittit; ita ut parùm commodi tyronibus inde ſuppeditetur, rariuſque jam hicce liber inveniri poſſit.

Hâc de causâ, primùm ad analyſin uniuſcujuſque vocis in libro tantum Geneſeos occurrentis conſcribendam, noſmet accinximus; quumque tertiam ferè partem libri hoc modo ad analyſin revocâſſemus, totum Pentateuchum eodem modo percurrere, et loca difficiliora quibuſdam notis criticis et philologicis illuſtrare, nobis in animo fuit.

Novimus quoſdam exiſtimare talem clavim juvenes ignavos et ſocordes redditurum: Sed nos, per aliquot annos, profectum ſtudioſorum in

in hâc linguâ ope lexici, praecipuè ubi tantum radices extant, operae a nobis et ſtudioſis impenſae non omnino reſpondiſſe, perſenſimus. Fatemur enim nos totos eſſe in hoc, ut ſtudium hujus linguae magis magiſque facilè redderemus, immo, ſi poſſemus, decuplo facilius reddere, nos non omiſſuros ; quia ſtudium linguarum per ſe haud jucundum, et ſuperioribus temporibus, ob defectum adminiculorum, tam difficile fuerat, ut ferè inacceſſum, et intèr doctos pauciſſimi linguam Hebraeam callerent.

Maximi quidem momenti eſt, ut tyro Hebraeus notitiâ naturae et indolis linguae imbuatur : Qui enim auctores grammaticè non intellexerit, is nunquam genuinum ſenſum ullius linguae eruere et enucleare poterit. Analogia quippe linguae ritè perſpecta ad veram criſin exercendam idoneos reddit ; nulluſque bonus criticus eſſe poteſt, qui non fundamenta et inſtitutiones grammaticae probè perſpexerit.

Notum eſt omnibus qui linguarum orientalium non planè prorſus ignari ſunt, maximam difficultatem eſſe etiam ſtudioſis grammaticae praeceptis mediocriter imbutis in radice inveſtigandâ : Ea enim eſt indoles non tantum Hebraeae, ſed etiam Chaldaicae, Syriacae, et Arabicae, ut non tantum pronomina poſſeſſiva, ſed etiam particulae inſeparabiles, tum nominibus tum verbis conjungi ament ; ita ut maxima difficultas tyronibus in hiſce linguis ediſcendis hinc oriatur.

Hanc difficultatem remotum iri ſperabamus, ſi Pentateuchum, ope clavis hujus reſeratum,

ſtudioſi haberent; et nobiſmet ſaepius gratulati ſumus, ex incepto hoc opere, quod uſus hanc noſtram conjecturam comprobaverit: Prelo enim varias ob cauſas lentiùs currente, per tres annos elapſos, ſtudioſis qui praelectionibus noſtris in Geneſin interfuerunt clavi hâcce ſubminiſtratâ, progreſſus diſcipulorum ejus ope laeti perſpeximus: Quod omen fauſtum videbatur, hancce clavim multis in hâc palaeſtrâ uſui futuram eſſe.

Sed nunc progrediendum eſt ad methodum oſtendendam, quâ in hâcce clavi perficiendâ uſi ſumus.

1*mo*, Analyſin cujuſque vocis ſuo ordine occurrentis exhibuimus. In primis vero duodecim capitibus, varias perſonas, diverſa tempora verborum, varios caſus, cum nominum tum pronominum, naturamque et indolem particularum Hebraearum, oſtendimus.

In ſequentibus vero capitibus, non neceſſe viſum eſt unamquamque perſonam cujuſque temporis adjungere, ubi omnia erant plana et perſpicua; tempora enim, et perſonas difficiliores, tantum ad analyſin revocavimus.

Quod ad mutationem punctorum, parciùs egimus, ne nimis prolixi eſſemus; ſed tyrones ad regulas huc ſpectantes in noſtrâ grammaticâ remiſimus.—Praeterea, non opus eſt ut tyro Hebraeus, de hâc re in rudimentis linguae addiſcendis, nimis ſit ſollicitus; haec enim uſu et praxi faciliora evadent.

Non tantum analyſin partium orationis, ſed etiam floſculos, et integras loquendi formas, apud orientales uſitatas, indigitare conati ſumus.

Primarias

Primarias vocum ſignificationes praecipuè enucleare, ſummâ induſtriâ elaboravimus, et quomodo variæ metaphoricæ pullulârint ut oſtenderemus, operam dedimus.—Quantum in hoc difficili ſtudio profecerimus, viri docti judicabunt *.

Linguae orientales compoſitionem verborum cùm praepoſitionibus ignorant; cujus vera cauſa videtur eſſe, ut ſimplicitas et analogia linguae melius conſervetur. Utuntur tamen orientales praepoſitionibus cum verbis, ſed ſeparatim praemiſſis vel adjectis; et hinc genuinus fons plurium variarum ſignificationum, quae plurimis verbis ſubeſſe videntur, ita ut eadem vox varia ſignificare videatur; quum reverà, ſi propria ſignificatio examinata fuerit, convenientia cum primariâ facillimè patebit.

In hiſce primariis ſignificationibus enucleandis, non tantum loca parallela ubi eadem vox occurrebat,

* Multos Hebraiſmos, et in ſingulis verbis, et in formulis loquendi, retinuimus; tum quia in quibuſdam maxima ſit emphaſis, quae nullo alio idiomate poſſit ſatis commodè explicari; tum etiam, quoniam ipſi Apoſtoli Graecè ſcribentes, et doctiſſimi quique eorum interpretes, iis, tanquam gemmis quibuſdam, ſcripta ſua exornârunt. Quaedam ſententiae non poſſunt in aliam linguam, pari cum gratiâ, venuſtate, elegantiâ, vi, majeſtate, ſplendore, transferri. "Sic cenſeo, (inquit J. Caeſar Scaliger, exercit. 294.) "Venere proprio quaſique nativo cujuſque linguae decore foveri "ſententias quaſdam, ſubnixaſque certis, ut ita dicam, idiotiſmis "fulturis ſuſtineri, quas in aliam quaſi coloniam ſi deducas, iidem "ſanè ſunt cives, ſed gratiam priſtinae commendationis non retinebunt. Sunt pigmenta quaedam Hiſpanicae argutiae, Tuſcae eloquentiae, Gallicae veneris, Germanici impetûs; quae, "ſi cum exteris commutentur, ſenſus quidem manet, flexus tamen commenſuſque, vel verborum vel numerorum, amittit "vegetum nitorem illum, illamque lucis elegantiam, quibus eminebant in auribus indigenarum. Ita, exempli gratiâ, haec "Hebraicè ſonantia, *bonum in oculis, in ore gladii, cornu gloriae, "cornu ſalutis, verbum Domini apponere ad cor ſuum, cor apponere "ad divitias*, ſignificantiora ſunt, quam ut aliarum linguarum "idiotiſmis ex aequo ſatis reſpondeant."

occurrebat, ope Concordant. Hebr. doctiſſimi Calaſii examinavimus, ſed etiam linguas orientales, Hebraeae linguae dialectos, conſuluimus, ut inde harmoniam et convenientiam variarum ſignificationum cum primariâ perſpiceremus. Exempla horum videbit lector per Clavim; vid. num. 1347, 1738.

2do, Quoniam quidam viri docti, nullam veram affinitatem inter linguam Hebraeam et Arabicam intereſſe, acriter contendunt, etiamſi linguae Arabicae planè ſint rudes, radices Arabicas, linguae Hebraeae, tum ſenſu, tum ſono, literiſque convenientes, Hebraicis radicibus ſubjecimus, ut unuſquiſque ſuis oculis hancce affinitatem perſpiciat: Plureſque loquendi formas Hebraicas ex Arabiſmo illuſtravimus. Nullamque eſſe religionem nobis mutuari, tum a Rabbinis, tum a Mohammede, Arabibuſque, quae loca Veteris Teſtamenti obſcuriora illuſtrare valeant, agnoſcimus, quemadmodum a Celſo, Marco Antonino, caeteriſque Novi Foederis hoſtibus, illa quae lucem in loca difficiliora diffundere poſſint, critici mutuati ſunt: Fas eſt enim hic et ab hoſte doceri.

In hâc re, tum doctiſſimorum Rabbinorum, uti Aben Ezrae, Rabbi David Kimchi, et Rabbi Solomon Jarchi, tum eruditiſſimorum Chriſtianorum, Bochartorum, Pocockiorum, Schindlerorum, Hydiorum, Schultenſiorum, et aliorum quorum nomina apud omnes literaturae orientalis ſtudioſos jure ſunt celeberrima, veſtigia preſſimus.

3tio, Quaſdam notas criticas et philologicas ad varia loca difficiliora, tum Pentateuchi, tum

aliorum

aliorum librorum Veteris Teſtamenti, obiter occurrentium, illuſtranda, partim ex antiquitatibus Judaicis, partim ex antiquis verſionibus, tum ex virorum doctorum commentariis, erutas ſubjecimus, quibus, uti decebat, ſuas laudes tribuimus, gratiaſque meritò habuimus egimuſque. Religio hic eſſet, Bochartum, Schultenſium, Vitringam, Clericum, Lightfootum, Relandum, Carpzovium, Olaum Celſium, Michaëlem Gottingenſem, Venemam Groningenſem, Schroëderum Franaquaerae, profeſſores eruditiſſimos, Louthum doctiſſ. praeſulem Oxonienſem, verae critices facilè principem, non memorâſſe.

4*to*, Varia loca illuſtrare tentavimus ex hiſtoria tum civili, tum naturali, et praecipuè ex itinerariis doctorum, qui olim et nuper regiones orientales peragrârunt.—Hic maximè eruditiſſ. Bocharti, doctiſſ. Schaw, in eruendis veris nominibus multorum animalium, clariſſ. Celſi et Haſſelquiſt in indagandis multarum plantarum nominibus, et aliorum operâ uſi ſumus. Auxilium etiam in quibuſdam locis a medicis, praecipuè a celeberrimo Mead, grati accepimus.

In quibuſdam etiam locis, varias lectiones clariſſ. Houbigant, in Bibliis a ſe editis, examinavimus; plurimaſque temerè ſine auctoritate cujuſvis MS. eum protuliſſe, necnon in aliis textum Hebraeum correxiſſe et emendâſſe, contra auctoritatem dialectorum linguae Hebraeae, auſum eſſe, indigitavimus: Qui enim textum Hebraeum emendare aggreſſi ſunt, imperiti harum dialectorum, ignorantiam in ſuis animadverſionibus

ndunt. Neceſſe enim eſt ut talis cri-
nitione dialectorum orientalium imbu-
Ignarus enim ſaepiſſimè ea corrigit,
aximè naturae harum linguarum con-

Porro, verſionem tum noſtram, tum La-
eâ verecundiâ et cautelâ quâ decebat,
are tentavimus. De omnibus hiſce, viros
rogatos velimus, ut aequo animo et can-
judicent, noſque errantes admoneant, et
ra doceant.

o, Uti clariſſ. Danzius et doctiſſ. Schulten-
Hebraeos unam tantùm conjugationem ha-
ſe, jure contendunt, ob hanc perſpicuam
ionem, quod omnes verborum diverſae ſpe-
s ſeu modificationes, quae vulgo aeſtimantur
tidem diverſae conjugationes, quod ad termi-
itionem et ſyllabam finalem, reverà eodem
iodo conjugantur: Nos itaque in hâcce Clavi,
'ahal ſive Kal primam ſpeciem, Niphal ſecun-
dam, Pihhel tertiam, Pyhhal quartam, Hiphil
quintam, Hophal ſextam, et Hithpahel ſepti-
mam ſpeciem, nominavimus; de quâ re moni-
tum lectorem volumus, nequa ei inde oriretur
difficultas *.

7mo,

* Obſervandum, Vet. Grammaticos ſumpſiſſe pro paradigmate פָּעַל Arab. فعل *fecit*, quod induxit, praeter mediam gutturalem, quandam confuſionem, propter difficultatem pronunciationis gutturalibus propriam. Ex hocce antiquo paradigmate radix ſive prima ſpecies vocata fuit Pahal, ſecunda Niphal, tertia vero Pihhel, quarta Pyhhal, quinta Hiphil, et ſic de caeteris. Error virorum doctorum hinc fluxiſſe videtur, quod exiſtimaverunt diverſas ſpecies, vel genera verborum, eſſe diverſas conjugationes, cum reverà aliter ſeſe res habeat: Ut natura verborum Hebraeorum melius concipi poſſit, ob oculos quiſque ſibi proponat ſpecies verborum,

7mo, Abſolutâ hâcce Clave, diſſertationem, tum de antiquitate tum de intimâ affinitate linguae Arabicae cum Hebraeâ, neceſſe duximus, uti praefigeremus, ut hi, qui veritatem amplecti cupiunt, hancce antiquitatem et affinitatem haud temerè a nobis affirmatam eſſe, videant: Necnon, ex hiſtoriâ linguae ſcriptioniſque Arabicae, puncta vocalia etiam extitiſſe apud Hebraeos a tempore illo, quo uſus exarandi literas apud eos invaluit, oſtendere conati ſumus.

Communis hominum ſenſus, procul dubio, theologum, illam linguam, quâ primitus Deus homines alloqui dignatus eſt, intelligere et callere debere, planè docet dictatque: Cum enim theologiae cultura eſt aſſiduum verbi divini cum diſcendi tum docendi ſtudium, hunc in finem inſtituta, uti cognitam ex eo vitae viam et ingrediamur ipſi, et aliis commonſtremus; certiſſimum eſt, nihil utilius, nihil aequè neceſſarium theologiae feliciter auſpicandae, nullam denique ſtudiorum partem eſſe, quae ad optimè intelligendas ſacras literas plus momenti adferre poſſit, quam linguarum originalium notitiam. Quocirca, quicunque veram theologiam diſcere cupiunt, iſtos praecipuè linguarum ſtudio probè inſtructos eſſe oportet, ut ex ipſis fontibus ſuam doctrinam hauriant.

Linguam vernaculam cuique ſtudioſo ſedulo excolendam eſſe ſana ratio docet; et praeter hanc,

rum, *i. e.* diverſas modificationes ejuſdem verbi apud Latinos: Obſervatio enim harum naturae et indolis hic quicquid obſcurum facilè diſpellet. Latini enim varias verborum, *i. e.* diverſas ejuſdem verbi modificationes, aequè ac Hebraei, aſſumunt: Habent enim illi formas frequentativas; ut dicto, et dictito, a dico; geſto, geſtito, a gero. Vid. Gramm. noſtr. p. 107. 109.

hanc, Latinam, Graecam, et Hebraeam, ejuſque dialectos, ita prius requiri, ut in ſtudio theologico, ſine illarum cognitione, nihil magnum, nihil eximium, vel ſperari vel exſpectari queat.—Planè patet enim, ex ſcripturâ docendum, ex ſcripturâ diſputandum, ex illâ quaeſtiones ſolvendas, caeteraque munia paſtoris fidelis perficienda eſſe. Denique, ut juriſconſulti ſine lege loqui erubeſcunt, ita etiam, immo vero multo magis, theologos ſine ſcripturâ vel os aperire nefas eſt: Nam, ſive in ſcholâ, ſive in eccleſiâ Chriſti doceant, ſive ſcripturam interpretentur, non alia quam Θεω λογια, Dei oracula, ſeu eloquia, ipſos eloqui oportet *, 1 Pet. iv. 11. Et cum a Dei verbo, bene intellecto, tota verae et purae theologiae cognitio pendeat, neceſſitas notitiae linguae Hebraeae tanta eſt, ut nemo hujus linguae imperitus tuto et inoffenſo pede in ſcripturae ſacrae interpretatione progredi poſſit. Tot enim emphaſes, totque loquendi modi, multaque alia in unaquâque linguâ, quae in aliam transfuſa (inſtar generoſi vini ex uno in alterum cadum effuſi) vim et vigorem ſuum amittunt. Multae praeterea obſervationes tex-

* Hoc etiam paſtori ad ſcripturam interpretandam, formandaſque conciones, plus poteſt, quam lectio omnium voluminum practicorum quae ſunt ſub univerſo ſole, id quod expertus ait (Perizonius) bonâ fide teſtor. Vid. Periz. de *rat. ſtud. theol.* p. 541.—" Ego ipſe (ſcribit Lutherus) eam ob cauſam odi meos libros, " et ſaepe opto eos interire, quod metuo ne morentur lectores, " et abducant a lectione ipſius ſcripturae, quae ſola omnis ſapien- " tiae fons eſt; ac terreor exemplo ſuperioris aetatis. Poſtquam " enim in hominum commentarios inciderunt, qui ſacris ſtudiis " dediti erant, non ſolum plurimum temporis in lectione veterum " theologorum conſumſerunt, ſed etiam tandem occupati ſunt in " Ariſtotele, Averroe, et aliis, ex quibus poſtea nati ſunt Thomae, " Scoti, et ſimilia portenta." Vid. Luth. comment. in Gen. c. xix.

tum accuratè legenti ſponte offerunt, quarum nec vola nec veſtigium in verſione apparent.—Cumque Veteris Teſtamenti cognitio Chriſtianis ad Novi Teſtamenti juſtiorem et pleniorem notitiam ſit admodum neceſſaria, planè linguae Hebraeae accuratam cognitionem neceſſariam eſſe patet; abſque hoc enim fieri nequit, ut ejus ſenſus inveſtigare poſſimus: Quicunque enim verſioni ſoli innititur, non tam ſuis videt oculis quam alienis. Interpretes enim ſaepius in diverſas abeunt ſententias, quum linguae Hebraeae inſpectio et peritia litem facillimè dirimeret; nulluſque textûs Hebraei ignarus varias virorum doctorum ſententias dijudicare poſſit. Hinc patres, exceptis ferè Origine et Hieronymo, linguae Hebraeae rudes, etiamſi viri in omni doctrinae ac ſcripturae genere verſatiſſimi, ingeniique acumine et ſcientiâ theologicâ inſtructi, miras et ridiculas quaſdam tamen interpretationes, ex Hebraearum literarum ignorantiâ, protulere.—Patres primitivae eccleſiae, Chryſoſtomus, Auguſtinus, et Hieronymus, tum utilitatem tum neceſſitatem notitiae linguae Hebraeae planè declarârunt *.

Doctiſſimi

* Chryſoſtomus, etiamſi ipſe linguae Hebraeae rudis, cum de utilitate tum de neceſſitate ſtudii literarum Hebraicarum diſſerit in oratione, in quâ de Veteris Teſtamenti obſcuritate agit; quod Latinè verſum ſic eſt,—"Non habemus (ait Chryſoſtomus) nativo idiomate ſcriptum apud nos Vetus Teſtamentum, ſed aliâ quidem linguâ compoſitum eſt, aliâ nos id legendum habemus, ſiquidem a principio Hebraico idiomate conſcriptum eſt; nos autem linguâ Graecâ expreſſum accepimus: Cum vero in alteram linguam interpretatione tranſlatum fuerit, maximam habet difficultatem; atque hoc probè noſcunt quicunque multas linguas callent, fieri non poſſe, ut pari perſpicuitate ſententias omnes ex nativâ ſuâ linguâ in alteram interpretando transferamus."

Pater

Doctiſſimi inter pontificios, in ſacræ ſcripturæ interpretatione, cum utilitatem tum neceſſitatem cognitionis linguae ſanctae agnoſcunt. Frater Aloyſius Cutaneus, Tridenti in Concilio ſententiam ſuam de Bibliis Latinis dicturus, addebat: "Cardinalem Cajetanum dicere ſolitum, eum "qui Latinum ſolummodo textum (addere liceat lectori, Anglicum, Gallicum, etiamque "Germanicum) intelligit, dici non poſſe infallibilè Dei verbum intelligere; talis enim, "inquiebat, ſolummodo intelligit vocem interpretis qui erroribus obnoxius eſt, referente "Amamâ in Antibarb. Bibl. *lib.* 1."——Hinc veteres dixerunt, Hebraeos bibere ex fontibus, Graecos ex rivulis, Latinos ex lacunis. Eruditiſſimi Eraſmi judicium graviſſimum de hâc re adſcribi meretur, ad N. T. et ad 2 Cor. viii, ubi in Thomam Aquinatem invehitur, "Prae-"ſtabat,

Pater Auguſtinus qui ipſemet, licet ignarus linguae Hebraeae, rei tamen veritate adactus, ſic ſcribit,—"Latinae linguae homi-"mines duâbus aliis ad ſcripturarum divinarum cognitionem ha-"bent opus, Hebraeâ *ſcil.* et Graecâ, ut ad exemplaria praece-"dentia recurratur; ſi quam dubitationem attulerit Latinorum "interpretum infinita varietas." Vid. Auguſt. de doctr. Chriſt. *Lib.* II. *cap.* 11.——Sic Divus Hieronymus in expoſitione Koheleth: "Neceſſitate compellimur ut crebrius quam volumus de verbis "Hebraicis diſſeramus; nec enim poſſumus ſenſum, niſi eum per "verba diſcamus."—Et in Zechar. *cap.* viii. "Cogimur ad He-"braeos recurrere, et ſcientiae veritatem de fonte, magis quam "de rivulis, quaerere."——Origines, teſte Hieronymo, tam conſcius fuit neceſſitatis cognitionis linguae Hebraeae, ut jam grandaevus, contra naturam aetatis et gentis ſuae, Hebraicè didicit. Vid. Hieronym. in Catalog. Script. Eccleſ. tom. I. p. 129.

Solebant optimi patres, in locis Veteris Teſtamenti difficilioribus, Judaeos quandoque conſulere, ut teſtatur ipſe Hieronymus in apologiâ adverſus Ruffinum: "Ipſe Origines, et Clemens, et "Euſebius, atque alii complures, quando de ſcripturis aliquâ diſ-"putant, et volunt approbare quod dicunt, ſic ſolent ſcribere; "*Referebat mihi Hebraeus; et audivi ab Hebraeo; Hebraeorum iſta* "*ſententia eſt.*"

ſtabat, inquit, aliquando minus Ariſtotelicum eſſe, quam hoc carere (cognitione linguarum) adminiculo; additque, ne doctiſſimos quidem abſque periculo lapsûs interpretari poſſe divinas literas citra linguarum peritiam." Idem celeberrimus Eraſmus, in enucleatione illius adagii, "Illotis manibus vel pedibus, audaciam eorum qui theologiae ſtudium, linguae Hebraeae et Graecae rudes, aggrediuntur, more ſuo acriter ſtringit *." Linguarum inſtauratoribus ſanae religionis ſtaurationem ipſam ex parte debemus; iis uippe ex atrae caliginis, ubi delituerant, veribus erutis, mirum quantum luminis ſacris uòque literis acceſſerit, unde deinceps purior ıeologia ex ſolo Dei verbo conſcripta, in ecesiis et ſcholis doceri coepit.—Hinc Cimmeriae tenebrae

* "Illotis manibus vel pedibus proverbium (inquit Eraſmus) rectè interpretatur in eos, qui vel audacius, vel parum inſtructi, rebus his, quibus oportuit, negotium invadunt; veluti ſi quis divinas literas interpretari conetur, Graecae, Latinae, et Hebraeae linguae, denique et omnis antiquitatis rudis et imperitus, ſine quibus non ſtultum modò, verò etiam impium eſt, theologiae myſteria tractanda ſuſcipere. Quod tamen, heu nefas! jam paſſim plerique faciunt, qui frigidis aliquot inſtructi ſyllogiſmis, et puerilibus ſophiſmatis, Deum immortalem! quid non audent! quid non praecipiunt! quid non decernunt! Qui, ſi poſſint cernere quos riſus, vel potius quem dolorem, noveant linguarum et antiquitatis peritis, quae portenta proerunt, in quam pudendos errores ſubinde prolabuntur, nimium puderet illos tantae temeritatis, et vel ſenes ad prima lierarum elementa redirent. Proinde Divus Hieronymus, quum onſtituiſſet arcanas interpretare literas, ne illotis, ut aiunt, edibus, rem tantam aggrederetur, quaeſo, num ſophiſticis nuis inſtruxit ingenium? num Ariſtotelicis decretis? num his tiam nugacioribus nugis? Minimè. Quid igitur? Ineſtimaili ſudore trium linguarum peritiam ſibi comparavit, quarum ui ignarus, non theologus eſt, ſed ſacrae theologiae violator, verè, manibus ac pedibus illotis, rem omnium maximè ſaam non tractat, ſed profanat, conſpurcat, violat."

tenebrae horrendae ſuperſtitionis depulſae ; hinc Judaeorum ſomnia et Rabbinicae ineptiae fugatae ; et tot praeſtantiſſimorum ingeniorum pertinaci ſtudio et improbo labore, veritas, religio, et etiam ipſa ſcriptura ſacra, antea occluſa, reſtituta, et reſtaurata a viro illo venerando Luthero, aliiſque quorum memoria apud ſeros nepotes in magno pretio erit *.

Etiamſi magnus Lutherus, aliique, omni ſuo niſu ſtudium linguae Hebraeae et Graecae theologiae conſultis commendaverant, cum utilitatem tum neceſſitatem harum iis inculcaverant ; tamen ut ingenioſa eſt inertia et ignavia, etiam ſeculo elapſo a variis objici ſolebat, non videri ſibi operae pretium, ut tantum temporis et laboris grammaticae Hebraeae impendatur. " Excipiunt vulgo (ait Opitius) quidam, verſiones " hodie exſtantes, quae utique ex ſtudio lin- " guarum

* " Meritò (inquit doctiſſ. Mercerus) Hebraiſmorum ignoran- " tiam horrendos errores in eccleſiam invexiſſe ; experientiâ enim " comprobatum eſt, ipſum humanae conditionis hoſtem, nefarii " ſui voti, quo eccleſiam Jeſu Chriſti omnis erroris et corruptionis " tenebris involvere conabatur, citius compotem fieri non potuiſſe, " quin prius infandum hoc monſtrum, craſſiſſimam barbariem, et " linguarum orientalium ignorantiam, introduxiſſet ; nec citius " peſtiferam illam et pernicioſiſſimam luem e domo Dei expur- " gari potuiſſe, quin prius horrendi iſtius monſtri, cujus excre- " menta et vomitus ſuperſtitionis alimentum erant, jugulum pe- " teretur."—Notitia linguae Hebraeae viam inſtaurandae puriori religioni ſtravit : Clementiſſimus enim Deus, orbis chriſtiani miſertus, optimum virum Johannem Reuchlinum, Capnionem vulgo dictum, excitavit, qui Conradum Pellicanum, Sebaſt. Munſterum, alioſque ſocios et ſucceſſores habuit, qui circa finem decimi quarti, et initium decimi quinti ſeculi, frementibus prorſus linguarum originalium ignaris monachis, floruerunt. Literarum humaniorum ſtudium jam ſequitur, quibus eruendis, et in lucem producendis, Gulielmus Budaeus, Robertus et Henricus Stephanus, Eraſmus Rotterodamenſis, Philip. Melancton, Graecae Latinaeque linguae, ut et philoſophiae ſtudium renovatum, ſedulo operam dederunt.

"guarum meliores expectandae non ſunt, fa-
"cilè ſufficere poſſe, nec adeo ſuperſtitiosè tex-
"tum Hebraeum et Graecum venerandum eſſe:
"Siquidem in apicibus literarum, aut ſono vo-
"cabulorum, reapsè vis alicujus ſermonis ſita
"non ſit, ſed in eo cujus literae et voces ſunt
"ſigna."

Huic objectioni reſpondetur, ſacrum codicem eſſe ſcripturam omniſcii nulliqu̇e errori obnoxii Dei; verſiones vero eſſe ſcripta hominum, qui labi facilè ex errore poſſint. Qui vero nôſſe cupit verbum Dei, ut ab auctore Deo fuit ortum, purum putumque, is illud non leget aut intelliget, niſi in eâdem linguâ quâ a Deo primitùs eſt promulgatum.

Multa verſionibus deberi fatemur, ait Hottingerus, non tamen plura quam quibuſdam aliis commentariis, humanâ induſtriâ elaboratis; habeant illa, et retineant laudem ſuam, ſalvis interim et illibatis fontibus, quorum examen V. D. miniſtro commendare debet: 1. Emphaſis verborum, quae major ſaepe in originali textu, quam uno et altero interpretum vocabulo, quâcunque aliâ linguâ exprimi queat. 2. Verſionum diſcrepantia, in quâ vel enucleandâ vel conciliandâ, una haec omnibus praeſtat cynoſura. Valde itaque errant, qui ex verſionibus tantum ſapere volunt, aequè ac ſi quis Livium, Ciceronem, aut Horatium, Latinae linguae ignarus, ex Anglicâ vel Gallicâ verſione exponendos, et in rebus dubiis judicium de mente auctoris ferendum ſuſciperet, nae ille ſe ridiculum eſſe omnibus oſtenderet. Et in ſcripturâ ſacrâ,

in

in Dei verbo, in rebus ad ſalutem hominum aeternam pertinentibus, ubi gravius eſt erroris periculum et irreparabile damnum, ex verſionibus ſapere, alios docere et judicare, ſuſtinemus *.

Sunt vero alii qui Hebraeae linguae peritiam non cuivis paſtori pagano, ſed theologis academicis, aut majorum civitatum verbi miniſtris, neceſſariam eſſe contendunt, non Hebraicè ruſticis, ſed vernaculè, praedicari verbum Dei. "Verùm, quaeſo, (ait doctiſſ. Schudt) annon "eadem Dei voluntas ruſticis, et minorum op-"pidorum incolis, quae majorum urbium civi-"bus, annuntianda? Unde vero certiùs Dei "voluntatem hauries, quam ex ipſius Dei ver-"bis? Nec Latina nec Graeca auditoribus prae-"dicantur,

* Hiſce reſpondet ſummus Melancton, quum ait, "Scriptura "non poteſt intelligi theologicè, niſi prius intelligatur grammaticè;" et in oratione ſuâ, ait, "Vera eccleſia eſt grammatica "interpres divini ſermonis." Si quis bonus fuerit Grammaticus Hebraeus, (cave eum tantum intelligas, qui literas aegrè numerare, et vix radicem inveſtigare poteſt), eo ipſo, eruditorum calculo, bonus eris theologus. Vid. *Hotting. diſſert. lex. harm. praefix.* —"Eccleſia (inquit doct. Chemnitius) tantum debet eſſe grammatica, *i. e.* non debet fingere res novas, aut nova dogmata "gignere, ſed ea, quae a Spiritu Sancto tradita ſunt, debet diſcere, ex genuinâ vocabulorum ſignificatione; et poſtea oſtendemus, neglectum verae grammaticae omnium errorum fuiſſe "fontem." Vid. *Chemnit. opp. theol.* par. II. p. 217.—"Scio, "(ait modeſtus Melancton) me vix primis labris deguſtâſſe literas Latinas, Graecas, et Hebraeas; ſed tamen hoc ipſum quod "didici, quantulumcunque eſt propter judicium de religione, "omnibus mundi regnis, omniumque opibus, longè antepono. "Quod eo dico, ut cum mihi et aliis qui parum didicimus, ad "cognitionem hanc exiguam doctrinam plurimum prodeſſe, et "ipſi ſperetis magnum vos operae pretium facturos, ſi linguas "mediocriter didiceritis." Idem Melancton de Luthero ſic tradit: "Lutherus, reverendus ille vir, quam graviter nos ſaepe ad linguarum ſtudia hortatus eſt, et negligentiam ſtudioſorum caſtigavit!" Addit Melancton: "Lutherum vidiſſe ad veterem "barbariem reducendam magis compendiariam viam non eſſe, "quam ſi ſtudia linguarum interirent."

“ dicantur, quae nemo tamen ſanus ob id ne-
“ gligenda judicabit, niſi qui paſtorem ruſticis
“ ſcientiâ et doctrinâ parem voluerit *.”

Porro, utilitas et neceſſitas cognitionis linguae Hebraeae apparet, quia Novum Teſtamentum, niſi a linguae Hebraeae perito, non bene intelligi poſſit; nam ſcriptores Novi Foederis in Graeco ſtilo quo uſi ſunt, multum hebraiſant. Et graviſſimae cauſae ſunt, cur aliter facere nec potuiſſe nec debuiſſe oſtendant: Hebraei enim erant natione, unde fieri non poterat, quin illis vernaculae linguae idiotiſmi adhaererent: Hebraeamque ſcripturam, ejuſque Graecam verſionem, quae Hebraiſmis referta eſt tota, lectitabant. Accedebat, quod eos ita ſcribere oportuerit, ut ipſorum lectores ad evolvenda

* “ Non raró excipiunt (inquit doctiſſ. Waſmuthus) ſe velle
“ tantum paſtores ruſticanos fieri. Ad quod igitur ſibi illa lingua-
“ rum ſacrarum ſtudia, ruſticis utique profitenda? Quos vero i-
“ dem vir doctus acriter pro more ſuo excepit, eâdem operâ illi,
“ boves et ignavum pecus citius, quam paſtores futuri, omni-
“ bus liberalibus ſtudiis et logicae et metaphyſicae, ipſique lin-
“ guae Latinae (quod et jam proximè exſpectatur) nuncium re-
“ mittere poſſent, cum et eâ non magis apud ruſticos ſuos ſint
“ profeſſuri. Ex hâc jam vero deplorandâ, immo deteſtandâ, ig-
“ naviae προφαστει, ut ſi quid tentent aliqui, nihil atrocius cave-
“ ant, quam nè ultra radicis inveſtigationem promoveant pigri:
“ Nam nec praepoſitos ſuos, aut ſuperintendentes *magnos doctores*,
“ aliquando plura didiciſſe dicunt, quales ipſi vix futuri ſint.
“ Ut interim vero videmus ſubinde tales ſocios et fratres igno-
“ rantiae, meros poſtillatores, vix literas Hebraeas ſatis doctos,
“ nihilominus ſupremas deinde affectare quaſque dignitates, et,
“ quod ſi etiam theologicas aliquando profeſſiones, qui alios tunc
“ meliora doctos, omnibus premunt modis, nè ſint, qui ipſos de
“ imperitiae profeſſione dejecturi metuantur, *&c. &c.*”

“ Qui vero non navant (inquit doct. Perizonius) operam lin-
“ guis Hebraeae, Graecae, et Latinae, caeteriſque ſcientiis, quae
“ neceſſariae ſunt ad pleniorem ſacrarum literarum cognitionem,
“ non theologi, ſed mataiologi, et vaniloqui, ſcioli, qui de rebus
“ ſacris garrire poſſint, ſine intelligentiâ, quales Paulus deſcribit,
“ 1 Tim. *cap.* i. *ver.* 5, 6, 7. et *cap.* vi. *ver.* 3, 4, 5.”

venda prophetarum oracula adducerentur, horumque dictioni paulatim aſſueſcerent *. Quid, quod talem ſtilum, quem et Hebraei et Graeci faciliùs intelligerent, promovendae veritatis et evangelii ratio tum poſtulabat? Nam, ut rectè judicat eruditiſſimus Heinſius in *Exercitat. Sacr.* ad N. T. *Lib.* III. *c.* 19. " Stupenda Dei pro-" videntia linguâ uti voluit peculiari, quam et " Graeci intelligerent, qui voces proprias ag-" noſcerent; orientales autem, propter phraſes " ac idiotiſmos ſuos, facilè addiſcerent." Denique, cum evangelii doctrinam, Hebraeis literis proditam, Graeco ſermone exponerent, mirandum non eſt, hunc ſaepiuſculè Hebraeam phraſin redolere. Vid. Periz. p. 239. ubi ſupra.

Ad antiquitatis autem Hebraicae notitiam, requiritur ante omnia accurata linguae Hebraeae peritia, quae digito indice ſaepius monſtrat antiquitates, quas in verſionibus codicis ſacri nemo obſervat: Peritiâ enim hujus tot antiqui ritus eruuntur, tot dicta ſolvuntur, tot difficultates enodantur, tanta ſcripturam legentibus lux linguâ hâc accenditur, ut, abſque eâ, nodi plerumque non ſolvantur, ſed ſcindantur: Cujus rei veſtigia in patribus eccleſiæ primitivæ,

* " Ut Hebraiſmos permiſcerent (inquit Beza, in *cap.* x. Act.) " non modo haec cauſa fuit, quia Hebraei erant, (potuiſſet enim " Spiritus Sanctus hoc quicquid erat in ipſis emendare, ſi diſpli-" cuiſſet), ſed quia, cum de iis rebus diſſererent, quae Hebraicis " literis erant traditae, neceſſe fuit multa retinere, nè doctrinam " quampiam novam adferre viderentur. Et certè tam multos " Hebraiſmos ab illis ſervatos fuiſſe minimè miror, cum plerique " ſint ejuſmodi, ut nullo alio idiomate tam feliciter exprimi poſ-" ſint, immo interdum nè exprimi quidem; ut niſi illas formulas " retinuiſſent, nova illis interdum vocabula, et nova diſcendi " genera, commiſcenda fuerint, quae nemo planè intellexiſſet."

caetera doctiſſimis, ſed Hebraeae linguae, paucis exceptis, ignaris, obſervantur: Unde clariſſimus Hottingerus pronuntiat, " Non ea Hebraeae, " quae reliquarum linguarum, eſt ratio. Illam " qui novit, multas eo ipſo res obſtruſas novit et " difficiles *."—Neque in ſolâ ſcripturae ſacrae interpretatione hujus linguae neceſſitas apparet, ſed etiam in veritate defendendâ ac propagandâ, cum primis adverſus Judaeos, hoſtes fidei Chriſtianae infenſiſſimos, quos nemo facilè hujus linguae rudis aut errorum probè convicerit, nedum ad ſacra Chriſtiana converterit. Nullus enim linguarum rudis deſcendere cum docto Papiſtâ, nedum os obturare adverſario poſſit, quod

* Si quis vero hiſtoricum antiquum cum fructu perlegere voluerit, mores, ritus, ac inſtituta gentis illius noſſe debet; dum vel paucis verbis morem attingunt, vel ad eum reſpiciunt. Hoc maximè locum habet in ſcripturâ ſacrâ, ubi nemo felicem aget interpretem, niſi notitiâ antiquorum rituum et inſtitutorum Hebraeorum inſtructus fuerit; quot parabolae et ſimilia, quot phraſes et loquendi formulae, a populi illius ritibus deſumptae, ibi reperiuntur? Quis novit quid ſibi velit parabola de X virginibus adventum ſponſi exſpectantibus, Matth. xxv.? Quid ſit eſſe amicum ſponſi, qualem ſe Joannes Baptiſta nominat, niſi perſpectum habeat ritum nuptialem Hebraeorum, qui ſponſo juvenes quoſdam, ſponſae virgines, adjungebant, ut ipſis praeſtò eſſent, eoſque comitarentur? Cujus rei exemplum eſt, Jud. xiv. 11. Pſ. xlv. 14. 15 16. In hiſtoriâ vitae Chriſti, ab evangeliſtis deſcriptâ, multa hujus generis occurrunt, *e. g.* de piſcinâ Betheſdae, de Sadducaeis, Phariſaeis, Publicanis, Samaritanis, de lotionibus, ritu precantium, &c. quae unicè lucem ex antiquitatibus Judaicis mutuantur.——Quis epiſtolam ad Hebraeos (quae nihil aliud eſt, quam ipſius Spiritûs Sancti commentarius in Leviticum, verum pontificem, verumque ſacrificium, oſtendens) ritè intelliget, niſi accuratè Leviticum, atque in eo ritus ſacerdotum, ſacrificiorum, et reliquarum ceremoniarum, cognoverit? Quid de locis prophetarum δυσνοητοις dicendum, ad quae reſeranda, nulla praeter antiquitatis et hiſtoriae notitiam clavis datur? Plurima etiam Veteris Teſtamenti oracula et vaticinia in Novo Teſtamento alligantur, et ad Chriſtum totius ſcripturae ſcopum applicantur, ut apud omnes in confeſſo eſt. Vel igitur ad illa ipſa dicta rectè in-

telligenda

men Apoſtolus in V. D. miniſtro deſi-
ad Hebraicum Graecumque textum ubi-
nittenda eſt provocatio.

ique, cum antiquitas, tum jucunda niti-
ſimplicitas hujus linguae, brevitatis aman-
e, paucis multa dicentis, reſque maximi
nti generi humano complectentis, ſeculo
no ſeptimo, multos viros doctos ad ſtudium
m literarum excitârunt: Inter enim philo-
os, politicos, literatores, etiamque medicos
uriſconſultos, non defuere hujus linguae
ioſiſſimi, ut Scaliger, Caſaubonus, Ludol-
s, Grotius, Buxtorfii, Seldenus, Boyle, Me-
chius, Sigonius, Bertramus, Conringius, et
Cunaeus,

igenda Hebraeo Veteris Teſtamenti fonte carere non poſſumus,
mo nec debemus, ut ita evidens et exactiſſima illa utriuſque
Teſtamenti harmonia accuratiùs pervideri, et de Jeſu Chriſto ſo-
la in cordibus noſtris gigni πληροφορια queat. Si vero ſcripta Moſis
: Prophetarum nobis magis perſpecta et cognita eſſent, tum
cripta Apoſtolorum nobis faciliora eſſent, eorumque ſenſus clariùs
perſpiceremus; nam obſcuritas quae nobis in hiſce apparet, ex
ignorantiâ ſcriptorum Moſis et Prophetarum planè oriri poſſit.
Planè enim conſtat, Moſen, oceanum illum theologiae, uti opti-
mo jure a Theodoreto appellatur, omnia credenda et agenda re-
velâſſe; et Moſis doctrina commodè mari comparatur, ex quo flu-
mina divinae ſapientiae in reliquos prophetas, et univerſam Dei
eccleſiam, fluxere; unde et Syracides legem Moſaicam oceano
comparat, *cap*. xxiv. *ver*. 33.—Hinc Vetus et Novum Teſtamen-
tum mutuam ſibi lucem praeſtant, ita ut a ſe invicem illuſtrentur;
nullaque doctrina in Novo reperitur, quae non in Veteri innue-
batur: In Novo verò Teſtamento, haec quae a Moſe obſcuriùs
prolata fuere, illuſtrantur, et clariore luce hic perfunduntur,
δια της επιφανειας *per adventum* (apparitionem conſpicuam) *Servato-
ris noſtri Jeſu, qui abolevit mortem, et illuminavit, illuſtravit*, vel
colluſtravit, vitam et immortalitatem per evangelium:——Anglicè,
"By Jeſus, who hath aboliſhed death, and rendered life and
"immortality more clear, *or*, who hath diffuſed light on life and
"immortality, (and not, *hath brought to light life*, &c.) by the
"goſpel," 2. Tim. i. 10.—Hancce eſſe veram ſignificationem vocis
φωτιζειν patet ex Joh. i. 9. ὁ φωτιζει *qui illuminat omnem hominem ve-
nientem in mundum*; et Apocalypſ. xxi. 23. *Gloria enim Dei* εφωτισεν,
illuminavit eam,—et xxii. 5. *Et Dominus Deus* φωτιζει αυτους *illuminat
eos*. Vid. etiam 1 Cor. iv. 5. et Eph. iii. 9.

Cunaeus *, quibus linguae Hebraeae ſtudium inter delicias repoſitum fuiſſe conſtat.

Enimvero quidam adhuc muſſitantes audiuntur, Hebraeae linguae cognitionem, primis religionis inſtauratoribus, cum veritas in tenebris deliteſceret, fuiſſe neceſſariam; jam vero fontes omnes Hebraeos uſque adeo eſſe exhauſtos, ut nihil reliqui ſit, quod a doctiſſimis interpretibus in linguâ vernaculâ exactè non ſit transfuſum; adeoque ſtudium hoc ſacrum tale eſſe, cui nunc omnes facilè, abſque magno eccleſiae et veritatis detrimento, ſuperſedere poſſunt. Falſum vero eſt, ſuperiorum aetatum criticos omnem adnotandi anſam praecepiſſe: Non tantùm ſpicilegium, ſed ampliſſimam meſſim, reliquerunt. Pauci enim commentatorum in ſacras literas accuratam ſatis peritiam, propter ſupellectilem parcam, conſecuti ſunt: Quod ad recentiores criticos attinet, propter linguae Arabicae et aliarum dialectorum ignorantiam, multas difficultates

tates

* Cunaeus, qui expoſito ſtudio, quod juvenis huic linguae impenderet, ſubjicit: "Cujus ſanè operae nunquam nos poenituit; "etſi enim poſtea aliis curis in publico munere diſtringebamur, "tamen quantum temporis tribuunt alii amicorum ſalutationibus, "quantum aleae, quantum caeteris otii oblectamentis, tantum "egon et mihi ad eas artes celebrandas ſumſi, quarum fructus in "omnem vitam videbatur utiliſſimus: Enimvero cum ſacri codicis lectio non theologis modo, ſed omnibus bonis viris, et praeſertim eruditis, eſſe debebat jucundiſſima; quid aliud magis "ſerio agendum nobis eſt, qui in hoc honeſto otio vivimus, niſi "ut quam optimè nobis cognitus intellectuſque ſit is ſermo, quo "olim uſus ipſe Deus fuit, cum priſcos eccleſiae rectores ſuo dignatus alloquio eſt? Dicendum apertè eſt, valdè ſupinè atque "oſcitantèr vivimus. Hiſpanorum, Gallorumque, et Italorum "verba atque voces diſcimus; et poſtquam claſſes noſtrae alium "orbem petivere, etiam cum Indis loquimur barbarè. Tam ingenioſi cum ſimus, unam illam non intelligimus linguam, quam "profectò unam didiciſſe operae erat pretium." Vid. *Cun. de Repub. Hebr. lib.* III. *Praefat.* p. 276.

tates praetermittere coacti ſunt. Haecce vero objectio ſummam ignorantiam ſapere quoque videtur; manifeſtum enim eſt, linguam Hebraeam non adeo eſſe excultam et cognitam ac eſſe debuit.

Sub initium inſtauratae religionis purioris, plurimi viri docti maximam operam dederunt, uti literas Hebraicas callerent: Sed magnis incommodis laborârunt; indoles enim linguae Hebraeae tum parùm perſpecta, notitia grammaticae Hebraeae manca et parca. Sed ſumma induſtria, improbuſque labor horum virorum doctorum, nos pudefactos reddere deberent, noſque ignavos ad eorum veſtigia premenda, qui haudquaquam paſſibus aequis illos ſecuti ſumus, in perſcrutandis oraculis divinis, uti ſacrae literae magis illuſtrentur, excitâſſe debuiſſent. Doctiſſimi enim viri, quaſdam radices in linguâ Hebraeâ ab omnibus ferè lexicographis penitùs omiſſas ac neglectas fuiſſe, planè oſtenderunt, quae poſtliminii jure in ſuas ſedes vindicandae ſunt, ad pleniorem intelligentiam multorum ſacrae ſcripturae locorum, ubi eorum veſtigia ſeſe offerunt*.

Quaedam

* In lexico concinnando, verborumque ſignificationes tradendo, neceſſarium eſt, ut legicographi religiosè adjicere debuiſſent, unde hae ſignificationes hauſtae, et quâ auctoritate niterentur; ſic enim primo oculi conjectu patuiſſet, an ex merâ conjecturâ, an ex affinitate aliquâ literarum, profluxiſſent; an potiùs ex ſerie ipsâ contextûs, locorumque inter ſe collatione, eſſent elicitae; haberentne praeterea robur ſuum, vel a veteri verſione, vel a dialecto partim propiore et puriore, partim remotiore ac impuriore. Plus auctoritatis in dialectis quam in verſionibùs veterum reſidet: Iiſdem verſionibus aequiparari non poteſt, quod ex lòcorum inter ſe collatione ſenſuque ipſo elicitur. Literarum affinitas, in indagandâ vocum primariâ ſignificatione, tanto fallacior, quanto blandior: Conjecturae vagae fluxaeque parum tribuendum. Quaecunque

Quaedam porro ſunt themata, quorum adhuc fluctuat, ac quaſi ſub judice, primaria et vera ſignificatio, pendet; alia ſunt non genuina, ſed alienâ notione donata. Alia porro ſunt, quae variis metaphoricis ſignificationibus et ad ſpeciem diverſis praedita, quorum primaria ſignificatio eruenda. Denique, ut alia omittamus, quaedam ſunt loquendi formulae, coelo orientis propriae, quas nemo, niſi ex caeteris linguis orientalibus, ubi hae formulae ſaepiſſimè occurrunt, unquam enucleabit. Vid. Schultenſ. de defect. hodiern. ling. Hebr. p. 7. 4to. Franaq. 1731.

Denique vero linguae Hebraeae cognitionis uberioris neceſſitas planè ex variis vitiis, quibus non tantùm ſeptuaginta interpretes, vulgata, caeteraeque hodiernae verſiones ſcateant, unicuique rem ſerio perpendenti, patebit *. Vid. *Leuſden. Philolog. Hebr. mixt.* p. 73. 4*to. Ultraject.* 1663.—et *Ockley Introd. ad Ling. Oriental.* p. 29.

Denique,

que ſignificationes, ex conjecturâ et literarum affinitate, in lexica et verſiones recentiores receptae fuere; auctoritati unius vel plurium dialectorum, neceſſe eſt, ut hae concedant. Nec verſiones veteres unquam intenderunt, ut primigenias verborum Hebraicorum notiones examuſſim repraeſentarent; nec etiam ulla humana ſagacitas, per ſolam textûs ſui meditationem, locorumque inter ſe collationem, praeſertim ubi vox quaevis rariùs occurrit, illuc penetrare valeat: De vocibus ſemel occurrentibus, vulgò ἁπαξ λεγομενα dictis, nullus locus eſt collationi textuum; hic, ut ad dialectos recurratur, neceſſe eſt. Ad primarias igitur ſignificationes vocum Hebraearum inveſtigandas, non tantùm collatio textûs inſtituenda, ſed Arabica, aliaeque dialecti, conſulendae ſunt: Quod anguſtiſſimis cancellis unius tantùm libri vera et pura lingua Hebraea (olim ditiſſima) jam includatur, et quod criticorum veterum monumentis hâc in parte penitùs deſtituamur. Vid. *Schult. Orig. Heb.* vol. II. p. 3. 4. et *de Defect. Hodiern. Ling. Heb.* p. 113.

* Verſio Anglica planè errare videtur in verſione tertii commatis Pſal. i. וְהָיָה כְּעֵץ שָׁתוּל עַל פַּלְגֵי הַמָּיִם אֲשֶׁר פִּרְיוֹ יִתֵּן בְּעִתּוֹ וְכֹל אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה יַצְלִיחַ

Series

Denique, doctiſſimus Louth obſervat, vix ac nè vix quidem fieri poſſe, ut ulla interpretatio germanos ſacrorum vatum ſenſus planè repraeſentet, tenuemque eam, quae plerumque obtinet imaginum cum Hebraeorum rebus, connexionem ullo modo exprimat. Pendet hoc ex ipſis vocabulis, et perſaepè ex conſuetudine quâdam, ac veluti familiaritate, quam certae voces cum certis rebus contraxerunt; quamque ſemper

Series et vicinia verborum planè declarat verba Hebraica וְכֹל אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה יַצְלִיחַ pertinere ad arborem, non ad homines doctrinae divinae amantes atque cupidos; quorum tamen felicitatis propriae et perpetuae, quae ſubinde creſcat, arbor illa plantata juxta rivos imago eſt. Vidit hoc Chaldaeus paraphraſtes, quo praeeunte, veriſimillimum nobis videtur, verbis כל אשר יעשה ſignari *germina*, et הצליח *valere* aut *virere*, *florere*, aut *matureſcere fecit*; ut ſenſus ſit, cujus germina etiam omnia vigent ac florent. Vocem צָלַח uſurpari de arbore quae fructos ſuos ád maturitatem producit, patet ex Ezech. xvii. 9. 10. וְהִנֵּה שְׁתוּלָה הֲתִצְלָח *et an plantata proſperabitur* vel *matureſcet?* Planè etiam apparet, vocem עשה uſurpari de arbore ferente fructum, uti patet ex Gen. i. 11. *Et germinet terra arborem* עֹשֶׂה פְּרִי *ferentem fructum ſecundum ſpeciem ſuam*; vid. etiam ver. 12. ubi eadem phraſis occurrit. In Ezech. xvii. 8. vox עֲשׂוֹת dicitur de vite ferente fructum; vid. etiam Ezech. xv. 4. et 2 Reg. xix. 30.—Verſus hicce ſic ergo verti debeat: "Et erit inſtar arboris juxta rivos aquarum "plantatae, quae fructum ſuum tempore ſuo dat, et quae comas "nunquam ponit, et proſpera reddet (vel *virere faciet*, *matura* "*reddet*) omnia quae fert."——Virum pium arbori juxta rivos plantatae, quae non ſterilis eſt, ſed fructum ſuum tempore tempeſtivo dat, quaeque ſemper viret ac viget, et ad maturitatem flores ſuos perducit, comparari planè conſtat: Noſtra verò verſio, ſimilitudinem arboris ſic plantatae, cum deſcriptione viri pii, contra ſacri ſcriptoris mentem, malè miſcuit; et ſic reddidere: "And he ſhall be like a tree planted by the rivers of waters, "*that* bringeth forth *his* fruit in *his* ſeaſon; *his* leaf alſo ſhall "not wither, and whatſoever *he* doth ſhall proſper."—Cuique locum perpendenti patebit, ſacrum Poetam hic virum pium ſub arboris imagine pinxiſſe, et ſic reddi debuiſſe: "And he ſhall be "like a tree planted by the rivers of waters, *which* yields *its* fruit "in *its* ſeaſon; *its* leaf ſhall not wither, and *it* ſhall bring to full "ripeneſs (*and ſhall render proſperous*) whatſoever *it* beareth."

per tegit, frequenter diſcindit interpretatio. Hoc itaque ab ullius vel accuratiſſimae verſionis fide poſtulandum, multo minus de poeſi ſacrorum carminum interprete, ſeu potius, imitatrice ſperandum, quanquam in eâ multi, non ſine laude, verſati ſunt. Ipſi ſunt fontes adeundi, qui proprium etiam ac ſuum ſaporem habent, cum nullis inde deductis rivulis, communicandum. Vid. *Louth de Sacr. Poeſ. Hebr.* p. 74

Ex ſupra dictis patet, cum utilitatem tum neceſſitatem cognitionis linguae Hebrææ, Græcaeque, theologiae candidatis inculcandam, praejudicataſque opiniones tollendas eſſe, ut ſtudium ſacrarum literarum in magno pretio habeant, et nè earum linguarum animos ſuos odium vel addiſcendarum taedium occupaverit *.

Dum

* Eſt verò delicatum genus hominum, quorum aures occidentalibus linguis aſſuetae, Hebraeam ferre nequeunt; et etiamſi hujus omnino rudes, cenſuram, cum in linguam tum in ſacros ſcriptores, exercere haud erubeſcunt. Amelius vero, Platonicus philoſophus, a religione Moſis et Prophetarum alienus, emphaſin in Hebraeâ linguâ permagnam eſſe, brevitatem, perſpicuitatem, fatetur, minus quidem varietatis quam in Graecis, ſed minus ambiguitatis: Εχει δε συντομιαν (inquit) βαρβαρα ονοματα, πολλην δε συντομιαν· αμφιβολιας τε ελλατονες μεταχηκε, &c. Vid. *Dieteric. Antiquit. V. T. Prolegom.* p. 17.— Hebraeam linguam ſimplicem munditiis, perſpicuam, brevitatis amantiſſimam, ita ut Laconicam jure dixeris, acrimoniâ mixtâ venuſtate praeditam, mentem auditorum percellentem, multum ſensûs paucis verbis complectentem, *trois choiſes en deux mots*, ut Gallorum habet proverbium, non tam verba, quam rerum pondera, loquentem diximus. Eâdem concinnitate ac ſimul acrimonia, eodemque in loquendo acumine, Hebraei ac Lacones utuntur, breves interrogationes, brevia et acuta reſponſa, ſine verborum ornatu, ſimpliciter prolata, offendes: Confer colloquium Abrahami cum Iſaaco, Gen. xxii. 7. 8 —Jacobi cum paſtoribus, Gen. xxix.—Davidis cum Nathane, 2 Sam. xii. 13. et Mal. i. 1.—Comunt Latini, exornant Graeci vernaculam ſuam, meretricum more, in Hebraea caſta ſimplicitas cum gravitate admiranda; hic nulla verborum lenocinia, non ſermones phalerati, nec ementitus color, ſed nativa comitas, innatuſque decor.

Quidam

Dum vero Hebraicae linguae cognitio in omnibus theologiae deditis requiritur, in omnibus vero aequalis non exſpectanda ; attamen in ſingulis aliqua, cujus beneficio ad textum originalem aditus pateat, ita ut veritatis cujuſque verſionis, in variis eccleſiis receptae, vivi, idonei, et praeſentes teſtes adſint, quorum teſtimonio fides verſionis vernaculae confirmetur, et puritas incorrupti Dei ſermonis per ſecula in eccleſiâ conſervetur ; grave nè ignorantiae ſeculum rediret, omnibus monſtris refertum ; et nè iterum horrenda illa caligo orbem Chriſtianum invaderet,

D

Quidam viri docti affirmare haud verentur, nullum oratorem, vel Latinum vel Graecum, Moſe et Eſaiâ, dictionis puritate, eſſe facundiorem ; nullum poetam, Davide et Jobo, figuris et tropis in verſu, argutiorem ; nullum hiſtoriographum Samuele fideliorem. Vid. *Marc. Marin. in Praefat. Theſaur. Ling. Sanct.*

Lutherus ipſe, cum ipſorum majeſtatem adſereret, dicebat, " Iſaiam grandiloquum et Ciceronianum ; Davidis orationem eſſe " ſimilem Salluſtianae, *h. e.* brevem et puram ; Solomonis vero " picturatam eſſe."—Nullus unquam oratorum, nullus rhetorum, gaudium, triſtitiam, ſpem, odium, amorem, caeteroſque animi humani affectus, vivis coloribus, ut David, caeterique ſcriptores ſacri, ita expreſſit.—" Accedant jam (inquit Mornaeus) ſeu duriſſima corda, ſeu faſtidioſiſſima palata, ad illas noſtras V. T. " hiſtorias : Ut Iſaacus ſacrificandus dicitur, ut Joſephus a fratribus agnoſcitur, ut Jephtha filiae occurſu turbatur, ut David exitio Abſalomi cruciatur ; tum certè, ſi fateri lubet, eam " toto corpore formidationem, eam cordis commotionem, eos animi motus, uno momento experientur et perſentient ; quae " non oratorum Athenienſium Romanorumve vel actio, motus, " geſtus, non contentio laterum, non verborum ulla vis, ſi eandem hiſtoriam tractent, vel diebus integris, aut elicere aut inducere poſſint. Quod ſi vero eaſdem narrationes apud Joſephum " legas, cui, ob hiſtoriae elegantiam, Titus Imperator ſtatuam " inſtituit, poſtquam omnia pigmenta, omnia rhetorices ornamenta, adhibuit, gelidiorem te quam ſuſceperit dimittet." Vid. *Mornaeum de Veritat. Relig. Chriſt.* p. 405.—Idem vir doctus, Eſaiam cum Cicerone conferens, inquit, " In ſcripturis habemus " etiam prophetias, et in his, minas, conciones, vehementes " motus : In eo verò argumento tonant, et cothurnum induunt, " quo in genere Latini Ciceronem mirantur. Teſtor hic, qui-

" cunque

vaderet, quâ tota Europa per aliquot ſecula, ante exortam cum linguarum tum ſcientiarum cognitionem, ſeculo decimo ſexto, obruta fuerat.—Maximique momenti eſt, ut a teneris unguibus pectora theologiae ſtudioſorum primis elementis linguae Hebraeae imbuantur; ſi enim adoleverint juvenes, ſtudium linguarum iis non modo non jucundum, ſed etiam moleſtum fiet*.

Utilitas, immo neceſſitas, notitiae Hebraearum Graecarumque linguarum, ſub initium decimi ſeculi ſeptimi, ita perſpecta fuit, ut a variis proteſtantibus eccleſiis ſtatutum ſit, nè in poſterum quiſquam ad ſacrum miniſterium ſtudioſus admitteretur,

" cunque eâdem mente, eodem animi ſtatu, utrumque legerunt: " Quid ad Eſaiam Cicero? Et quid Ciceronis blandae illae inſi- " nuationes, ad viva et gravia, venerandaque ipsâ majeſtate, E- " ſaiae exordia? Quid longae illae, quanquam numeroſae, illius " periodi, quibus ſibi ipſi blanditur, ad illa hujus commata, tum " conciſa tum planè inciſoria, quibus, tanquam conduplicatis ful- " minibus, contumaciſſimos quoſque ſtupefacit et terret? Sed et " inter Graecos, Cicero ipſe Æſchinem, in illâ ſuâ adverſus De- " moſthenem oratione, miratur; quo loco ſeſe ille in furores " et convicia effundit, fanatico quam mentis compoti propiori: " —Quid illa eloquentiae, vehementiae, ſublimitatis, habent, " (Lectores utrinque rogo), ad haec noſtri Eſaiae paucula verba? " *Audite, Coeli, et auribus percipe, Terra, quoniam Deus locutus eſt:* " *Filios enutrivi et exaltavi; ipſi autem praevaricati ſunt contra me:* " *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, et aſinus praeſepe domini ſui:* " *Iſrael non cognovit; populus meus non intellexit: Vae genti pec-* " *catrici, populo gravi iniquitate, ſemini malorum, filiis corruptoribus,* " &c."—De prophetâ regio Davide pronuntiat eruditiſſ. Henricus Stephanus: " Comparari eum poſſe cum Homero, aliiſque illu- " ſtriſſimis poetis, ac ejuſmodi ab eo proponi paſſim, ut nè Ho- " merus quidem aut Pindarus quicquam adeo poeticè dixerint." Vid. *Dieteric. in Antiquit. V. T. Proleg.* fol. 15.

* " Certe Judaei (ait doctiſſ. Epiſcopius) hâc in parte Chriſti- " anis ruborem ſuffundunt; quippe qui infantes ſuos, a primis " annis, in Hebraeae linguae cognitione, ſive Hebraeâ legis di- " vinae aliorumque ſacrorum rituum cognitione, erudiunt, adeo " ſollicite, ut nullus puer reperiatur, qui non Hebraea omnia, " cum punctis et ſine punctis, primâ ſtatim aetate legat, canat, " et intelligat." Vid. *Epiſcop. Opp.* vol. I. par. xi. p. 105.—

Maximo

mitteretur, quin priùs examen publicum etiam *in* Hebraeâ et Graecâ linguâ ſuſtinuerit, et ad minimum integrum librum Veteris Teſtamenti Hebraici optimè explicare potuerit *. Ab eccleſiâ etiam noſtrâ ſtatutum eſt, ut ſancti miniſterii candidati, ſpecimen aliquod notitiae ſuae, cum Graecae tum Hebraicae linguae, antequam concionandi publicè facultatem conſecuti ſint, exhibeant: Laudabili quidem decreto!—ſed quam ſegnitèr ſit obſervatum, quotidiana experientia (ut Oedipo nullo opus ſit) ſatis ſuperque oſtendit. Quod ad veritatem hujus aſſeverationis, vobis, Viri Reverendi, et conſcientiis veſtris, quibus ordinariis conſeſſibus intereſſe, et ſtudioſorum examini prodeſſe, contingit, judicandum relinquimus.

Summa planè neceſſitas eſſe videtur, uti ab iis, quorum fidei et curae a divinâ providentiâ demandatum, ut ſacrae theologiae candidati idonei et inſtructi, atque ad ſua munia capeſſenda parati, accedant, ſtatuatur, ut quiſque candidatorum, quendam librum hiſtoricum vertendum et interpretandum ſe paratum promptumque

Maximo damno fit juvenibus, qui hocce ſtudium differunt; quo enim citius fundamenta hujus linguae poſita ſint, eo melius: Valde itaque errant, qui, abſoluto ferè curſu academico, ſtudio linguae Hebraeae tandem operam navant. "Novi (ſcribit Amama) "ſcholas, ubi fundamenta linguae Hebraeae magno eccleſiae et "juventutis bono jaciuntur: Quotquot enim ex illis vel minimam "Hebraearum literarum notitiam in academiam inferunt, feliciſſimè videas progredi, dum caeteros ad elementa illa alphabetica pudet deſcendere." Vid. *Amam.* ubi ſupra, p. 122.

* In Helvetiâ, nemo ad miniſterium eccleſiaſticum admittitur, niſi ad minimum integrum librum hiſtoricum Hebraicum optimè explicare poſſit.—Ab aliis eccleſiis porro ſtatutum eſt, ut theologiae candidato, in utriuſque Teſtamenti textu originali, illud quod Praeſidi codicem aperienti ſe primo exhibet, caput legendum et interpretandum proponatur, *teſt. Amam.* ubi ſupra, p. 216. Vid. *Leuſd. Phil. Heb.* p. 161.

ſumque exhibeat: Niſi enim tale decretum diligenter obſervatum fuerit, nihil boni in promovendis ſtudiis ſacrarum literarum exſpectandum eſt.

Denique, *Juvenes Praeſtantiſſimi*, voſque praeſertim Academiae Edinburgenae alumni, nobis jure cariſſimi, qui voſmet Deo et religioni addixiſtis, alloqui liceat: Veſtri enim causâ, hancce Clavim Pentateuchi maximo cum labore compoſuimus, propriiſque ſumptibus, non ſpe lucri, ſed ex ſincero in literas ſacras amore, ſtudioque veram certamque linguae Hebraeae cognitionem propagandi, ſecundum indolem tum linguae Hebraeae et caeterarum linguarum orientalium, edendam curavimus. Quanta ſit utilitas, quantaque neceſſitas linguae Hebraeae ediſcendae, jam perſpexiſtis: Quantumque ſit illud nomen quod ambiatis, ut coeleſtium oraculorum doctores, atque ſincerae religionis et pietatis ſtatores veri et idonei propugnatores fiatis, ſatis nôſtis.

Dolendum eſt omnino, Juvenes Dilectiſſimi, quod dum aliis literis tantoperè invigilatis, in orientalibus patiamini vobis ſocordiam exprobrari, ſine quarum aliquali ſaltem peritiâ nemo unquam in theologiâ verè magnus evaſit, immo nunquam evaſurus eſt: Cum enim omnis theologiae cognitio in hoc cardine verſetur, ut ſacrae ſcripturae verum ſenſum eruere poſſitis; fieri autem nequeat, ut ſacrorum auctorum mentem exploratam habeatis, niſi aliquam ejus quâ hi ſcripſerunt linguae cognitionem adipiſcamini *.

Difficultas

* "Pudeat itaque nos, (ait doctiſſ. Ockley), quod, dum alias "literas tanto ardore proſequimur, Hebraeas ſitu et ſqualore "obſitas

Difficultas quae linguis orientalibus ineſſe viſa eſt, multos a ſtudio harum linguarum deterruit: Res vero longè facilior eſt quam credi poſſit, modo voluntas adſit, et tempeſtiva diligentiâ adhibeatur. Linguam Hebraeam, Graecâ aut Latinâ linguâ faciliorem, praeſertim ſi idoneus et peritus præceptor adfuerit, eruditi agnoſcunt. Ignaviam igitur et languorem in ſtudiis fugiatis, theſauroſque verae utiliſque doctrinae recondatis: Viget enim aetas veſtra, animuſque valet: Tantummodo incoepto opus eſt; caetera res expediet: Mediocris etiam labor, modo aſſiduus, omnia vincet; actique labores jucundi erunt. Dum illi, qui copiam ſacrarum literarum perdiſcendarum neglexerint, occaſionibuſque adoleſcentiae et academicae vitae abuſi fuerint, nec fundamenta divinorum oraculorum intelligendorum ſibi comparare ſategerint, ſerâ tandem poenitentiâ adacti, neglecta haecce ſtudia ſacra fruſtra deplorabunt. Novimus ipſi, quoſdam viros optimos, qui magnoperè moeſtitiâ afficiebantur, copiam ipſis in curſu academico linguae Hebraeae diſcendae defuiſſe, alioſque ſemet inertiae et ignaviae, ob neglecta haecce ſtudia ſacra, ſerio condemnâſſe. Miſerum quidem eſt, quum hi, qui Regum Regis verba aliis proferre

" obſitas jacere patiantur; quod, dum Graecorum et Latinorum " librorum editiones accuratiſſimas quotidie excudi curamus, vix " unus aut alter ſacris literis manum admoveat: Fragmenta pro" fanorum auctorum ſummo ſtudio colliguntur, dum Hebraica " legere, vel etiam non legere, ſufficiat.

" ——— *Pudet haec opprobria nobis*
" *Et dici potuiſſe, et non potuiſſe refelli.*

" Quaſi Hebraeis literis ſuae deeſſent χάριτες et elegantiae; quaſi " omnes libri, cum Bibliis collati, non infimae eſſent vetuſtatis!" Vid. *Ockley Introduct. ad Ling. Oriental.* p. 15.

proferre volunt, ipſi non intelligant, ſed quaſi per alios, interpretes *ſcilicet*, cum ſacris ſcriptoribus colloquia inſtituant, et qui interprete egent, ipſi interpretes agant.—Sit exemplum igitur illius ſummi Themiſtoclis ſemper ob oculos poſitum, qui, quum apud Perſas exſul eſſet, et colloquium Regis Artaxerxis expeteret, animi ſui conceptus in Regis ſinum per interpretem praecipitare detrectavit; ſed ut feliciter mutuo darentur et redderentur voces, integri anni ſpatium rogavit, nè Regem per interpretem adiret. Quid ergo illis agendum, qui non ſemel, ſed quotidie, ex officio, cum ſummo omnium Rege colloqui tenentur, ejuſque mandata ad populum deferendo, ipſorumque vota offerendo! Nam, uti viri docti verbis utar, "Qui verſiones tan-"tùm nôrunt, aliorum oculis vident, et cum "plebe in atrio ſtantes e longinquo ſacra con-"tuentur." Qui vero ipſum textum originalem intelligit, cum ſacerdotibus in ſanctuarium admiſſus, omnium, quae in penetralibus aguntur, ipſe teſtis et arbiter. Illi enim qui ſolis verſionibus contenti ſunt, aliorum manibus, credulâ ſimplicitate, gubernaculum mentis ſuae committunt, ac ſi incerti eſſent in incerto mari. Themiſtoclis igitur exemplum imitemini, ſi veſtris oculis uti placuerit: Nec contenti ſitis primis tantùm labris ſacra haecce deguſtâſſe; ſedulo ſacra oracula quotidie legite, evolvite. Cavendum enim eſt, nè imitemini pleroſque, qui Hebraeam linguam audaciùs quam cónſtantiùs aggreſſi, a primo vix limine ſalutatam deſerunt. Eſt interim quod laetemur, religioni et eruditioni

tioni gratulemur, Muſas Hebraeas, quâdam dulcedine vobis, academiae hujus alumnis, arridere coepiſſe. Macti virtute eſtote; fonteſque puros Hebraicos tamdiu adire, ex iiſque haurire, geſtiatis, quamdiu veſtri profectûs non pœnituerit: Et haec faciendo eritis eruditi, regni coeleſtis res edocti, ſimiles homini patrifamilias, qui ex promptuario ſuo et recentia depromit et vetera, Matth. xiii. 52.—Porro, vivus Dei ſermo erit in vobis verae ſapientiae ſalubriſque doctrinae fons perennis; dum alii, hiſce ſacris literis neglectis, cruda ſua ſtudia in ſuggeſtum propellunt; aures inertium bibulas lepido ſuſurro permulcere ſtudent, et fugatâ verâ eruditione, omni niſu triſtia revocare ſecula tentant.

Nunc omnia vos ad ſtudia ſacrarum literarum hortantur: Sancti miniſterii candidati eſtis. Domini noſtri mandatum nôſtis, ερευνατε τας γραφας, *perſcrutamini ſcripturas.* Exemplumque igitur magni illius Regis Iſraelitici ſequimini, qui, cum legendo tum meditando in hiſce ſacris literis, antiquioribus et doctoribus ſuis doctior evaſerat: Sic reipublicae utiles, ſic ad varia in eccleſiâ munia capeſſenda inſtructi et parati accedetis; et ſic parentum deſideria, praeceptorumque curas, ex voto compenſabitis, patriaeque ovanti decori futuri. Sic Deus conatibus noſtris propitius annuat, ſuoque Spiritu nos imbuat, ut, neceſſariis literarum adminiculis, quae divina providentia conceſſit, Revelationis ſuae ſanctiſſimae myſteria feliciùs eruamus!

DISSERTATIO

DE

ORIGINE, ANTIQUITATE, CONSERVATIONE, INDOLE, et UTILITATE,

LINGUÆ ARABICÆ;

EJUSQUE

INTIMA AFFINITATE et CONVENIENTIA

CUM

LINGUA HEBRÆA:

NECNON

De ANTIQUITATE SCRIPTIONIS et PUNCTORUM VOCALIUM APUD ARABES.

D E

Antiquitate et *Affinitate* Linguæ Arabicæ *cùm* Hebræa, *illiuſque Utilitate*, &c.

VARIAS inter rationes linguae Hebraeae veram cognitionem penitùs aſſequendae, nulla viris doctis utilior, nulla certior, videtur, quam ea quâ illuſtratur, et lucem foeneratur, a caeteris dialectis orientalibus, nempe Chaldaicâ, Syriacâ, et praecipuè Arabicâ. Quum tamen hujus praeſtantiſſimae linguae Arabum antiquitas, utilitas, et elegantia, quam pauciſſimis perſpecta ſit, et quidam, qui ſeſe coryphaeos in Hebraicis jactant, hanc linguam uti horridam incultamque explodant, ac omni ſtudio et cognitione indignam temerè pronuntient, et a ſtudio illius cultores linguae Hebraeae deterreant, nullamque affinitatem inter eam et Hebraeam intercedere aſſeverare haud dubitent ; operae pretium, ſi haec temerè a quibuſdam prolata, et jam acriter propugnata, veritati neutiquam conſona eſſe oſtendamus, nos facturos eſſe ſperamus (*a*).

Horum

(*a*) Varii quidem ſunt fontes ex quibus linguae Hebraeae notitia, poſtquam vernacula eſſe deſierat, manaverit, et in ſcholis, cum Judaeorum tum Chriſtianorum, diffuſa ſit, et de quibus uberior linguae Hebraeae notitia hauriri potuerit.—1*mo*, Per Rabbinos, qui linguam patriam ſedulò inſtaurârunt, verborumque ſignificationes inveſtigârunt, quamvis non nimiâ credulitate audiendos. 2*do*, Per veteres interpretes, nempe Septuaginta-viralem verſionem, cum fragmentis Aquilae, Theodotionis, et Symmachi : Per Chaldaeos paraphraſtes, reliquoſque orientales, verſionemque Vulgatam, et Hieronymum. 3*tio*, Per ſedulam collationem locorum ſacrae ſcripturae, ubi eaedem voces formaeque loquendi occurrunt.

Horum anteſignanus, qui dialectorum orientalium, et praecipuè Arabicae, notitiam in Britanniâ noſtrâ inutilem pronunciant, fuit clariſſimus Hutchinſonius, veſtigia clariſſ. Guſſetii uti videtur premens, qui, etiamſi linguae Arabicae planè rudis, inutilitatem ejus, nullamque affinitatem inter illam et Hebraeam intereſſe, paſſim in operibus ſuis pronuntiavit (*b*), ſibique cla-

vim

runt. *4to*, Per recentiores lexicographos et commentatores, quatenus, tum judicio tum ſtudio intenſiore, ex illis fontibus multa illuſtraverint. *5to*, Per dialectos, quae ex eâdem ſcaturigine cum Hebraicâ fluxere, viz. Chaldaicam, Syriacam, et praecipuè Arabicam, earumque propagines Samaritanam et Æthiopicam.

Quod ad verſiones attinet, modùs habendus vel nimium iis deferendo, vel nimium detrahendo. Doctiſſimi Theologi et Philologi ſuum locum iis ſemper tribuere, etiamſi in verba earum non jurârunt. Verſiones, antiquitate ſummâ, venerationem omnium, ac ſui reverentiam, merito conciliant; quarum auctores, quo propiùs adfuerint Hebraiſmi florentis aetati, quâ res Judaeorum nondum oppreſſae et exſtinctae, eo uberiore linguae ſanctae notitiâ abundaſſe, jure optimo credi poſſit: Sed ab emendando ſacro textu ex hiſce verſionibus, praecipue ſine MS. certâ ac repetitâ auctoritate, omnino abſtinendum eſt. Verſiones etiam recentiores, in hâcce linguâ illuſtrandâ, locum ſuum habere libenter agnóſcimus. Multum etiam lucis per Rabbinos, plurimum vero per ſedulam et diligentem locorum collationem, bene et ritè inſtitutam, ſuppeditari poſſe fatemur. Sed non omne illud lumen ex collatione locorum hauriri poteſt, quod ad ſacrarum literarum perfectiorem notitiam requiratur: Nam, cum lingua Hebraeá illis tantùm anguſtis cancellis Veteris Teſtamenti contineatur, impoſſibile eſt, ut hujus linguae tam juſtam copiam habere poſſimus, quam cum viva et vernacula eſſet, aut ſi tot libri nobis ſuperſtites eſſent quot in linguâ Graecâ et Latinâ. Ex hâcce igitur inopiâ, multae voces et phraſes obſcurae et difficiles unâ vice tantùm occurrunt, quae ope dialectorum ſolâ illuſtrari poſſunt. Non igitur temerè, cum doctiſſimo Bohlio, clariſſimo Guſſetio, et doctiſſ. Hutchinſonio, ad proprii ingenii officinam recurrendum; neque ad alliterationes cum Foſtero et Avenario, neque ad lexicorum caecam congeriem, contra cum linguae analogiam tum dialectorum auctoritatem, adeundum eſt.

(*b*) Clariſſimus Guſſetius, veſtigia doctiſſ. Bohlii premens, linguam Hebraeam ſuis lucere radiis, nulliuſque alius linguae auxiliis indigere, docens, vexillum erexit ingeniis philoſophicis, ad linguam Hebraeam ſub metaphyſices imperium ſubjungendam,

ejuſque

vim linguae Hebraeae propriam, ex officinâ ſui ingenii, et metaphyſicis longeque deductis derivationibus, contra analogiam cum ipſius linguæ tum cæterarum linguarum orientalium reſerandae, arrogavit, omnem uſum dialectorum, contra fidem virorum literaturae orientalis peritiſſimorum, proſcribens (*c*): Linguam Hebraeam nullius linguae auxilio indigere, citra ullam dialectorum, vel Chaldaicae, vel Syriacae, vel Arabicae cognitionem, affirmavit, etiamſi plurima vocabula in Bibliis extent quae vel rarius vel unâ tantùm vice occurrant (*d*).

Hic

ejuſque primigenias ſive primarias poteſtates, repudiatâ dialectorum auctoritate, ad arbitrium conſtituendas.—Eruditiſſ. vero Schultenſius haec a clariſſimo Guſſetio prolata, minimè vero conſona eſſe, planè monſtravit. Vid. *Schult. Orig. Heb. vol.* II. *p.* 80,–89.

Dom. Hutchinſonius hypotheſin Guſſetii inter alia hac in parte amplecti videtur: "Away with the idle notion of travelling to "learn Eaſtern Languages, or learning them at home, to make "us underſtand the Hebrew." Vid. *Hutchinſon's Works, vol.* IV. *p.* 222.

(*c*) Hancce vero dialectorum affinitatem, et utilem earum cognitionem, ad Hebraicas literas illuſtrandas, utcunque a Domino Hutchinſonio impugnatam, non tantùm Rabbini qui ſeculo X. XI. XII. XIII. XIV. floruere, et primi hebraiſantes ſeculi XV. et XVI.—ſed etiam eruditiſſimi viri qui ſeculo XVII. conſurrexerunt, unâ voce ac mente commendârunt, quorumque veſtigia prementes orientales labentis ſeculi ſententiam comprobârunt, *viz.* Scaligeri, Grotii, Salmaſii, Seldeni, Pocockii, Waltoni, Caſtelli, Hydii, Schindleri, Buxtorfii, Capelli, Ludovici de Dieu, Altingii, Perizonii, Opitii, Noldii, Ludolphii, Schultenſii, Huntii, Venemae, Schroederii, atque alia nomina ubique regionum et gentium jure celeberrima.

(*d*) "Ac primùm doctiſſ. Leuſdenii, viri in hoc foro non in-"celebris, (inquit celeberrimus Laeſcherus), obſervationem re-"peto, qui, diligenti computatione inſtitutâ, invenit, totum qui "ſupereſt Ebraiſmum, ut Sacris Bibliis continetur, quae praeter "nullus extat liber purè Ebraeus, connumeratis vocibus Chal-"daeis Biblicis, conſtare 5642 vocabulis, inter quae ſunt 1500 "ſemel occurrentia." Vid. *Laeſch. de Cauſ. Ling. Heb. p.* 437,–8.

Vocabula vero primitiva et radicalia, quae Biblicis Hebraicis comprehenduntur, nè duo quidem millia expleri valeant.

"Quid

Hic vir doctus, extra dubium, univerſam linguam Hebraeam, quà latè patuit olim, intra Bibliorum cancellos contineri, ponere videtur; quod nec veriſimile eſt, nec ab ullo probari poteſt: Omnes enim qui aliquid in literaturâ Hebraicâ vident, magnam linguae partem intercidiſſe, atque in uno Codice Sacro, haud ſanè magnæ molis, neutiquam omnes opes amplitudinemque linguæ, qualis ſe habuit dum viva et vernacula eſſet, conſpiciendam praebere, fatentur. Etiamſi vero viri docti hoc agnoſcant, tamen eos minus attendiſſe ad magnitudinem illius cladis, quâ captivitas Babylonica, ſequenteſque Judaeorum calamitates, aliquot millia radicum, earumque propaginum, nobis ſubtraxerint, videtur.

Clariſſimus Hutchinſonius, ad ſuam hypotheſin de novitate et inutilitate linguae Arabicae confirmandam, primo ſine ullâ fide hiſtoricâ, immo contra fidem hiſtoricorum Arabum, ponit: "Arabes poſteros illius mixtae multitudi-" nis fuiſſe, quae ex Ægypto una cum Iſraelitis "egreſſa fuerit;" et ex hâc falsâ ſuâ ſuppoſitione, ſine ullâ probatione, Arabes foeces Ægypti fuiſſe contendit. Virum doctum in hâc ſuâ hypotheſi erràſſe, ex hiſtoriâ Moſis, et ipſorum Arabum, monſtrare conabimur (*e*).

I*mo*,

" Quid enim, ad pauca ut redeam, (inquit clar. Schultenſius), " ſi ſexcentorum et ultra radicum, ex quâ omnis interpretandi " ratio ducitur, veram indolem et ſignificandi vim, ſe planè fu- " gere ſenſiſſent magni et graves theologi; nonne incredibile, " quod eos ſtudium inflammâſſet ad veritatem latitantem quo- " vis ſudore perſequendam, atque e tenebris eruendam?" &c. Vid. *Schultenſ. Orig. Heb. vol.* I. *p.* 10.

(*e*) " Let us enquire (ait Hutchinſonius) what opportunities " the Arabians had to come by their knowledge. Suppoſe they

" were

1*mo*, De origine, antiquitate, conſervatione, et intimâ affinitate linguae Arabicae cum Hebraeâ, dicemus: 2*do*, De ejus utilitate et indole: et *poſtremo*, ut plenior fides ſit dictis, ſummam dari convenientiam dialecti Arabicae cum Hebraeâ, in variis partibus orationis, oſtendemus.

1*mo*, Ut igitur ab antiquitate incipiamus:—MOSES, hiſtoricorum antiquiſſimus, HEBERUM, antediluvianae linguae poſſeſſorem haud dubiè legitimum, ejuſdemque propagatorem per Phalegum filium ſuum, Abrahami atavum, hanc in familiam Hebraeorum introduxiſſe, tradit:—Eundemque Heberum alterum habuiſſe filium, natu minorem, nomine Joktanum, quem etiam in domo paternâ primaevam linguam vernaculis ex fontibus hauſiſſe, ex eâdem hiſtoriâ conſtat. Vid. *Gen.* x. 24. 25.

Unicuique genti, annales ſuos referenti, aequius eſt credere quam alienigenis: Uti Europæi pro conditore ſuo Japhetum, Africani Hammonem, concelebrant; ita jamdudum apud Arabes invaluit haecce opinio, Joktanum يقتن יקתן, ſive قحطان קחתאן Kahtanum, (is enim apud illos binomius), eſſe Arabum parentem, linguaeque Arabicae auctorem. Ita ſcriptores, et inter illos

" were of the race of the Originals, who came up with the Iſ-
" raelites out of Egypt into the wilderneſs: The then Iſraelites,
" whom they converſed with, had in a great meaſure loſt the
" knowledge of the firſt revelation, and had not acquired the
" knowledge of the written manifeſtation." Vid. *Hutchinſon's Works*, *vol.* IV. *p.* 139. *Lond.* 1749.

Porro adjicit:—" We have traced theſe Arabians through the
" Scriptures and Apocrypha: It appears they were the ſcum of
" Egypt."—Nullâ prorſus confirmatione niſi ipſius Hutchinſonii aſſeveratione, quae apud ſobrios veritatis indagatores parùm quidem valebit. Vid. *Hutchinſon*, as above.

illos magni nominis Joſephus Ben Abdilatif, in opere genealogico ſtatuerunt; etiamque Mohammedes Ben Jacob Serazita, in lexico ſuo, cui nomen Alcamus, atque hunc Joktanum vocat filium Heberi, filii Saleh, filii Shem, filii Noe, ut ſcire nobis liceat, eum ipſum Joktanum innui de quo egit Moſes (*f*).

Hancce Arabum traditionem de Joktano, Arabiae Felicis patre, coloniarum catalogus quam Moſes contexuit, *Gen.* cap. x. confirmat, ubi huic Joktano, Phalegi fratri, tredecim filios aſſignat, omnes celebrium gentium conditores a Meſâ ad Sepharim uſque pertinentium, *i. e.* (ſecundum clariſſimum Bochartum) a Muſâ vel Muzzâ,

(*f*) Fuit ergo Kahtan idem qui Joktan, filius Heberi: Ita ſcholiaſtes in epiſt. Ebn. Abduni, يقطن هو قحطان *i. e.* Joktan idem qui Kahtan, quod Rabbi Saadias, pro confeſſo habens in verſione Pentateuchi Arabicae, pro يقطن Joktan ſubſtituit قحطان; et Elmacinus, in primâ ſuae hiſtoriae parte, هو ابو العرب يسمونه ايضا يقطن *i. e.* Is Kahtan eſt pater Arabum, quem etiam appellant Joktan. Vid. *Pocok. Specim. Hiſt. Arab. p.* 39.

Alphiruzabadius Sirizita etiam, Arabiam nomen ſuum traxiſſe ab Arabâ plagâ non longè a Medinâ ſitâ, teſtatur: Huic vero plagae nomen dedit يعرب Jaarab filius Kahtan, filii Heber, &c. Hicce auctor Arabicus citatur a Maronitis Montis Lebani, Gabriele nempe Sionitâ profeſſ. et interprete, et Joanne Heſronitâ, interprete etiam Regis Galliae, in *Tract. de urbibus et moribus Arabum.*

"Et ſi Arabes doctiores de ſuâ linguâ loquentes (quod ab A-
"rabiſmi ſtudioſis fieri oportet, ait eruditiſſ. Hunt) conſulamus,
"eos prima illius incunabula ad quendam يعرب بن قحطان
"*Yarabum Kahtani filium*, referre, nomenque tam dialecti quam
"patriae ab eo repetere, videbimus: Qui, ſi idem ſit, ut ipſi vo-
"lunt, cum ירח בן יקתן: *Yareaho Yoktani filio, Gen.* x. 26. me-
"morato, erit a Shemo ipſe quintus." Vid. *Cl. Hunt. Orat. de Antiq. et Eleg. Ling. Arab. p.* 4.—et *Pocok. Spec. Hiſt. Arab. p.* 39. In hanc ſententiam pedibus eunt Bochartus in *Geogr. Sacr. lib.* II. *cap.* 15.—Golius in *Lexic. Arab.*—Schultenſius in *Orig. Hebr.*

Muzzâ, portu celeberrimo ad Mare Rubrum, uſque ad Arabiae Felicis Dſaphar, (Saphar etiam a Ptolomaeo dictum), ubi ſedem regiam tenuere Himjaritae vel Homeritae, ab Himjar vel Homeir filió Sabae, ex proſapiâ Joktani ita appellati, et tum hâc tum Sabaeorum appellatione in monumentis Arabicis celebres. Haec planè ex Plinio, Ptolomaeo, Amanoque, a Bocharto probantur.—Tredecim Joktani filios in Arabiâ Felice conſediſſe, res aequè certa videtur, ac ulla tam antiqui temporis et memoriae: Tam diſerta et expreſſa, hâc in parte, eſt Arabum hiſtoria, ut hinc reſilire non queat, niſi qui omnem fidem hiſtoricam evertere potuerit (*g*).

* B Sed

(*g*) Verum quidem eſt, doctiſſ. Vitringam in dubium haec a Bocharto, Spanhemio, aliiſque prolata, revocâſſe; et contendiſſe, rationi magis conſentaneum eſſe, Arabiam totam, tam Felicem quam Deſertam, poſteris Chuſi ceſſiſſe; poſteros autem Joktani ad ortum ſinus Perſici, et in Carmaniâ, conſediſſe. Huic objectioni reſpondetur, nullum dubium eſſe, tredecim filios Joktani in uno tractu habitâſſe, nullamque regionem commodiorem, ad tot fratres unis ſedibus excipiendos, indicari poſſe; eam porro nominibus Joktanidarum ſic inſignitam eſſe, ut alios colonos illuc immittere haud fas eſſet: Praeterea, Chuſi poſteros Deſertae et Petraeae magnas lacinias tantùm tenuiſſe; interiora vero peninſulae nunquam ab iis occupata. Denique, ita diſerta hâc in parte Arabum hiſtoria eſt, ut nihil clarius: Arabum enim hiſtorici de Kehtano (ita Joktanum quoque vocant) Ibn Heber, Ibn Selah, Ibn Arphachſhad, Ibn Sem, Ibn Nouoh, uno ore prodiderunt, eum fuiſſe gentis Arabicae conditorem, quae interiora peninſulae nunquam turbatis ſedibus obtinuit; cujus pronepos سبا שבא illud Sabaeum regnum fundârit; quod ultra duo millia annorum floruiſſe ſub διαδεχομενοις εκ γενυς, ut Diodorus Siculus loquitur, *i. e. Regibus Tobbaorum titulo inſignibus*, omnis antiquitas conteſtatur. Vid. *Vitring. in Jeſ.—Bochart. Geogr. Sacr. p.* 96.—*Schultenſ. Orig. Hebr. vol.* II. *p.* 157.

Quidam vero ſunt hiſtorici, qui Meccam et Medinam ſedes hiſce fratribus conſignârunt; etiam Joſephus, et quidam alii, qui Joktanum, filioſque ejus, circa Cophen Indiae fluvium habitâſſe; Hazarmaveth vero, et Scheba, in Arabiae Felicis ſinu conſediſſe, fatentur. Si vero duo illi fratres hic ſuas ſedes poſuerunt, hinc certum eſt, illos omnes eundem locum occupâſſe, quum Moſes tredecim illis fratribus eaſdem ſedes, arctâ vicinitate connexas, aſſignat.

Sed praeterea, plurima Joktanidarum monumenta, per totam ferè hanc peninſulam diſperſà, hujus rei veritatem confirmant: Quot enim loca, ad hunc uſque diem, nomina horum fratrum clarè conſervant? Hadramuth, ſive Hadſarmuth, regio illa thurifera, planè eadem eſt ac Hazarmaveth Moſis: Saba hodieque ſplendida provincia eſt in Jeman, a Sabâ filio Joktani nominata (*h*).—Sed quid multis opus eſt, quum nomen ipſius Joktani hodie incorruptum ſupereſt in urbe territorii Meccenſis, בישת יקטן *Baiſath Joktan* vocatâ, parvulum quidem oppidulum, ſed populoſum, quod geographus Nubienſis, aedium ſtructurâ, camporum et fontium amoenitate, celebre commemorat? Meridiem verſus a Meccâ ſeptem abeſt ſtationibus, et unâ ſtatione a Mari Rubro. Vid. *Bochart*. *p*. 98.

Longum

(*h*) Saba hodieque ſplendida provincia in Jeman, a Sabâ filio Joktani, ſecundum Moſen, ſic dicta; juxta vero Arabes, a filio Jeſhab, nepote Joktani; qui quidem diſſenſus fidem Arabum, in origine ſuâ ad Joktanum referendâ, magis adſtruere quam infirmare videtur; quum inde planè apparet, eos non e ſacris fontibus ſuas traditiones eſſe ſuffuratos, ſed ex domeſticâ famâ ac memoriâ accepiſſe. Haec eſt illa Saba שבא, cujus in ſacris literis frequens mentio eſt, cujuſque Regina ad Solomonem profecta fuit, de quâ legimus 1 *Reg*. x. 1. ubi Graeci interpretes etiam Σαβα reddiderunt. Apud Arabes haecce Regina vocatur *Belkis*, quam Solomonis fama Hieroſolymam adire, ad ſapientiam ejus Arabicis ſuis aenigmatibus explorandam, excitaverat; unde haud leve naſcitur argumentum, ad Hebraei Arabicique ſermonis ſummam affinitatem oſtendendam: Regnum enim Schebae, ex quâ haecce Regina venerat, opulentum, auriſerum, et thuriferum fuit; abundabat camelis, navibus illis terreſtribus, uti patet ex *ver*. 2. 10. Gens porro erat ſapientiae priſcae, et aenigmatum ſtudioſa; talemque ſitum tenebat, unde terreſtri itinere Hieroſolymam adire poterant, abſque aut vel mare trajiciendi, vel hoſtilem regionem permeandi, neceſſitate; Regina enim Auſtri vocatur, *Matth*. xii. 42. Taliſque erat ejus lingua cum Solomonis Hebraicâ tam arcta affinitas, ut ſine interprete haec omnia tranſigi potuerint. Vid. *Schultenſ*. *Orat. de Regin. Sabaeor. paſſim*.

In

Longum eſſet omnia enumerare, quae nominibus omnium Joktanidarum, felice acumine, et immenſâ eruditione, elicuit ſummus Bochartus, qui nè umbram quidem dubitationis reliquiſſe videtur, quin Joktani filii ſedes ſuas in Arabiâ Felice fixerint, atque illuc Heberi linguam, *i. e.* Hebraeam, quam cum lacte materno hauſerant, ſecum in Arabiam Felicem intulerint, ubi cum libertatem, tum patrii ſermonis puritatem, per tria millia annorum conſervârunt.

Affinitas porro linguae Hebraeae cum Arabîcâ clarior adhuc apparebit, ſi hanc conſanguinitatem, quae a primis natalibus in familiâ Heberi obtinuerat, per Abrahami filium Iſhmaelem renovatam, ſpectemus. Hujus Iſhmaelis nomen non tantùm ſummo cùm honore Arabes coluerunt, ſed ſeſe eſſe ejuſdem religionis et linguae cum illo ſemper gloriati ſunt, et ad hunc uſque diem gloriantur.

Quiſque, ſtudio partium vacuus, hanc affinitatem Arabicae cum Hebraeâ facilè perſpicere poteſt; nam, uti Iſaacus, Iſraelitarum duodecim tribubus

In *Jer.* vi. 20. *Quid mihi thus* משבא *ex Saba?* ubi etiam LXX reddidere per Σαβα. Plinius etiam, de hâc re diſſerens, inquit, "A Sabâ, Sabaei, in Arabiâ quoque Felice, qui adeo odoratis "arboribus abundant, ut non aliis quam thuris et myrrhae lignis "cibos coquant." Vid. *Plin. Hiſt. Nat. lib.* XII. *cap.* xvii.

Haec eſt illa Saba tam ſaepe a Virgilio aliiſque decantata:

India mittit ebur, molles ſua thura Sabaei. Georg. I.
————————*centumque Sabaeo*
Thure calent arae.—— — —— Æneid. IV.

Filios Joktani ſedes ſuas in Arabiâ Felice collocâſſe, teſtatur etiam Sanaa ejus metropolis, quae, ſecundum Golium, in notis ſuis ad Alpherganum Geographum, olim ازال אוזל *Ouzal* vocabatur, qui ſextum locum apud Moſen inter filios Joktani habet: Hujus verò Ouzalis filius, *Sanaa* vocatus, mutationem nominis peperiſſe proditur. Vid. *Schultenſ. Orat. de Ling. Arab. p.* 11.

tribubus patrii ſermonis haereditatem, ſic Iſhmael eandem linguam vernaculam, Abrahamicam nempe, duodecim tribubus a ſe ortis, in Arabiam Petraeam et Deſertam, Meccâ Medinâque civitatibus antiquiſſimis, clariſſimam tranſmiſit.

Joktano ſive Kahtano enim, ex ſententiâ Arabum, duo filii erant; يعرب Jaareb ſive Jareb, qui Arabum Jemanenſium pater, et جرهم qui Hijazenſium. Iſhmael, ductâ in uxorem filiâ cujuſdam مضاض Madadi, ex *Jorhami* ipſius ſtirpe orti, ſermonem Jorhamidarum didiciſſe fertur, quem eundem cum illo Joktanidarum fuiſſe oporteat. Vid. *Poc. Spec. Hiſt. Arab. p.* 28. 78.

Ex Arabibus genuinis (ut loquuntur) et inſititiis, duplex ſtatui poteſt Arabiſmi dialectus; altera quâ Arabes genuini, altera quâ inſititii, locuti ſunt: Illa, Arabiſmus Hamyarenſium, quae ſic vocabatur a tribu ejuſdem nominis; haec, Arabiſmus Koreiſhitarum, ita appellatus a familiâ inter eas inclytiſſimâ ab Iſhmaele primum ad Adnanum, indè ad Koreiſhum, a quo ei nomen, deductâ (*i*).

Dialectus

(*i*) Hinc peninſulani Arabiæ Felicis incolæ, titulum العرب العاربة verè Arabum, vel Arabum genuinorum, ſibi arrogaverunt, ut a mixtis illis gentibus quae Arabiam Petraeam vel Deſertam latè repleverunt et pererrârunt, ſemet diſtinguant; quin ab illis etiam novis familiis, quae per connubia in antiquam ipſorum ſtirpem inſerti fuerunt: Nam ut poſteriores متعربة Arabiſatos, *i. e.* Arabes factos ſive inſititios, appellant, ita priorem illam colluviem العرب مستعربة Al Arab al Moſtârebah vocitant, quos dicas *ſubdititios*, et nomen tantum Arabum praeferentes, quo in numero cenſendos praeſertim putem (inquit clar. Schultenſius) Chuſaeos Chamo oriundos, qui Deſertae et Petraeae Arabiae magnas aliquando lacinias tenuere; quamvis Moſtarabum notâ deinceps potius adfectae fuere nationes Africanae, quae a Saracenis ſubjugatae, cum religione linguam quoque Arabum induerunt. Vidi *Schultenſ. Orat. p.* 12.

Dialectus Koreiſhitarum purior et elegantior Hamyareticâ erat: Cujus rei cauſa haec fuiſſe videtur, quod Iſhmael, Koreiſhitarum pater, natione Hebraeus, connubio cum Jorhamidis gente junctus, eorum linguam, quam jam didicerat, ad Hebraiſmi normam, quo antea uſus fuit, exáctam expolivit; unde idioma hoc Koreiſhitarum, Arabibus dicitur عربية المحضة *Arabiah al ' abdhab*, i. e. *Arabiſmus purus et defaecatus*; vel uti in Korano vocatur لسان مبين *liſan mobein*, i. e. *lingua perſpicua* (*k*).

Koreiſhitae, indubitata Iſhmaelis poſteritas, feliciter ſermonem Joktanidarum conſervârunt, aequè ac Caabae, ſive Meccani templi, haereditariam ſibi cuſtodiam arrogârunt. In tanto etiam honore fuit tum memoria linguae Iſhmaeliticae, ut Mohammedes ſe Koreiſhitam, atque per Adnanum ab Iſhmaele genus ſuum deduxiſſe, ſeque Iſhmaeliticâ dialecto Alcoranum exarâiſſe, jactaret.

Omnibus quoque notum eſt, Eſavum, Iſaaci filium, numerum etiam Arabum auxiſſe, Arabiae Petraeae partem occupando, quaeque ex illius

(*k*) Situs Koreiſhitarum, qui Meccae degerunt, Caabaeque ſeu Oratorii Sacri curam agerent, multum ad linguam ſuam poliendam excolendamque contulit: Hinc ab Arabibus humanioribus, Meccam frequentantibus, linguae Arabicae veneres et lepores hauſere, omneſque Arabiſmi elegantias in ſuam tandem dialectum transfuderunt, eodem modo ac ſi aliqua Graeciae gens Ionicam et Atticam ſibi propriam feciſſent.—Ex hâc Koreiſhitarum familiâ ortus eſt Mohammedes, Iſhmaeliticae ſuperſtitionis inventor, qui eorum linguâ vernaculâ uſus eſt, eâque Coranum ſuum ſcripſit. Hunc librum Arabes venerantur, normamque cum religionis tum ſermonis profitentur: Hunc etiam in ſcriptis ſuis ſtudio maximo imitantur; et quicunque ex eo dictionem vel ſententiam aliquando in ſua opera aptè ſcitèque traducere noverit, Arabiſmi peritiſſimus praedicatur.

illius nomine *Idumea* vocata eſt ; ejuſque poſteros, uti ſedibus et commerciis Joktanidarum fuere junctiſſimi, ita linguam quoque cum iiſdem communem habuiſſe : Arabes vero, Iſhmaelis poſteros, Hebraeâ linguâ ſatis longo tempore uſos fuiſſe, antequam ullam mutationem ſubierit ; inde ſaltem probabile eſt, quod, longo pòſt intervallo, Joſephi fratres, cum Iſhmaelitis mercatoribus ſine interprete collocuti ſunt, uti patet ex hiſtoriâ Moſaicâ, *Gen.* cap. xxxvii.— Omnes etiam hiſtoriam Moſis nôrunt, qui Ægypto profugus, in Arabiam perveniens, cum Jethrone Arabe ejuſque filiabus, caeteriſque paſtoribus, ſine ullo interprete collocutus eſt (*l*).

Veriſimillimum igitur, linguam Hebraeam, per longum temporis ſpatium, apud Joktanidas caeteroſque Arabes viguiſſe ; progreſſu vero temporis, in dialectum Arabicam, more dialectorum Graecarum, deflexiſſe.

Hujus rei pulcherrimum exemplum in venerando monumento, omni ære perenniore, nempe libro Jobi, quem longè ante Moſen vixiſſe graviſſimis argumentis a viris doctis evictum eſſe videtur. Hic vir pius, maximoque ingenio praeditus, Abrahamo ortus per Keturam, cujuſdam partis Arabiae Deſertae incola, Arabiae ingenium, mores, ſermonem, ad vivum exprimit, ſecundum

(*l*) " Haec autem confuſio, nempe linguarum, ait celeb. Hyde, " non fuit univerſalis ; nam pura puta lingua Hebraea intacta " et inconfuſa manſit inter Chami poſteros, Cananaeós, ſeu Phoe" nices, qui primaevam linguam Hebraeam integram et immutatam retinuerunt ; quod etiam fecerunt multi ex Semi poſteris " et familiâ Abrahami, qui cum Cananiticis gentibus ſine inter" prete collocutus eſt " Vid. *Hyde de Ling. Arab. Praeſt. in Opp. vol.* II. *p.* 453. *4to, Oxon.* 1767.

ſecundum Cl. Schultenſium: " Hicce liber Jobi " (inquit) eſt eloquentiae Arabicae per nubes " per aſtra ſcandentis, ut ſpecimen eminentiſ- " ſimum, ita ſpeculum lucidiſſimum, quod non " niſi ab homine Arabe audaciſſimae illius lin- " guae figuris innutrito conſcribi potuiſſet."

En, linguae Arabicae veram ſtirpem et originem ex hiſtoricis Arabum deprомptam Moſaicae hiſtoriae non tantùm conſentaneam, verùm etiam ab eâ confirmatam! Utraque natio eandem linguam hauſerat ab Hebero: Hebraea quidem per Phalegum ejuſque poſteros; Arabica vero per Joktanum quidem Phalegi fratrem, filiumque Heberi, in Arabiâ Felice, deinde per Iſhmaelem Abrahamiden in Arabiâ Deſertâ, necnon per Eſavi et Abrahami poſteros, in aliis partibus illius religionis, defluxit: Ac proinde iiſdem celebrantur radicibus, cum levi quâdam dialecti varietate, quam ſedium diſtantia ſenſim introducere potuerit.

Ex dictis judicare poſſumus, num aliqua affinitas nunc inter Hebraeam et Arabicam linguam interceſſerit. Natales ſuos debet Arabica Joktano filio Heberi; nomen ſuum arrogavit a Jaarabo Joktani filio, a Shemo ipſo Noachi filio, qui fuit quintus; polita et limata poſtea ad indolem Hebraeae ab Iſhmaele fuiſſe videtur (*m*).

Non

(*m*) " La commune opinion des Mahometans eſt, qu'Iſhmael " eſt l'auteur de la langue et de l'ecriture Arabe, qu'ils appel- " lent la langue d'Iſhmael, ſoit qu'il l'eut inventée, ſoit qu'il " n'eut fait que la polir et l'enricher, comme les gens ſavans de " Perſe le tiennent: Car ils diſent, que Yarab, fils de Kahtan, " c'eſt le Jerah fils de Joktan du dixieme chapitre de la Geneſe, " *ver.* 26. qu'ils ſont le premier habitant de l'Arabie Heureuſe,

" changea

Non tantûm Arabes Iſhmaelitae, Midianitae, aliique bene multi ab Abrahamo, magno Hebraeorum parente, originem ſimul linguamque traxere; verùm etiam Idumaei, qui Petraeam tenuerant, ex Iſaaco per Eſavium exiere. Quocunque oculos noſtros convertamus, Arabes Joktano filio Heberi ortos in Arabiae Felicis receſſu, partim Abrahamidas in Arabiâ Petraeâ et Deſertâ, reperiemus; uti enim ſanguinis, ita linguae Heberi atque Abrahami, participes et conſortes fuere.

Harum radicum magnam jacturam fecit lingua Hebraea, in anguſtias unius Sacri Codicis nunc redacta; Arabica vero earum maximam partem conſervavit, et quidem in primigeniis et antiquiſſimis ſignificationibus, quas inde revocare atque Hebraicae, tanquam ſuum olim peculium, ſcire reſtituere liceat (*n*). Omnes vero viri docti, literaturae orientalis periti, hanc conſanguinitatem Chaldaicae et Syriacae concedunt: Arabicae

" changea le langage de Noe, qui étoit le Syriens, en Arabe. " Je diſtingue le Syrien, qui etoit la langue des Phoeniciens, ou " Chananiens d'avec le Syriaque, qui eſt une langue n e longtems " après parmi les Guiſi tranſmigrés en Aſſyrie, du mélange de " l'Hebreu, leur langue naturelle, avec le Chaldaique, la langue " de leurs Seigneurs. Ces doctes Perſans ajoutent, qu'enſuite Iſhmael reforma et repurgea ce dialecte Arabe, le reduiſant aux " regles du langage qu'il avoit appris dans la maiſon de ſon pere: " Choſe neanmoins que quelques auteurs rapportent, non a Iſhmael, mais a Homaila et a Kedar ſes fils." Vid. *Chardin*, *Voyag. tom.* III. *p.* 144. 4*to*, *Amſt.* 1735.

(*n*) Hebraea itaque mater a linguis filiabus orientalibus radices amiſſas non petit ut alienas, ſed ſuo jure repetit ut ſuas, quia hae, quicquid ſint et habeant, acceptum ferunt Hebraeae matri: " Non quod Hebraea lingua (ait doctiſſ. Calovius) ab Arabicâ " deducenda ſit, et deſcendat, mater a filiâ, ſed quod radix ea, " unde id nomen deſcendit, ad Arabes, ut multae aliae, tranſierit; indeque ejus ſignificatio erui poſſit, quum apud Hebraeos " in uſu eſſe deſierit, vel certè in ſcripturis non occurrat, unde " purè Hebraeam linguam unicè nunc addiſcimus."

bicae vero, quae plus poteſt polletque, quare haec affinitas negaretur?

Abſit tamen a nobis, uti linguam Arabicam a maternâ puritate degenerâſſe putemus, eodem ferè modo quo Hiſpanicam, Italicam, et Gallicam dialectos a ſtirpe Latinâ pullulâſſe et degenerâſſe novimus. Longè aliter hìc res ſeſe habet; et hoc omnibus patebit qui dialecti naturam conſideraverint. Dialectus enim nihil aliud eſt, quam unius linguae variatio tantùm extima et accidentalis, quae ad internam ejus ſubſtantiam non pertinet, ſed fundamentum integrum et illibatum conſervat: Hoc enim corrupto, non amplius dialectus erit, ſed ſpuria ſoboles, qualis eſt reverà Italorum, qui Latinam linguam, invaſionibus Barbarorum tanquam a fundamentis ſuis convulſam, plus minuſve corruperant atque adulterârant. Natura enim omnibus ex variis Graecorum dialectis perſpicua eſt (*o*).

Sed, affinitate utriuſque linguae in originibus rerum conceſsâ, objiciatur, Quomodo, in longo ſeculorum decurſu, volubilique rerum

(*o*) Dialectus efficitur per mutationem quandam, quâ, medullâ intactâ, aliquod diſcriminis inducitur in literis, vocalibus, vocumque pronuntiatione. Cauſae harum varietatum diverſae ſunt, quales temperies aëris in quo vivitur, qui, ſi craſſior ſit, aſperi ac rudiores adſciſcuntur ſoni; ſin ſubtilior, molliores et delicatiores ſponte deveniunt ſoni; ipſorumque hominum temperamentum, iiſdem ex principiis ortum, ſe in partem politiorem vel impolitiorem exſerens. Accedit etiam linguae Hebraeae mobilitas, quam proclivisſimè, in literarum vicinarum praeſertim, aut unius organi commutationem ſine ullá intentione, delabens, aliquando curâ et induſtriâ quâ hoc ipſum jam captatur tanquam vel venuſtius vel dignius adoptatur: Aliquando haec mutatio ex vocali permutatâ, vel ex leviculâ utriuſque vocalis trajectione, ex contractione vel productione formae, obtinet; ſaepe etiam fit conſilio et ex induſtriâ, ſaepiſſimè etiam ex accentu a cujus nutu omnis pronuntiatio pendet. Vid. *Schultenſ. Orig. Hebr. vol.* II. *p.* 20, 21.

inconſtantiâ, et fatali imperiorum a gente in gentem tranſlatione, ad Mohammedis tempora propagari haecce affinitas potuiſſet?

Verum quidem eſt, uti res humanae inſtabiles ſunt, linguas in morem fluminis longiùs longiùſque a fontibus deſcendentes ſenſim puritatem amittere, vel exterorum commerciis et contagiis corrumpi, vel novorum colonorum immigrationibus vitiari, vel victricium armorum vi et ſaevitiâ omnino obrui.

Puritatem vero linguae Arabicae illibatam conſervatam fuiſſe, non tantùm per Joktani poſteros, Iſhmaeliſque prolem, parùm admodùm a primigeniâ ſtirpe deflectentem, patebit, ſi ſitum hujus peninſulae inacceſſum, incolaſque ſuos ab omni vi externâ ſecuros reddentem, ſpectemus. Ex unâ parte, naturae ipſius manu, ſuis arenis a reliquo terrarum orbe diſſociata eſt; ex alterâ vero parte, maribus infidis munita, ita ut thurifera illa regio, ſaltem media ejus pars, nec a veteribus unquam explorata fuerit, et noſtris ſeculis vix ſatis perluſtrata.

Ex ſitu hujus peninſulae, Arabes Felices ab omni jugo externo liberi erant: Regnum enim Joktanidarum, in Arabiae centro ſtabilitum, ejus regnatricis domûs auſpiciis feliciſſimis ter millenos circiter annos duravit, atque ſeculo demum ſexto Ærae Chriſtianae Habeſſinis fuit ſubverſum, paulo ante Mohammedis ortum (*p*).

Religio

(*p*) Tres cauſae externae incorruptae linguae Arabicae integritatis ad Mohammedis tempora fuere:—1. Exteris inacceſſus ille ſitus peninſulae Arabicae, ad cujus centrum nec commercia nec connubia alienigenarum unquam penetrârunt, quibus linguae ſenſim

Religio et potentia Mohammedica, quæ brevi poſtea, viz. ſeculo VII. caput in Arabiâ extulit, nequaquam concuſſerat antiquum linguae Arabicae ſtatum, ſed ſplendorem priſcum reſtituit, et ad noſtra haecce tempora propagavit.

In fidem perpetuae ſucceſſionis hi reges Joktanidae *Tobbai* vocabantur; quae vox derivatur a voce Arabicâ تبع *ſucceſſit*, ad hanc perpetuam ſucceſſionem deſignandam.—Abulpharagius, in hiſtoriâ ſuâ Dynaſtiarum, inquit, "Regnum "Arabicum ante Mohammedem fuit penes tri- "bus Kecktan ſive Joktan, et praecipua regum "familia erat apud Hamyarenſes ſive Homeritas, "e quibus fuere reges latè domini, ſibi invicem "longâ ſerie ſuccedentes, dicti تبع *Tobbai*." Vid. *Abulph. Hiſt. Dynaſt. p.* 159.

Sed non tantùm Arabiae monumenta vetuſta, ſed etiam hiſtorici, cum Graeci tum Latini, uti Diodorus Siculus, Plinius, aliique, Arabes non tantùm antiquos, ſed etiam indomitos fuiſſe, ad hæc uſque tempora quæ diximus, demonſtrant; ſic ut neque Aſſyrii, nec Babylonii, nec Perſae, nec

ſenſim ſine ſenſu contagionem trahunt. 2. Quod in ſeductiſſimo receſſu ſuo Arabes nullius praepotentis imperii victricia ſenſerunt arma, nec ſub jugum miſſi unquam, multò minùs ſedibus ſuis expulſi. 3. Quod regnum a Joktanidis fundatum in Arabiae centro ter millenos circiter annos eduravit, atque ſeculo demum ſexto Æræ Chriſtianae invaſione Habeſſinorum, paulo ante Mohammedis exortum, Homeritarum ſive Sabaeorum imperium everſum fuit, hoc nè minimum quidem hic momentum facere poteſt; tum quod Æthiopes et ipſi Joktanidarum propago Arabicè, vel dicam Hebraicè, locuti ſunt tunc tempeſtatis; tum quod per praeſides ex Arabum natione creandos provinciam illam rexerint ad breve quidem tempus; tum denique quod, jugo mox excuſſo, ipſe Mohammedes novae potentiae jecerit fundamenta, et linguam Arabicam per varias orbis partes diſſeminaverit. Vid. *Schult. Orat. Ling. Arab. p.* 28.

nec Macedones, nec ipſi Romani, in Arabiam Felicem penetrârint (*q*).

Hactenus Joktanidas, ſive Arabes Joktano ortos, per varia ſecula ſecuros, nullique peregrinae ditioni obnoxios, perſpeximus: Eodem modo ſeſe res habet cum Arabibus Iſhmaelis poſteris, caeteriſque qui Arabiam tum Deſertam tum Petraeam incoluere; quos teſtatur etiam Diodorus Siculus, nunquam ſub poteſtatem vel Ægyptiacam vel Aſſyriacam redactos fuiſſe. Vid. *Diod. Bibl. Hiſt. lib.* II. *p.* 92.

Moſes, ille princeps cum Hiſtoricorum tum Prophetarum, non tantùm praedixit, ſed etiam pulcherrimè depinxit, cum indolem tum ſortem ipſius

(*q*) Diodorus Siculus, de perpetuâ Arabum libertate cum Abulpharagio, caeteriſque hiſtoricis Arabicis, maximè convenit; cujus verba ſic ſeſe habent Latinè verſa: "Arabes regionis hujus incolae, "quum bello expugnari nequeunt, nunquam ſervitutis jugum ſubeunt, ducemque externum neutiquam admittunt. Propterea, "nec Aſſyrii olim, nec Medi, nec Perſae, immo nec Macedonum "reges, ſubigere illos potuere, licet magnis in eos copiis moverint; Arabia enim, quòd partim deſerta, partim aquis deſtituta ſit, occultiſque puteis, quos indigenae tantùm nôrint, intercepta, ab externis militum copiis non poteſt expugnari. Vid. *Diodor. Biblioth. Hiſt. vol.* I.

Hic mira eſt Diodori harmonia cum auctoribus Arabum: Is enim fragrantiam illam divinam memorans, quae et longè continentem hanc praeternavigantes voluptatis ſuae non immunes eſſe patitur, addit: "Βασιλεας δ'εκ γενυς εχει διαδεχομενυς; quod vulgò redditur—*Reges habet, qui ſucceſſione gentili imperant.* Emphaſis hìc apud διαδεχομενυς reſidet, quae planè convenit cum eâ voce تُبّع *Tobbai, ſucceſſorem* hìc ſignificante.—Plinius quoque Arabiam illam odoriferam, et Beatae cognomine inclytam, gentium nulli poſtferendam eſſe docens, addit: "Romana arma ſolus Ælius Gallus "ex equeſtri ordine; nam Caius Caeſar Auguſti filius tantùm "proſpexit Arabiam; Gallus oppida diruit, ut non nominata "ab auctoribus qui ante ſcripſerunt." Praeterea addit: "Apud haſce gentes ſubſidere maximè opes Romanorum Parthorumque vendentes quidem quae a maribus ſylviſque capiant, "ſed nihil invicem redimentes." Vid. *Plin. Nat. Hiſt. lib.* XII. *cap.* xiv.

ipſius Iſhmaelis, ejuſque poſterorum, *Gen.* xvi. *ver.* 12. וְהוּא יִהְיֶה פֶּרֶא אָדָם. *Erit onager hominis*, vel potius per appoſitionem, *onager homo*, ſcil. homo referens onagrum, vel praeditus indole onagri: Ut ſenſus et vis hujus deſcriptionis pleniùs eruatur, conſulatur Jobus, optimus Philoſophorum, de indole onagri, *cap.* xxxix. *ver.* 5. *Quis dimiſit onagrum liberum? et vincula aſini ſylveſtris quis ſolvit?* ver. 6. *cui poſui ſolitudinem domum.* Unde patet, onagrum eſſe animal unum libertatis amantiſſimum, et prorſus intractabile. A Moſe vero non tantum indoles Iſhmaelis, ſed etiam poſterorum ejus, ad hunc uſque diem vividiſſimis coloribus depingitur. Poſteri enim Iſhmaelis ſunt agreſtes, feri, indomiti, bellicoſi, incertis ſedibus errantes, jugi impatientes, montium et nemorum cupidi, et in tentoriis plerumque degentes, ut Iſhmael deſcribitur *Gen.* xvi. manus eorum ſunt contra unumquemque; vivunt enim in ſtatu hoſtili.

Lingua igitur Arabica, ſecundo a diluvio ſeculo, in Arabiam e domo Heberi immigravit, atque in peninſulâ illâ ſub illuſtri Joktanidarum imperio illibata, ab exteris gentibus penitus intacta, circiter ferè ter mille annos viguit (*r*), et

(*r*) Lingua Arabica pura et integra ad Mohammedis uſque tempora, primò per Joktanum Heberidam introducta, deinde per Iſhmaelem Abrahamidam ſtabilita, manſit. Hoc minùs paradoxum apparebit, ſi linguam Hebraeam, ejuſdem indolis et ſtructurae cum Arabicâ, ultra tria millia annorum floruiſſe, conſideremus; antediluviana quoque ſecula computando, quo longiſſimo temporum tractu tam parùm ſenſit mutationis, ut eandem ſub Ezechiele et Jeremiâ faciem praeferat, quam adeo inde a primordiis ſuis poſſidebat. Variae ſtabilis conſtantiae hujus linguae cauſae fuere; quòd rara cum exteris commercia coluerint Hebraei, et a caeteris ferè populis ſecluſi vixerint. Accédebat religio, et ſumma illa veneratio

et ſeſe cum religione Mohammedis ſeculo VII. Ærae Chriſtianae diffundere coepit per Palæſtinam, Syriam, Ægyptum, Chaldaeam, Meſopotamiam, Perſiam, Choraſanam, totumque adeo orientem; etiam per Africam, in Hiſpaniam quoque fulminis ritu penetrans, inque ampliſſimo regno Morroccano, etiamnum perdurans. Imperium Saracenicum per annos trecentos perduravit: Hoc etiam everſo, provinciarum praefectis rebellantibus, ſuas provincias quiſque occupavit. Attamen Arabes ſemper liberi; quia tunc temporis Arabes Arabibus imperabant.

Domini etiam orientis memorantur Arabes uſque ad annum Hejyrae 656, *i. e.* Ærae Chriſtianae 1270.—In diebus Saladani, omnibus notum eſt, Arabes fuiſſe liberos: Neque Tartarus Hulaku, neque ejus ſucceſſores, Arabes perdomuere; nullâque in hiſtoriâ orientali ſit mentio, Timur Beg vel Timur Len, *i. e.* Tamerlanum, Arabes ſubjugâſſe. Denique, neque Arabes a Turcis ipſis unquam perdomiti fuere; ita nè ipſe Selim, Turcarum Sultanus celeberrimus, Arabiam armis perluſtravit (*s*).

Sed,

neratio quâ gentis ſuae conditores, patriarchas, proſequebantur. In Ægyptiacâ gravi et longinquâ illâ ſervitute, lingua Iſraelitica incorrupta etiam manſit, quia ſeparata veluti, in Goſenis arvis, reſpublica, patriique nominis et ſermonis amor, eam conſervaverat. In Terrâ Sanctâ deinceps, externa ſaepe arma, externa ſaepe juga ſubiit, nec tamen diuturna: Hinc ſemper ſeſe e cladibus relevare valuit, donec per calamitatem Babylonicam tandem labefactata fuerat. Hinc minimè mirum eſſe videtur, Arabicam linguam in Arabiae ſinus interiores intromiſſam, integram conſtantemque per tot ſecula perdurâſſe, quum Arabes nec externa juga unquam paſſi ſint, nec in alienam regionem deportati eſſent.

(*s*) Hottingerus inquit: "Liberi enim Arabes, nec Othomanico nec cujuſvis aliis parentes imperio, ſed in copioſiſſimas "diviſi

Sed, praeter varias externas cauſas illibatae integritatis linguae Arabicae ad Mohammedis tempora, variae interiores cauſae et rationes fuerunt, quae conſtantiam intemeratam linguae Arabicae confirmârunt. Arabes enim, ſuam linguam antiquiſſimam reputantes, omni curâ et religione eam coluerunt; et, ut cultam conſervarent, ſtudioſiſſimi fuerunt:—Hinc inquit Alſaphadius, العرب قديما ما كان لها ما تفتخر به الا السيف والضيف والبلاغة i. e. *Non gloriabantur antiquitus Arabes, niſi gladio, hoſpite, et eloquentia;* bellicoſiſſimi, hoſpitio dediti, ſermoniſque patrii callentiſſimi.

Abulpharagius, Arabum mores ante Mohammediſmum breviter depingens, ita nobis ſtudia eorum exhibet: "Eruditio (inquit) Arabum, "in quâ ſe gloriosè jactabant, ſita erat in lin-"guae patriae peritiâ, et accuratiſſimâ inveſti-"gatione proprietatum ſermonis, cum carmi-"num orationumque elaboratiſſimâ texturâ.— "Noti etiam illis ſiderum ortus occaſuſque, et "quam in pluviis tempeſtatibuſque movendis "vim habeant, quantum quidem longâ expe-"rientiâ aſſequi valuere (*t*)."

Praeterea,

" diviſi familias, militant, iiſque qui inter illos nobilitate excel-" lunt obſequium deferunt."—Monſieur de la Merville, qui Arabiam anno 1709 peragraverat, nos certiores facit, peninſulam diviſam fuiſſe in varia regna, occupata a ſuis regibus et principibus, qui neque Perſarum vel Turcarum imperatoribus parebant. Affirmat idem auctor, regnum Hisjazam, praecipuam ſedem Iſhmaelitarum, a diebus Iſhmaelis ad haec uſque tempora ſemper ſub ſuo principe fuiſſe, qui dicitur شارف *nobilis princeps*, a شرف *nobilitate vicit*.

(*t*) Idem Abulpharagius nos certiores facit, orationum compoſitionem non minus gratam fuiſſe quam carminum texturam; nomenque

Praeterea, ad linguam Arabicam puram et integram conſervandam, multum conferebat ingenium Arabum, cum ſuae linguae tum priſcorum morum amantiſſimum, immo tenaciſſimum; quum aliae gentes, ſive levitate et inconſtantiâ impulſae, ſive gratiâ novitatis et varietatis illectae, vetera ferè ut ſcabra abhorruerunt: Arabes vero quam fideliſſimè vetuſtiſſima vocabula antiquitate canâ et horridâ renovare elaborârunt, pro adulterinâ monetâ reprobantes quicquid non primaevo illo charactere eſſet ſignatum. Hunc finem prae oculis habebant poetae, hunc ſcopum prae oculis poſuere oratores, ut antiquiſſimam linguae vernaculae indolem promerent, atque fugientes proprietates et ſignificationes verborum cum acceſſione lucis et gratiâ recenti iterum memoriae traderent (*u*). Nihil

nomenque cum oratoris tum poetae illis cariſſimum: Oratio enim iis erat duplex منظوم *Mandhum, ligata*, et منثور *Manthur, ſoluta*, inter quos Jallalodinus Aſſoyutius (*Mezhar, cap.* xlix.) eam vult eſſe differentiam quae inter uniones connexas et diſperſas reperitur. Utrâvis qui excelluit, الخاطب *Al Chateb* ſeu *oratoris* titulo cohoneſtatus eſt, ſummâque in populi concionibus auctoritate polluit. Vid. *Pocock. Specim. Hiſt. Arab. p.* 161.

Refert Jallalodinus, in libro Mezhar, "Eſſe poemata Arabibus "commentariorum vice, quorum beneficio imperturbatae genea"logiarum ſeries, nè oblivioni traderentur res geſtae memoriâ "dignae, cavebatur, et e quibus linguae peritia hauriebatur. "Sic Mohammedes Ebn Selam, referente eodem, declarat,— "Fuere Arabibus olim εγκυκλοπαιδειας *Pandectae* ultimus ſapien"tiae eorum terminus, unde quae illis uſui depromebant, et quo "omnia deferebant."—Medicinae nec prorſus Arabes ignaros fuiſſe, teſtatur celebris ille Al Harethius Ebn Chalda, طبيب العرب *Arabum medicus*, κατ' ἐξοχην dictus, Mohammede antiquior. Vid. *Pocock. Specim. Hiſt. Arab.*

(*u*) "Ce qu'il y a de plus admirable, et de plus remarquable "dans ces langues, c'eſt, qu'elles ne changent point, et n'ont "point

Nihil fortaſſis Arabes ad linguam ſuam excolendam magis excitavit, quam ſolennis ille poëtarum conventus, Arabicè سوق العكاظ *ſouk al okàdh* dictus, *i. e. forum Ocadhi*, ubi frequenter quotannis Arabes convenerunt, ſummâque contentione de poëſeos laude certârunt.

Aljuharius, a clariſſimo viro Pocockio laudatus, eos quotannis illuc per menſem congregatos fuiſſe, ubi non ſolum commercia agebant, ſed etiam carminibus recitandis alii alios gloriabundi provocabant, nos certiores facit. Si quae vero caeteris anteferrentur poëmata, a regibus inter κειμηλια ſua reponi ac appendi ſolebant. In Graeciâ veteri, nullus in ludis Olympicis victor tantam gloriam ſibi arrogaverat, nullus Romae curru triumphali tantis laudibus Capitolium aſcenderat, quantis oratores et poetae in Arabiâ Felice concelebrati fuere: Cujus gloriæ ſtimulo, velut oeſtro, perculſa univerſa gens Arabum in linguae ſuae puritate et indole antiquiſſimâ conſervandâ certatim acerrimis ſtudiis contendere.

Denique, quomodo haecce lingua pura et integra conſervata ſit, non mirum videbitur, ſi ardorem et curam in ſuâ linguâ incorruptâ propagandâ conſideremus. Mercatoribus enim pe-

" point changé du tout, ſoit a l'egard des termes, ſoit a l'egard " des phraſes et du tour; rien n'y eſt nouveau ni vieux, nulle " bonne façon de parler n'a ceſſé d'être en credit. L'ALCORAN " par exemple eſt aujourd'hui, comme il y a mille ans, le modele " de la plus pure, plus courte, et plus eloquente diction.—Et ſi " l'on fait reflexion ſur les inconveniens infinis qui naiſſent des " changements qu'on apporte ſans ceſſe aux langues vivantes " dans nos Païs, ſur tout a la Françoiſe, on trouvera que ces " Peuples d'Orient ſont fort ſages et fort heureux, de s'être dé- " livrés d'un ſi grand inconvenient, qu'eſt celui du changement " dans la choſe du monde la plus importante, qui eſt la parole." Vid. *Chardin. Voyag. tom.* III. *p.* 143.

regrinis cujuſcunque gentis, inter ſe commercii causâ commorantibus, connubio omnique foeminarum conſortio hâc de causâ interdixere, (nôrunt enim omnes gynaeceum in omnibus gentibus linguarum eſſe matrem), ita ut nulli contagioni aut impuritati exoticae lingua ſua obnoxia eſſe potuiſſet.

Sed objicitur a quibuſdam, et praeſertim a Dom. Hutchinſonio, linguam Arabicam longè longèque recentiorem eſſe non Hebraicâ ſolum, ſed et Chaldaicâ et Syriacâ; quippe quae cum Mohammede demum invaleſcere ſeculo ſeptimo Ærae Chriſtianae coeperit, cujuſque norma ſit Alcoranus, novitius haud dubiè liber, ad quem reliqui omnes ſcriptores ſtilum ſuum compoſuiſſe, pulchrum ac glorioſum ducant.

Haecce vero objectio eſt mera tantum cavillatio; et haec et talia planè repudiarentur, ſi hiſtoria et res Arabum noſtris hominibus ſatis notae eſſent. Legat tantum quiſquam ſpecimen hiſtoriae Arabum ab eruditiſſimo Pocockio conſcriptum, in eo inde ab ultimâ memoriâ tribuum Arabicarum nomina et fata attinguntur, opulentiſſima olim regna indicantur, mores rituſque vetuſtiſſimi deſcribuntur. Etiam ex Nouweirio veterum Arabum hiſtoria plenior poterit exprimi, ut eruditorum ſitis, per clar. Pocockii ſpecimen accenſa, reſtinguatur. Studium praeſertim poëſeos et linguae patriae cura ac cuſtodia diligentiſſima claro in die collocantur. Hiſce omnibus fidem derogare, aequè iniquum ac abſurdum. Etiam Mohammedes ipſe, linguam quâ uteretur in Alcorano, eandem eſſe

perfectione

perfectione et puritate, quâ Abrahamus et Iſhmael olim uſi, gloriatus eſt: Certum enim eſt eum inter capitales hoſtes Koreiſhitas jactaturum non fuiſſe, niſi probè exploratùm habuiſſet, quantâ veteris linguae veneratione pectora Arabum imbuta eſſent (*x*).

Arabes ſemper dialecto ſuae amplificandae et expoliendae operam dederunt. Audiamus doctiſſimum Huntium hâc de re diſſerentem, qui optimè

(*x*) Doct. Hutchinſonius, linguam Arabicam tam recentem eſſe, ut cum ipſo Mohammede nata ſit, paſſim in operibus ſuis contendit. "Quidam viri docti, (ait Schultenſius), quâ cupiditate neſcio, "Mohammedem auctorem et principem linguae Arabicae finxerunt, et vel eo maximè nomine ejus in ſacris auctoritatem infirmare conati ſunt. Quid talibus hominibus facies? et an operam luſiſſe videri poſſes, ſi feriò iiſcum in certamen deſcenderes, "atque tam malè ſanam iis opinionem detrahere pugnares? Cum "umbris citiùs manus conſeruerim, quam ut haec mihi ſomnia "confutanda ſuſcipiam." Vid. *Schult. Orig. Hebr. vol.* I. *p.* 30.

Alii id nimis abſurdum reputantes, libros tamen ante Mohammedem nullos extitiſſe, unde de naturâ et proprietate hujus linguae judicium ferri queat, contendunt.—Eruditiſſ. Schultenſius de hâc re audiatur: "Non hauriunt (inquit) Arabum lexicographi linguae notitiam ex ſolo Alcorano et auctoribus qui "Mohammedi aequales et poſteriores, ſed ex fontibus multò ve- "tuſtioribus, et praeſertim ex poetis qui في الجاهلية *in Gentiliſmo*, ſive *ſtatu ignorantiae*, ut vocant eos qui ante Mohammedem vixerunt. Horum carmina tanquam oracula habentur, "unde antiquiſſimus linguae genius cognoſcatur, atque extra dubitationis aleam collocetur."—Gjauharius talibus citationibus a capite ad calcem refertus eſt: "Non nimium dixerim, ſi plus "quam ſexcentos ab ipſo allegatos dixerim. Horum partem quandam ipſe poſſideo, ut *Moallekat* ſive ſeptem poemata aureis "literis in ſerico deſcripta, atque in templo Meccano ſuſpenſa. "Item ديوان هذيل *Diwan Hudeliticum*, a principibus Hudeliticae tribûs variis ſeculis editorum. Etiam in *Hamaſa*, ſive in "anthologiâ illâ optimorum poetarum, unde multa jam evulgavi, "ejuſdem vetuſtioris notae quam plurima extant."

Phiruzabadius, Camuſi auctor, haec habet in praefatione lexici ſui: "Eſt itaque liber hicce lac ſinceriſſimum ex bis mille auctoribus, quorum ſcripta palmam ferunt, atque ex omni nobiliore "venâ derivatum." Vid. *Schultenſ.* ubi ſupra, *vol.* II. *p.* 153–5.

optimè ignorantiam talium deſcripſit: "Som-
"nium iſtud (inquit) nè dicam deliramentum,
"eſt hominum quod ignorant temerè uſque
"minuentium, et lumen quod benignè porri-
"gunt Arabes, non minus fatuè quam faſtuosè
"reſpuentium. Plurimi, mihi credite, inquam,
"iique eximii cum poetae tum oratores ante
"pſeudo-prophetae tempora, per numeroſas
"Arabum tribus, inclaruere, qui vernaculam
"ſuam, ſummo ipſis in honore ſemper habitam,
"non immensâ tantùm optimarum tum vocum
"tum ſententiarum copiâ adauxerunt, ſed et
"pulcherrimis metaphoris, caeteriſque dicendi
"figuris vivido orientalium ingenio propriis,
"illuſtrârunt, &c." Vid. *Hunt. Orat. de Antiq. Ling. Arab. p.* 14.

Linguam vero Arabicam, quâ uſus eſt Mohammedes, eandem eſſe cum linguâ Joktanidarum et Iſhmaelitarum, teſtantur illa ſeptem poëmata, *Moallekat*, illuſtrium poetarum qui ante Mohammedem floruere, carmina cedro digna, atque Meccano in templo ſuſpenſa; id enim ſignificat vox معلقات *Moallekat*, quae ita dicta fuere, quod ſuo ordine affixa erant, in honoris maximi teſſeram ad portam Caabi, *i. e. templi celeberrimi Meccani*, مذهبات *Madſhabat*, i. e. *aurea* vel *deaurata* vocata, quod cum eximii præ cæteris eſſent pretii papyro etiam Ægyptiacae القبطي *Al Kibti* dictae, literis aureis inſcriberentur (y).

Liceat

(y) Nomina illorum ſeptem poematum, *Zohair* vel *Zehir*, *Tharapha*, *Amri Oxais*, *Amri Ben Kelthoun*, *Al Hareth*, *Antarah*, et *Lebid*. Hicce ultimus ad Mohammedis uſque tempora vixit, et ſeſe Muſſelmannum profeſſus eſt. Haecce poemata in MS. Pariſiis et Lugduni Batavorum extant.

In

Liceat mihi tantùm memorare carmina principis Ghorrhamidae Salomonis aetatem attingentia, antiquiſſimaque illa in Arabiâ Felice inventa ſuper marmoribus arcium dirutarum in tractu littoris Hadramytteni prope emporium Aden, quae tum antiquitatem linguae Arabicae indolemque illius eandem fuiſſe ſub Joktanidis, ac eſt hodie et tempore Mohammedis, planè demonſtrant. Vid. *Monumenta Vetuſtiora Arabiae*, *p.* 1. 13. 67. *a Schultenſio*, 4*to*, *Leidae*, 1740, *edita*.

Fatendum quidem eſt, has tum poetarum tum oratorum exercitationes ſub Mohammede intermiſſas fuiſſe, linguamque gladio conceſſiſſe. Sed non diuturnus erat hic Arabiſmi ſtatus: Literae enim Arabicae denuo revixere ſub familiâ Abaſſidarum, primùmque *Almanſurem*, deinde *Almumenem* fautores expertae ſunt, quibus totius Græciæ eruditionis opibus adauctæ fuere.

Antiquitas vero ſcripturae Arabicae non aequè certa eſt ac illa linguae. Eruditiſſ. Schultenſius, ad Plinii verba, *lib.* VII. *cap.* lvi. obſervat, illos Aſſyrios, Babylonios, antiquiſſimos literarum non inventores, ſed poſſeſſores, haud alios videri quam Noachidas, qui poſt diluvium e montibus Ararat in vicinas regiones deſcenderunt, ac praeſertim in campeſtri Babyloniae tractu obſervationibus cœleſtibus ſeſe dediderunt:

"Hinc

In catalogo bibliothecae publicae Leidenſis, num. 1694, reperietur *Mohammed. Ben Heſcham*, ſive *Claſſes illuſtrium poetarum qui floruerunt tempore paganiſmi et deinceps*. Poſſidet etiam eadem bibliotheca magnum illud opus Nuweirii, 14 vol. formâ majore conſtans, quod num. 1939 inſcribitur, *Bibliotheca humanioris doctrinae Arabum*. Copioſus ſcriptor ille, in omnium ſeculorum memoriâ recenſendâ, ſcientiarum in Arabiâ ortum et progreſſum luculentiſſimè monſtrat. Vid. *Schultenſ.* ubì ſupra.

" Hinc porro grande hocce rerum humanarum " adminiculum cum Noachidis diffuſum pro- " pagatumque eſſe per Syriam, Phoeniciam, " Palaeſtinam, Arabiam, Ægyptum, non video " (inquit Schultenſius) quâ ratione aut ſpecie " in dubium revocari poſſet (z)."

Idem vir doctus exiſtimat, eundem literarum uſum, eaſdemque notas et figuras quas ab Hebero per Phalegum et Abrahamum tenuit natio Hebraica, Joktanidaſque quoque eodem Hebero ortos, ſecum in Arabiae Felicis penetrales illas ſedes intuliſſe. Vid. *Schultenſ. Orat. de Ling. Arab. p.* 52.

Artem ſcribendi inde a vetuſtiſſimis temporibus ad Arabes quoque perveniſſe, teſtari planè videtur illud canae antiquitatis monumentum, affinitatis Arabicae cum Hebraeâ teſtis, clarus liber Jobi, quem longè ante Moſen vixiſſe graviſſimis argumentis a multis viris doctis evictum eſſe innuimus.

Hicce

(z) Doctiſſ. Lightfoot literas ante Moſen extitiſſe putat, allegatque Joſephum qui literas ante diluvium extitiſſe vult; literaſque vero ante legem extitiſſe ex meditatione computationis Joſephi in Ægypto, quae ſine ſcriptione nullo modo videtur potuiſſe perfici, contendit: Vix enim concipi queat, quomodo artes et ſcientiae florere potuerant, ſine fundamento omnis didacticae, *ſcil.* literis. Vid. *Lightfoot, Opp. tom.* I. *p.* 213. *fol. Rotterd.* 1686.

Doctiſſ. Vitringa, aliique viri docti, a ſcriptis ipſius Moſis manifeſtum eſſe, literas extitiſſe exiſtimant: Stilus enim *Gen.* ii. 4. ab eo quem in capite primo habemus diverſus planè apparet; nulla enim mentio fuit nominis Jehovae in primo capite; capitis vero ſecundi verſu quarto conjungitur יְהוָֹה cum voce אֱלֹהִים in plurali numero, בְּיוֹם עֲשׂוֹת יְהוָֹה אֱלֹהִים אֶרֶץ וְשָׁמָיִם. Unde quidam viri docti, Moſen, in contexendâ ſuâ Geneſi, quaedam antiquitatis monumenta, quae ſuo tempore extitere, tranſtuliſſe exiſtimant. Vide haec latius illuſtrata in *Clavi hacce, p.* 20. ad not. (*h*), et *p.* 64. etiam ad not. (*h*).

Doctiſſ.

Hicce Arabs cum Arabibus ſermones illos ferens, Arabiae genium, linguam ad vivum exprimens, praeclarum et luculentiſſimum jam tum literarum inter Arabes vigentium teſtimonium perhibet, *cap*. xix. *ver*. 23. quum verba ſua in libro ſcripta, vel in ſaxo ſculpta, optat, uti per ſecula cognitio eorum propagaretur, atque poſterorum in mentibus infigeretur.

Huic loco mirum ſenſum affixit D. Hutchinſonius, *nempe*, Jobum ſpiritu prophetico de arte ſcribendi diſſeruiſſe. Haec autem interpretatio planè ridicula eſſe videtur; verba enim textûs artem ſcribendi tempore Jobi notam fuiſſe planè ſupponunt et oſtendunt (*a*).

Apud

Doctiſſ. Parſons etiam literas haud ignotas fuiſſe ante diluvium putat:—"Is it therefore reaſonable to ſuppoſe, that Noah and "his family were illiterate, or that there were no letters uſed "in the old world? Can we ſuppoſe, that arts, manufactures, "and commerce, were not known among men? Surely no:— "There is much greater reaſon to think they had them, than "the contrary. Moſes indeed has not told us that Noah had "the uſe of letters; but if he had, it would have been a need-"leſs digreſſion from his purpoſe, and as ill a compliment to the "reſt of the antediluvian world, as it would be, if a modern "hiſtorian, in giving the character of a great man, ſhould tell "the world, *his Hero could read and write*.—And as to arts and "commerce, there can be no doubt of their having flouriſhed, "ſince we are told in the fourth chapter of *Geneſis*, that Tubal, "one of Cain's great-grand-ſons, was the father of all ſuch as "handle the harp and organ; and that another, Tubal-Cain, "was the inſtructor of every artificer in braſs and iron, *&c*." Vid. *Remains of Japhet*, by *James Parſons*, M. D. 4*to*, *Lond*. 1767.

(*a*) "If it be allowed (ait D. Hutchinſonius) that Job lived "before Moſes, or the things mentioned in that book were tranſ-"acted before Job had the knowledge of Moſes's writings, which "I think it's pretty plain they were, it may be allowed that Job "had a retroſpection, or view of many things paſt, tho' they "are not inſerted in order, as in a regular hiſtory, but in tranſ-"ports, *&c*.—and that he had a prophetic view of writing; but "it does not appear from thence, that any had writ before, or "that Job writ his own life or book, which he might have done, "if he had underſtood writing." Vid. *Hutch. vol.* II. *par.* ii. *p*. 9. 10.

Apud antiquiſſimos Arabes in confeſſo eſt, notam fuiſſe artem ſcribendi, praecipuè apud tribus Himjarenſes, *i. e.* Homeritas vel Sabaeos, qui principatum totius Arabiae per longiſſimam ſeculorum ſeriem tenuere : Characterum vero genus perplexum quoddam et confuſum, et المسند *Almoſnad* a mutuâ fulturâ dictum, uti teſtatur Ebn Chalican (*b*). Harum antiquiſſimarum literarum alphabetum, tum numero tum ordine, alphabeto Hebraico reſpondebat, appellaturque—*&c.* ابجد هوز *Abgad Hevez*, vocibus artificialibus, quae literas nobis exhibent digeruntque, ſecundum normam Hebraicam—*&c.* אבגדהוז ad finem uſque alphabeti.

Doct.

(*b*) Quidam Arabes Iſhmaelem primum literarum auctorem fuiſſe tradunt, ita tamen ut ſcribendi ratio ab ipſo tradita valde confuſa et implexa eſſet, nullo inter verba aut literas interſtitio, quod poſtea ab Homaisâ et Kedar ipſius filiis adhibitum. Vid. *Pocock. Orat. de Ling. Arab.*

Diverſitas novitaſque ſcripturae Arabicae, quae ſanè magnoperè ab Hebraeâ diſſidet, apud quoſdam ſuſpicionem movere ſolet, dialectum iſtam ab origine ſuâ deſciviſſe, et in novam quandam formam degeneràſſe.—" Ad praejudicatam iſtam opinionem tollendam, (inquit Schultenſius), probè eſt tenendum, antiquiſſimas Arabum literas aliam faciem obtinuiſſe, atque cum numero tum ordine, alphabeto Hebraico examuſſim reſpondiſſe. Hoc vetuſtum Arabiae alphabetum appellatur *Abgad Hevez*, ex vocibus artificialibus, quae literas omnes nobis exhibent digeruntque, ſecundum normam Hebraicam אבגד הוז, ad finem uſque alphabeti; noviciis eliminatis, vel ad finem rejectis, quae poſterior aetas adinvenit, ut tantò accuratiùs omnem varietatem ſoni ex pronunciationis convenienti charactere ſignaret. Hoc Abgad Hevez ſub regno Joktanidarum in Arabiâ Felice potiſſimum viguiſſe videtur :" Teſtantur enim ſcriptores apud Himjaritas, *i. e.* Homeritas ac Sabaeos, qui principatum tenuere totius Arabiae, per longiſſimam ſeculorum ſeriem, ſcripturam olim obtinuiſſe multùm diverſam ab illâ communi, atque a charactere Cufſico etiam diſcrepantem. Vid. *Schultenſ. Clav. Dialect. p.* 323. et *Pocock. Spec. Hiſt. Arab. p.* 154,-5.

Idem etiam notat doctiſſimus Chardin : " Et ce mot *ABGED* eſt formée de quatre lettres, qui étoit autres fois les premieres de la langue Arabes, comme elle le ſont encore de celles des Hebreux." Vid. *Chardin. vol.* III. *p.* 154.

Doct. Chardin, in ſuo itinerario, huncce antiquum characterem Arabum planè memorat, et haſce antiquiſſimas literas, cum a Cuſſicis tum a recentioribus diverſas, punctiſque vocalibus inſtructas fuiſſe, clarè innuere videtur (*c*).

Etiamſi vero Hamyarenſes Joktanidae artem ſcribendi callebant, tamen Meccenſes, Koraſhitas, alioſque Arabes, præter quoſdam Judæos et Chriſtianos qui اهل الكتاب *Ahal Al Kitab*, ſeu *populus libri*, dicti ſunt, ejuſdem ſcientiæ per multa ſecula omnino rudes permanſiſſe conſtat (*d*).

Memorat vero Ebn Chalican, Moramerum, filium Morrae Anbarienſem, Anbari oppido Iracenſi natum, literarum notas reperiiſſe, popularesque ſuos ſcripturam primùm edocuiſſe; a quibus poſtea ad Koraſhitas, haud multis ante Mo-

* E hammedem

(*c*) " La premiere des deux eſt l'Ectype d'une inſcription de cet " edifice, en ancien Arabe. De gens ſavans de Perſe en peuvent " encore lire quelques mots, mais ils n'en ſauroient trouver le " ſens. Cet ancien charactere Arabe fut changé du tems de Mo-" hammed, qui en introduiſit un autre que l'on appelle Cuſſique; " la figure X en eſt un echantillon. C'eſt une chapitre de l'Al-" coran, dont j'ai l'original en velin. Les lettres en ſont encore " aſſez noires, bien formées, et *avec des points* rouges: On le croit " ancien de plus de mille ans, et une des premieres copies de " l'Alcoran, que l'on ecrivoit au commencement ſur des feuilles " de velin pour le conſerver plus long tems. Le charactere Arabe " s'eſt encore changé depuis, *&c.*" Vid. *Chardin. vol.* II. *p.* 168,–9.

(*d*) " Haec autem quae diximus, (nempe de ignorantiâ artis " ſcribendi, ait doctiſſ. Pocock.), potius de Koraſhitis, aliiſque " Arabum Iſhmaelitarum tribubus, quam de Hamyarenſibus in-" telligenda: In confeſſo enim eſt, fuiſſe illis jam antea notam " ſcribendi artem; immò antiquitùs, ſi vera ſit illa, quam ex Ebn " Haſhem refert Al Firauzabadius, hiſtoria. Quibus et addi alia " poſſent ex Al Jannabio de antiquorum regum monumentis.— " Ita cum eodem Ebn Challcan et Georgius Ebn Amid diſtinctos " memorat القلم الحميري والعربي i. e. *Calamum Hamyarenſem,* " *et calamum Arabicum.*" Vid. *Pocock. Spec. Hiſt. Arab. p.* 154,–5. Hinc planè illos viros doctos, qui omnes Arabes artis ſcribendi omnino rudes fuiſſe exiſtimant, valdè erraſſe patet.

hammedem annis, hocce nobile inventum manâſſe dicitur. Characteres verò a Moramero excogitati, et apud Arabes diu retenti; quanquam enim figurae a veteribus illis Hamyaritarum diverſae fuere, erant valde inconcinnae, quales Kuffenſes vocant, a Kuffâ Iraci urbe, ubi quaedam exemplaria iis primum dicuntur exarata, nominatae, quos in librorum titulis et lapidibus inſculptos videre eſt; nec aliis deſcriptum olim Alcoranum teſtantur folia aliquot antiqua, literis ſemiuncialibus in pergameno exarata, quae doctiſſimus Johannes Gravius ex Ægypto ſecum attulit. Novum vero elegantiorem expeditioremque characterem Abuali Ibn Mocla, trecentis ferè poſt Mohammedem annis, excogitavit. Quod invenit Ibn Mocla, illud perfecit Ebn Bowab. Hunc vero obiiſſe anno Hegyrae 413, ſub Kadero Bagdadi et Dhahero Ægypti Kalifis. Vid. *Pocock.* ubi ſupra, *p.* 158. et *Doct. Hunt. Orat. p.* 13. 14. (*e*).

Doctiſſimus Hottingerus planè non tantum affirmat, ſed, teſtimoniis Arabum, ſcripta eorum ab antiquiſſimis temporibus vocalibus veſtita fuiſſe, confirmat.

" Arabum

(*e*) Doctiſſimus verò Hunt, Yakut Al Moſt'aſemi (ſic dictus ab Al Moſt'aſemi, ultimo Abbaſſidarum Kalifâ, cui ab epiſtolis erat) hanc gloriam potiore ſibi jure vendicare calligraphiae Arabicae ultimam manum imponendi putat, qui paulò poſt annum Hegyrae 640, ad eam formae elegantiam characteres Arabicos adduxit, quam nunc in pulcherrimis quibuſque codicibus, et Korani praeſertim exemplaribus, obtinent: Unde et titulo الخطاط *Al Khattat*, ſeu *Scribae*, eſt inſignitus.---Teſte verò doctiſſimo Theochar. Dadichi, Halebenſi (quo nemo linguam Arabicam aut melius intellexit, aut ejus characteres pulchrius depinxit) in codice quodam, ipſius manu ſcripto, quem poſſideo, ait doctiſſ. Hunt.—Cui etiam conſentiunt doctiſſ. Herbelot. *p.* 195. et Sale Proleg. § i. *p.* 23.

"Arabum ſcripta, (inquit Hottingerus), et ſacra et profana, quam plurima ſuis veſtita leguntur vocalibus; at non iiſdem vel nunc vel olim. Unico olim puncto, in antiquiſſimis Alcorani exemplaribus (quod, quia a docti ſſimis, et linguae Arabicae peritiſſimis, hactenus negatum eſt, moneo) diverſas innuebant vocales, prout vel ſupra literam ponebatur, vel infra, vel in ventre. Paulatim figura haecce rotunda mutabatur in apicem tranſverſum vel cubantem apud occidentales; declinantem vero ſeu acclivem a dextrâ ſiniſtram verſus apud orientales, in denotandis vocalibus *a*, *e*, et *i*; *o* vero et *u* ſemilunula ſignificabatur (*f*). Prioris punctationis fidem "facit

(*f*) Doctiſſimus Gregorius Sharp, puncta vocalia apud Arabes, niſi poſt Mohammedis tempora, in uſu non fuiſſe, primaque Corani exemplaria omnimodo ſine punctis exarata fuiſſe, Rabbinosque ab Arabibus ea furatos eſſe, affirmat:—"The Arabians (inquit) "were the original authors of the vowel-points: They "invented three, called *Fatha* (*a*) and (*e*), *Damma* (*o*) and (*u*), "*Keſra* (*i*). But theſe were not in uſe, till ſeveral years after "Mohammed; for it is certain that the firſt copies of the Coran "were without them. The Rabbins ſtole them from the Arabs, "&c." Vid. *Diſſertation upon the Origin, Conſtruction,* &c. *of Languages, p.* 87. 8*vo, Lond.* 1751, by *Gregory Sharp,* L. L. D. &c.

Hic verò clariſſimi Hottingeri, viri cum Hebraicae tum Arabicae peritiſſimi, teſtimonium in contrarium habemus, affirmantis Arabum ſcripta, et ſacra et profana, quam plurima ſuis veſtita legi vocalibus, comprobatum fide et auctoritate MS.

Dicat, quaeſumus, vir doctus, quam ob cauſam Arabes poſt Mohammedem puncta ſua vocalia invenerunt? Nonne hae literae اوي extitere in linguâ Arabicâ antequam Coranus exaratus erat? Si verò hae literae اوي idonea legendi ſubſidia eſſent, Cui uſui haecce punctorum inventio inſerviit?

Doctiſſ. Joan. Prideaux, hic planè doctiſſimo Sharp contradicit: "In Arabicis, Quis non facilè obſervet, Fatha, Damma, et Keſra, "cum caeteris omnibus apicalis excogitata fuiſſe a peritis ad Hebraeorum imitationem, quod de Turcicis et Perſicis etiam ſentiendum!" Vid. *Prideaux, Lect.* xxii. *p.* 189. *fol. Oxon.* 1648.

"facit elegans Alcorani, charactere Cuffico ex-
"arati, fragmentum; cujus aliàs meminimus,
"*Iſagog. ad Lect. Patr*: Poſterioris apud occi-
"dentales, aliud venerandae vetuſtatis monu-
"mentum, a Johanne Marquhardo a Koneg-
"ſeck, libero barone, anno 1535, Julii 20. in
"expugnatione Tuneti, metropolis Barbariae,
"in Europam allatum, et ab ampliſſimo rei-
"publicæ Sangalenſis conſule, Sebaſtiano Scho-
"bingero, benignè nobis communicatum, a-
"pud orientales obvii quique Arabum libri."
Addit clar. Hottingerus: "Perſas ſuas ſemper
"habuiſſe vocales, quis dubitat? Eaſdem vero
"eſſe hodiernas ab Arabibus mutuatas cum
"veteribus, quis dixerit?" Vid. *Hottinger. Theſ. Philolog. p.* 400,-401. 4*to*, *Tiguri*, 1659.

Doctiſſ. Chardin, antiquiſſimum characterem Arabum, circa Mohammedis tempora, in Cuffi-cum illum incoucinnum et impolitum mutatum fuiſſe, etiam ſaepiùs memorat (*g*).

Doctiſſ. Schultenſii verba de hâc re deſcribi merentur: "Hic character Cufficus, (inquit),
"qui ex Chaldaeorum tractu tranſlatus fuerat
"in provinciam Hisjaz, ejuſque caput Meccam,
"tempeſtate Mohammedis, obtinebat inter Ko-
"raſhitas, eoque Alcoranus fuit exaratus. At
"quum rudius eſſet, et ſemiunciali pondere
"tardiſſimum

(*g*) "Les premiers Mahometans Perſans ſe ſervoient du carac-
"tere *Cuſique*, ou *Cophte*, qui eſt l'ancien caractère, auquel l'Al-
"coran fut premierement ecrit. Vous voyez encore en Perſe plu-
"ſieurs livres ecrits en cette lettre Cufique. J'y en ai vu divers.
"Et comme on s'en eſt toujours beaucoup ſervi depuis dans les
"inſcriptions, on le fait encore à preſent. Il y en à entre les
"autres une infinité dans la vieille moſquée d'Iſpahan, qui eſt la
"cathédrale, et en bien d'autres endroits." Vid. *Chardin. Voyag. tom.* III. *p.* 151. et *tom.* II. *p.* 282.

" tardiſſimum ſcripturae genus, elegantiorem
" expeditioremque characterem excogitavit A-
" buali Ebn Mocla, ſupremus Miniſter ſive Ve-
" zyrius quadrageſimi primi Chalyphae Arradii,
" qui anno Hegyrae 322 regnare coepit. Lo-
" cum in *Hiſtor. Saracen. p.* 205. huc pertinen-
" tem, moneo in gravi mendo cubare. Vol-
" vente ergo ſeculo decimo, auctoritate hujus
" rerum Saracenicarum moderatoris, novata
" fuit alphabeti Arabici facies, atque impolitus
" tarduſque character, polito, prompto, celeri
" concedere coactus: Quam celeritatem unicè
" ſpectans, idem hujus noviciae ſcripturae in-
" ventor vocalium pauciſſimas reliquit notas;
" atque uti quinque longas, totidemque breves,
" diverſis figuris ſignatas, Hebraica ſcriptio ad-
" hibet, tribus vel potius duabus notulis, quic-
" quid eſt vocalium longarum breviumque ge-
" nio linguae convenienter, ſine ullo erroris
" periculo, exprimere docuit: Compendio ſanè
" quam admirabili atque prædicando! Etenim
" lineola ſupernè addita بَ ſonos A et E com-
" plexus eſt; eandem infernè poſitam بِ *i* ſo-
" lùm valere voluit. Reliquis brevibus *o* et *u*
" iterùm ſupernè parvulum Waw بُ aſſignavit.
" Ad longas repraeſentandas matres advocavit
" lectionis, literas quieſcentes אוי اوى, ſic ut
" Phata cum Elif valeret *a* et *o* productum;
" hoc eſt Kametz et Cholem, poſt Keſram ap-
" poſito Jod exiſteret Tzeri et Chirek longum.
" Waw additum *τω* Damma evaderet Schurek.
Vid. *Schultenſ. Clav. Dialect. p.* 323,-4.

Obſervat

Obſervat idem doctiſſimus auctor, hocce arcanum punctationis haud ſatis revelatum magnae fraudi fuiſſe, atque non imperitorum ſolùm, verùm etiam peritorum oculos quodammodo perſtrinxiſſe, quo minùs penetrare ſe valuerint ad complurium formationum Arabicarum exactiſſimam cum formis Hebraicis convenientiam atque harmoniam.

Eruditiſſimi viri, Capellus, Waltonus, Simon, aliique, veteres Arabes priſcis temporibus nulla puncta habuiſſe, ſed per tres literas اوي, אוי, quæ omnium vocalium vicem ſuſtinuerint, omnem legendi modum expediri potuiſſe affirmârunt; haec pro dubio vacuis, a variis viris doctis recepta fuere, et confidentiſſimè deinceps inculcata, etiamſi neutiquam veritati conſona. Rem ita ſe habere, unicuique patebit, qui naturam et indolem linguae Arabicae eandem eſſe cum illâ Hebrææ reputaverit; in quibus duâbus linguis, verba primitiva ſive radices, ex diverſis-conſonantium conjunctionibus, per triadas compoſita ſunt, ita ut plurima quoque vocabula occurrant, ubi nulla ex hiſce literis, اوي אוי vitiosè dictis matribus lectionis, exſtet. Hoc nullus negare poſſit qui Arabicas literas a limine ſalutaverit.

Omnibus vero notum eſt, literas اوي in Alcorano, caeteriſque punctatis codicibus, varia puncta vocalia ſibi adjuncta habere; unde eas literas neutiquam eſſe vocales, ſed conſonas, in illâ linguâ planè conſtat:—Literae enim apud Arabes ſunt xxviii, omnes ſuâ naturâ conſonæ: Ad vocales vero ſuas deſignandas, punctis vocalibus eodem modo quo Hebraei utuntur; ideoque

que tale punctum ab Arabibus حَرَكَة *motio* vocatur, quod veluti motum animamque conſonae largiatur (*h*).——Audiamus virum doctiſſimum Chardin, qui varias partes Orientis peragravit, de hâc re diſſerentem : Ille enim nos certiores facit, haſce viginti octo literas omnes eſſe ſuâ naturâ conſonantes, tum in linguâ Arabicâ tum Perſicâ ; et Elif Arabum ad amuſſim reſpondere ſono א Aleph apud Hebraeos, idemque valere ac ſpiritum lenem apud Graecos affirmat. Sed ut lector ipſe de hâc re judicet, in notâ haec a Chardin declarata apponemus, ut etiam quam temerè et audactèr quidam viri docti pronunciârunt literas اوي vocales fuiſſe ſolas, cum in linguâ Arabicâ tum Hebraeâ, Perſicâ, caeteriſque linguis orientalibus, ipſe perſpiciat (*i*).

Quicunque

(*h*) Porrò obſervatum eſt, literas اوي apud Arabes pro matribus lectionis, *i. e.* vocalium longarum indiciis directis, non venire, niſi cum ſerviles cenſentur. Reverà, judice Schultenſio, has اوي vocalium longarum indices, vocare matres lectionis, eſt adhibere vitio creatas phraſes ad vitioſas opiniones ferendas.

(*i*) "Ces vingt-huit lettres (aït Chardin) ſont toutes conſones,
" n'y ayant *point de voyelles* dans l'alphabet Perſan, non plus que
" dans l'Arabe, quoique l'Alif, qui eſt la premiere lettre, et qui
" a la force de notre *a* avec une accent reſemblant à nos accens
" graves ou aigus, ſoit eſtimé de pluſieurs grammairiens etre une
" lettre voyelle. Leur Alif eſt l'Aleph Hebreu, et il répond á cet
" accent dont les Grecs ſe ſervent, et qu'ils appellent *eſprit doux*.
" J'ai dit que tout leur alphabet eſt de conſones : Il y a pourtant
" trois lettres, *Alif, Vau, Té*, qui ont ſouvent la force de voyelles,
" a cauſe de quoi ils les appellent *lettres de repos*. Leurs voyelles
" ſont proprement des accens. Les Perſans nomment en general
" les accens, *Herket*, c'eſt à dire, *mouvement*, parce que les accens
" donnent le branle aux autres lettres. Ils en ont de trois ſortes ;
" les plus communs ſont ceux, qu'ils appellent *Zeber, Zer, Pich*,
" c'eſt à dire, *deſſus, deſſous, devant* ; le Pich eſt une accent fait
" comme une virgule, les deux autres ſont des accens aigus. Ils
" apprennent ainſi á les lire : B, avec Zeber, Ba ; avec Zer, Bi ;
" avec Pich, Bow ; et ainſi des autres lettres. Ces accens ſont
" les mêmes que les Arabes appellent *Hamza, Fatha, Keſre* ; mais
" les Arabes ont deux accens plus que les Perſans n'en employent
" dans leur ecriture." Vid. *Chardin. Voyag. vol.* III. *p.* 147.

Quicunque ergo linguarum orientalium indolem examinaverit, decantatas illas matres lectionis, per quas punctis vocalibus non indiguiſſent veteres Arabes ante Coranum conſcriptum, non poſſe ſuſtinere onus illud quod iiſdem ſuperſtruitur, facillimè perſpiciet: Si hae enim literae, اوي eſſent reverà vocales in linguâ Arabicâ, et ad promptè legendam linguam ſuffeciſſent, Cui uſui Arabes Coranum ſuum punctis vocalibus inſtruxerunt? Si nullum periculum errandi eſſet, Quare tam operoſum opus ſubierunt, ut Coranum, alioſque libros, praeſertim poetas ſuos, hiſce punctulis ornarent? Res ipſa veritatem prodit, ſine his punctis errandi locum fuiſſe: Lingua enim Arabica ad hoc uſque tempus Arabibus vernacula eſt; nunquam in exilium acti erant, ita ut punctis hiſce non opus eſſet ad antiquum et verum cum legendi tum pronunciandi morem conſervandum.

Diffitendum vero non eſt, linguas orientales, Hebraicam, Arabicam, Syriacam, et Chaldaicam, ſic eſſe comparatas, ut in bene multis, praeſertim in hiſtoricis, quam expeditiſſimè ſine punctis vocalibus adjectis, tum legi tum intelligi poſſe. Hinc quidam viri docti, qui, quum in ſimplici et hiſtorico ſtilo rem ſatis promptè ſuccedere ſentirent, de ſublimiore et ſententioſo, citra experientiam tamen, praeſumpſere.

Denique, verbis eruditiſſimi noſtri in hiſce literis praeceptoris graviſſimis huic quæſtioni finem imponamus: " Miratus ſemper fui confi-
" dentiam virorum quorundam doctiſſimorum,
" nimis liberaliter et magnificè hic loquentium;
" quamvis

"quamvis etiam ſæpe imperitiam, jejunitatem, "aliorum riſerim, qui nè unam quidem perio- "dum ſine punctis legi poſſe dictitant. Si *Ha-* "*ririi conſeſſus quinquaginta*, toti veteris linguae "floribus et gemmis contexti, ſine punctis "lectioni *Arabum* fuiſſent traditi, nè centeſima "quidem pars eorum luceret, non dicam nobis, "ſed vel linguae patriae callentiſſimis. *Alcorani* "lectio et ſenſus ſine punctis nuſpiam ſatis "conſtaret. *Priſcos Arabes poetas*, inter quos "multi qui non ultra Mohammedis ſolùm, ſed "etiam ultra Chriſti Domini aetatem adſcen- "dunt, haudquaquam venerata eſſet univerſa "natio, tanquam eloquentiae, et grammaticae "ſimul, ſupremos arbitros et magiſtros, ni *vo-* "*cales* eorum carminibus appictæ fuiſſent, quae "ad utrumque praelucerent, atque nihil nec "in ſenſu obſcuri, nec in pronunciandi ratione "ambigui, paterentur." Vid. *Praefationem ad Schultenſ. Gram. Hebr.* (*k*).

Animadvertat, quaeſo, lector, haec non a tyrone temerè effuſa, ſed a viro ſubacti ingenii, et linguarum orientalium exercitatiſſimo, prolata fuiſſe; qui a teneris annis linguâ Arabicâ imbutus erat; cui magna MS. copia in inclytâ

 academiâ

(*k*) Diverſae praeterea lectiones ſunt in Alcorano, quae ex punctatione exoriuntur, et quae planè puncta vocalia Alcorano ſemper adfuiſſe teſtantur.—"Reperias, (ait Hottingerus), quippe "quod mireris, inter ipſos criticos, qui diverſas in Alcorano lec- "tiones, in punctatione praeſertim ubique obvias, (uſquè adeo "ut vel una vox variis, in diverſis exemplaribus, legatur punctis, "ſenſum non parùm mutantibus), notârunt, quos inter emine- "bant celeberrimarum academiarum Cuffenſis et Bazorenſis pro- "feſſores." Vid. *Hotting. Theſaur. Philolog. p.* 411.

Doctiſſimus Golius memorat variantes lectiones, quae peculiarem habuere ſemper auctoritatem ex antiquâ doctiorum criſi.

"Primarii

academiâ Leidenſi ſuppetebat, quorum multa non tantùm perlegerat, ſed quaedam etiam verterat et enucleaverat, uti ex libris Arabicis ab eo verſis, notiſque doctiſſimis illuſtratis, et præſertim ex ſex prioribus Haririi conſeſſibus, ubi planè et affinitatem et conſanguinitatem linguae Arabicae cum Hebraeâ demonſtravit, patet.

Diverſam ſcribendi rationem apud Arabes variis temporibus jam obtinuiſſe vidimus, quippe quae magis arbitraria a rudioribus initiis, ad majorem perfectionem, ut videtur, ſenſim perducta: Sed certè talis erat, quae mutationem et novationem, manente linguâ, recipere potuerat, et reipsà recepiſſe videatur: Nam procul dubio, indoles et natura linguae Arabicae, ſub diverſis hiſce ſcribendi rationibus, eadem fuit, et permanſit.

Ex praedictis de origine, hiſtoriâ, et conſervatione linguae Arabicae, affinitas ejus cum Hebraeâ

" Primarii (addit etiam Golius) ferè pro memoratis ſupra co-
" dicibus ſeptem ſunt, quorum lectiones الروايات السبع *Alle-*
" *gationum ſeptem* nomine celebrantur. Univerſa autem pene va-
" rietas illa in vocalibus conſiſtit; quas, ut poſteriores et exter-
" nas ſcriptionis partes, veriſimillimè videtur literatorum anti-
" ſtitum conſenſu eſſe adjectas, tunc demum cum aliquamdiu Co-
" ranus fuiſſet divulgatus. Inde eſſe, quis facilè dixerit, duorum
" codicum quae poſſideo fragmenta quaedam in membranis, exa-
" rata vetuſtiſſimo charactere, qui ante ſecula exolevit, ubi nul-
" lae prorſus vocales comparent." Vid. *Erpen. Gram. Arab. p.* 183.

Doctiſſ. Golius agnoſcit variantes lectiones extitiſſe in Corano, et varietatem praecipuè eſſe in vocalibus: Sed, pace tanti viri, nondum ſequitur conſequentia quam ille hinc deducit, *viz.* veriſimile videri antiſtitum conſenſu eſſe adjectas, tunc demum cum aliquamdiu Coranus fuiſſet divulgatus. Contrarium planè videtur ex teſtimonio Hottingeri, qui Alcoranum charactere Cuffico exaratum, et punctis vocalibus planè ornatum, ſe vidiſſe affirmat.—Diverſae verò lectiones, quae etiam ex varietate punctorum vocalium oriuntur, ſenſum non parùm mutant, uti videre eſt in Corani variis locis.

Hebraeâ unicuique praejudicatâ opinione vacuo conſtabit. Eruditiſſimi in linguis orientalibus, cum Judaei tum Chriſtiani, hanc affinitatem ſuis ſuffragiis comprobârunt (*l*).

Doctiſſimus Pocockius, in aureis illis notis, ejus portae Moſis ſubjectis, non minore ſagacitate quam eruditione, non tantùm doctiſſimos Rabbinos, in ſuis ad difficiliora ſacrae ſcripturae loca, ac praeſertim ἅπαξ λεγόμενα, ut dicuntur, obſervationibus, ad linguam Arabicam frequenter provocâſſe oſtendit; ſed et ipſe haud paucos ejuſmodi textus, ab interpretibus fruſtra antea tentatos, luce haud aliunde quam ex Arabiſmo hauriendâ perfudit (*m*).

Sed

(*l*) Sic Rabbi David Kimchi, in praefatione in librum radicum, ait: וַאֲשֶׁר לֹא אֶמְצָא לוֹ חָבֵר בְּמִקְרָא אֲבִיהוּ מִלְּשׁוֹן הַגְרִי *Cui* (ſcil. *vocabulo*) *non reperio ſocium in ſcripturâ ſacrâ, adducam illum e linguâ Hagarenâ* ſeu *Arabicâ.*—Ipſe etiam Aben Ezra, in ipſo ſtatim primo verſu Bibliorum explicando, ad eam confugit, cum ad vocabulum שָׁמַיִם ita gloſſam ſuam ordinat, טַעַם שָׁמַיִם גּוֹבַהּ וּמַעֲלָה וְכֵן בִּלְשׁוֹן יִשְׁמָעֵאל, *ſenſus* שָׁמַיִם est *altitudo et aſcenſio ſive eminentia, et ita in linguâ Iſhmaelis, cujus maxima pars ſuper normam linguae ſanctae.*—Item Solomon Jarchi ad *Hoſ.* ii. 13. de voce חֶלְיָתָהּ haec pandit, וְחֶלְיָתָהּ לְשׁוֹן עַרְבִי הוּא קִשּׁוּט eſtque חֶלְיָתָהּ *lingua Arabica idem quod ornatus.*—Talmudici etiam de ſignificatione vocum ad linguam Arabicam confugiunt aliquando. Buxtorfius, in manuali ſuo lexico, haec habet ad vocem מַטְאֲטֵא: "Neſciebant quid eſſet וְטֵאטֵאתִיהָ, donec audirent famulam "quandam Arabicam dicentem ſociae ſuae, שַׁקְלִי טֵאטִיתָא "וְטַאטִי בֵּיתָא *Accipe ſcopas, et ſcopato domum.*"—Ipſe Hieronymus, in praefatione ad Danielem, Jobum cum Arabicâ linguâ plurimam habere ſocietatem affirmat.

(*m*) Huic affinitati linguae Arabicae cum Hebraeâ, luculentum etiam teſtimonium eruditiſſimus Hydius addidit:—"Ex dictâ "diſperſione (inquit) orta eſt lingua Arabica, cujus quidem dif-

"ferentia

Sed huic affinitati utriuſque linguae objicitur, cum propter confuſam illam ſignificationum multitudinem quae in lexicis Giggeji et Golii ſub unâ radice ſaepe comparet, tum propter diverſitatem, quin pugnam ſignificationum, quae in dialecto Hebraeâ et Arabicâ nonnunquam occurrere videatur.—Obſervandum eſt, 1. Diſſenſionem illam plerumque culpâ lexicographorum oriri, quibus vel non ſatis lucis ſaepe, vel non ſatis curae, vel non ſatis copiae, ad primariam poteſtatem ritè conſtituendam. 2. Differentia illa, quin repugnantia, ſaepiſſimè in dialectis unâ ſtirpe nixis, ex differentibus, quin repugnantibus, metaphoris et notionibus ſecundariis enaſcitur, quarum aliae his, aliae illis populis placitae, diſcordiam in ſummâ concordiâ effecere; quam origo detecta mox conciliare ad jucundamque harmoniam revocare poteſt. 3. In omnibus linguae alicujus dialectis, ſemper quaedam priva et ſingularia obſervari poſſunt, quae nunquam communis juris fuiſſe

“ ferentia ab Hebraicâ erat tantùm dialectica, uti et hodie con-
“ ſtat, tam ex grammaticali parte in quá praecipuum ponitur
“ linguarum criterion, quam ex pluribus vocibus quae cum He-
“ braeis conſonant, et a characteribus ab Hebraico alphabeto de-
“ flexis; primitivis quidem vocibus, proceſſu temporis, ſuperad-
“ ditae ſunt aliae, infinitae aliae, ſed quae in Arabiâ natae, et
“ non aliunde petitae: Nam haec lingua Arabica præ aliis pura
“ et immixta eſt, exceptis aliquot medicamentorum nominibus
“ Perſicis, et paucis vocibus Latinis, quae per bella et cum Ro-
“ manis negotiationem receptae ſunt, et urbe donatae. Aliàs
“ pura eſt, et omnis mixtionis expers; idque partim propter
“ multitudinem librorum et ſcriptorum, quibus lingua ſic ſcripta
“ ſervata eſt integra; et partim quia Arabes ſemper fuere lin-
“ guae ſuae cultores ſtudioſiſſimi, poeſi et grammaticae, quae ad
“ puritatem et linguae cultivationem ſpectant, deditiſſimi; et
“ partim propter deſerta, et regionem inacceſſibilem, a nullis
“ unquam hoſtibus ſubjugatam.” Vid. *Hyd. Diſſert. v.* II. *p.* 454, 5.

ſſe videantur. Sic Chaldæa quoque, ſic Syra, quid ſibi proprium et domeſticum habuere: in foro Attico verba viguere, quae jus civilis nuſquam alibi tenuerunt. Vid. *Schultenſ. Orig. Hebr. vol.* II. *p.* 137. (*n*).

2do, Hæc vero, de Arabicae cum linguae tum ſcripturae antiquitate, ejuſque intimâ cum Hebraeâ affinitate, dicta ſunto.—De indole et utilitate ejus paucis jam dicendum.

Indoles

(*n*) Obſervat Doct. Schultenſius, *Giauharium* et *Phiruzabadium*, principes Arabum gloſſatores, diverſis ſignificationibus congerendis unicè intentos, de iiſdem digerendis, et critico judicio in ordinem naturalem redigendis, parùm ſollicitos fuiſſe; indeque effectum eſſe, ut linguae Arabicae nativa facies, pulchritudo, conſtantia, cum reliquis dialectis conſonantia, hactenus in debitâ luce collocari non potuerint. Giauharium cum Suidâ, Phiruzabadium cum Heſychio, comparaverim; et hi tantùm congeſſere, non digeſſere. Hinc compertiſſimum, obſcuram, confuſam, imperfectam fore cognitionem linguae Graecae penes eum, qui ex ſolis illis *gloſſatoribus* ſaperet; neque ex ipſis fontibus, ex quibus illi ſua hauſerunt, bibere condidiciſſet. Quid quod, ut Heſychiu et Suidas, ita Arabum quoque lexicographi illi, quam plurima in ſuis lectoribus ſupponant, et bonam magnamque partem vulgarium uſuum magno ſilentio praetereant?——Denique, lingua Arabica vernacula eſt hodie, plenoque fluit alveo, immenſamque vocabulorum copiam vehit: Lingua verò Hebraea mortua eſt, et cancellis Bibliorum incluſa. Nil mirum ergo ſi integrae ſaepe ſententiae et periodi ita exeant, ut nihil ſimile in Bibliis Sacris reperiatur. Definiri nunc non poteſt, an omnes illae ſtirpes, cum ſuâ ſibi ſobole, quibus Arabum dialectus floruit, apud Hebraeos quoque olim viguerit. Sufficit nobis, utramque dialectum ex uno fonte primaevae linguae, quin unâ e domo Heberi, emanâſſe, ad colligendam maximam partem verborum radicalium utrique communem eſſe debuiſſe, cum diverſitate pronunciationis vel conſtructionis, per ſedium et regionum diverſitatem, ſenſim introductam fuiſſe. Res ſimili illuſtrari poſſit: Diverſus Thucydidis et Herodoti cum dialecto diſſidente ſtylus. Quis tamen ita Atticus eſſe velit, ut, ad Thucydidis ſermonem illuſtrandum, ſe Ionem illo carere poſſe glorietur? Sic Hippocrates, eloquentiae ſtator, ſententiis et phraſibus nuſpiam alibi reperiundis ſcatet. An Iones igitur ab officio Atticos auctores illuſtrandi excludendi ſunt? Vid. *Schultenſ. Orig. Hebr. vol.* II. *p.* 71. et paſſim.

Indoles linguae Arabicae eadem eſt ac ea Hebraeae, *viz.* quod verba primitiva ſive radices, ex diverſis conſonantium conjunctionibus, per triadas compoſita ſunt, ita ut variae combinationes et copulationes per tres literas plus quam decem millia radicum efficiant, etiam iis conjunctionibus vitatis, quae ex concurſu gutturalium literarum oriri poſſint. Ex hâc indole linguae Arabicae fluxit permanens illa ſtabilitas et conſtantia, illi communis cum matre ſuâ Hebræa, quâ lingua hæcce per tot millia annorum eadem permanſit, et nequaquam hiſce mutationibus quibus aliae linguae, obnoxia fuit.

Lingua haecce maximè ſuâ perſpicuitate excellit; eſt enim illi rotunda in ſummâ copiâ brevitas, ea perſpicuitate paucis tradens, quae non niſi per multas ambages aliis linguis explicentur. " Neque in nullâ certè laudis parte, " mira illa, (inquit doctiſſimus Pocockius), quâ " non ſolùm verborum in ſignificando perſpi" cuitati, ſed in prolatione elegantiae et dulce" dini caverunt, ſedulitas; quâque non ſolùm " accuratâ inter literas et ſignificatâ proportio" ne, ſenſus vel intenſioni vel remiſſioni, prout " res poſtulaverit, literarum appoſitione, ſub" ductione, vel juxta organorum ratione, pro" ſpexerunt; ſed et nè quid delicatulis auribus " ingratum, nè quid horridum aut ασυμφωνον re" periatur, effecerunt. Hoc in genere eſt, quod " nuſpiam in verbo aliquo, genuinae apud A" rabes originis, concurrant, non intercedente " vocalis alicujus motione, conſonantes, cum " vel tres vel plures, aliis in linguis frequenter

" collidantur.

"" collidantur. Immo neque, ſi adſint, quae "" aſperitati remedio ſint, vocales, quaſlibet tamen temere committunt conſonantes: Sed ſi "" ita rei natura poſtulat, ut concurrere debeant "" illae, quae ſe invicem ſine aſperitatis alicujus "" inductione conſequi, et inter ſe connecti non "" poſſint, illi vel ſitûs vel literarum mutatione, "" eas abjiciendo, inſerendo, emolliendo, aliiſve quibus poſſint modis, remedia quaerunt; "" adeo ab omni, quod vel abſonum vel diſſonum eſt, abhorrent. Quod ſi nobis ſecus "" videatur, et aſperius ſonare ab Arabibus prolata, illud auribus noſtris et uſu, non linguae "" imputandum; nec mollius illis ſonare noſtra, "" quam eorum nobis cenſendum. Quin et gutturalium, quæ nobis maxima aſperitatis cauſa "" videntur, abſentiam, ut magnum in linguâ "" Graecâ defectum, arguunt Arabes." Vid. *Pocock. Orat. de Ling. Arab.* (*o*).

Lingua

(*o*) Eſt revera delicatum genus hominum, quorum aures occidentalibus linguis ſemper aſſuetae, Arabicam ferre nequeunt. Horum judicio, dura et auſtera eſt lingua Arabica: Sed illa notio aſperitatis hujus linguae unicè oritur ab ignorantiâ. Audiamus doctiſſimum Huntium de hâc re diſſerentem:—" Nuſquam, " mihi credite, (inquit), auribus magis parcitur, quam in Arabiâ; " nulla lingua a κακοφωνια omni alienior, quam Arabica. Quan- " quam enim nonnullae ejus literae minùs fortaſſe ſuavitèr, immo " duriùs etiam ſonuerint, ita tamen Arabes eas temperârunt, ut " aſperas cum lenibus, duras cum mollibus, graves cum acutis, " miſcendo, voces inde non minùs auditu jucundas, quam pro- " nunciatu faciles confecerint, totique ſermoni miram ſonorum " tam dulcedinem quam varietatem addiderint. Quod quidem " orationis modulandae ſtudium in Corano adeo manifeſtum eſt, " ut primi Iſlamiſmi oppugnatores eum librum magicâ ideo arte " ſcriptum dixerint. Nec auribus tantum gratus eſt Arabiſmus, " ſed et animi conceptibus exprimendis aptus, ſonos ſuos ſenten- " tiis ſemper accommodans, et felici verborum juncturâ ipſam " rerum naturam depingens." Vid. *Hunt. Orat. de Ling. Arab.* p. 17.

Lingua vero Arabica non tantum venuſta eſt, ſed ejus notitia utiliſſima; ampliſſima enim in omni literarum genere emolumenta in præmium laboris diſcentibus proponit. De priſcis Arabibus, qui ante Mohammedis tempora non ſine multâ cum ingenii tum doctrinae laude floruerant, jam diximus. Tempore Mohammedis, quatuorque ejus ſucceſſorum qui illum proximè ſecuti, marte obſtrepente, ſuperſtitioneque fervente, muſis vix fuiſſe locum fatendum eſt.

Sed Abbaſſidis ad chalifatum evectis, Chalifæ Almanſur et Almamun, complures ex domeſticis ſuis, ingenti pecuniâ inſtructos, per omnia مواضع العلم *Mowadi al-ilm*, i. e. *loca ſcientiarum*, (ut Abulpharagius loquitur), Syriam nimirum, Armeniam, Perſiam, Graeciam, et Ægyptum, dimiſerunt, qui ſcriptores laudatos, eruditioniſque famâ inclytos, omni ſtudio conquirerent, pretioque quantumvis magno compararent: Copiâque librorum magnâ collectâ, eos in linguam Arabicam vertendos eſſe curârunt. Vid. *Doct. Hunt. Orat. de Ling. Arab.* (*p*).

Apud doctos in confeſſo eſt, nihil in universâ rerum naturâ ad veram Hebraiſmi Biblici cognitionem magis contuliſſe, quam ejuſdem cum Arabicâ,

(*p*) "Sic enim habete, (inquit Cl. Erpenius), tranſtuliſſe eos "in ſuum ſermonem nobiliores omnes veterum, non Ægyptiorum "tantum, Perſarum, et Chaldaeorum, (qui ſapientiae omnis et "ſcientiae primi perhibentur auctores), ſed et Graecorum et "Latinorum, quae cauſa quoque eſt, ut eorum beneficio hodie"que Arabicè exſtant innumera illarum nationum ſcripta, quae "apud ipſos temporum injuriâ et hominum incuriâ perierant, "quod ut uno et altero exemplo confirmem: Scitote, viros fide "digniſſimos perhibere, omnes apud eos exſtare Titi Livii libros, "etiam eos, inquam, quorum jacturam totus dolet orbis Latinus." Vid. *Erpen. Orat. de Ling. Arab.*

Arabicâ, caeteriſque linguis orientalibus, affinitatem probè intellexiſſe :—Nam cum ea fuit dura linguae Hebraeae ſors, ut non paucae ejus voces varia antiquitùs ſignificata agnoverint, quae jampridem oblivioni tradita ſunt ; plurimaeque adeo ſcriptoribus ſacris occurrere potuerint vocum ſignificationes, quarum vel omnino nulla, vel obſcura admodum in hodiernis, vel Chriſtianorum vel Judaeorum, lexicis reliqua ſunt veſtigia ; neceſſe eſt ei, qui ſacrorum oraculorum mentem dignoſcere velit, inveſtigare, quem uſum, quaſve ſignificationes eaedem voces in vicinis dialectis habeant, ut inde ſibi et de priſtinis illis, quibus divinorum auctorum temporibus gaviſæ fuerint notionibus, judicium facere liceat.——Inſigne eſt ſummi eruditiſſimi Bocharti de affinitate linguae Hebraeae cum Arabicâ teſtimonium, ad verum ſacrae ſcripturae ſenſum in quamplurimis locis inveſtigandum : "Arabica lingua (inquit) ad Hebrææ linguæ "perfectam cognitionem multò plus confert, "quam creditum eſt hactenus. Quod Hebrae-"orum in ſcripturam commentaria docent, "qui, quoties hæret calculus, ad hanc linguam "confugiunt, tanquam ad ſacram anchoram, "quamvis longè plura obſervâſſent ex Arabicâ "ad ſacri textûs illuſtrationem, ſi illius fuiſſent "peritiores." Vid. *Bochart. Phaleg. lib.* I. *cap.* xv. *p.* 58.—Addit idem vir doctus, " Sed, ut "dicam quod res eſt, nihil mihi tam profuit, "quam Arabicæ linguæ qualiſcunque cognitio : "Cum enim in reliquis linguae Hebraicae dia-"lectis, præter aliquot ſcripturae verſiones aut

 " paraphraſes,

" paraphraſes, vix quicquam habeatur quod ſit " alicujus momenti; Arabes adhuc annis ferè " nongentis omnes omnino ſcientias magnâ " curâ excoluerunt, et de ſingulis multa ſcrip- " ſerunt, iis plerumque verbis, *quae vel mere* " *Hebraica ſunt, vel cum meris Hebraicis magnam ha-* " *bent affinitatem.* Itaque, ſi quis Arabum ſcrinia " ſedulo compilaret, plura ex iis eliceret ad " ſolidam ſacrae linguae cognitionem perti- " nentia, quam ex magiſtrorum commentariis " omnibus. Quod ſum expertus in hoc ipſo " libro, quem de animalibus ſcripſi; quamvis " enim Arabicos libros paucos habeam, et pau- " ciores legerim, tamen ex paucis illis multum " lucis mihi affulſit." Vid. *Praefat. Hieroz.* (*q*).

Doct. Schultenſius hanc ſententiam Bocharti, in commentariis ſuis in Jobum et Proverbia Solomonis, confirmat; et utilitatem linguae Arabicae,

(*q*) " Sciendum eſt, (ait Doct. Ockley), multas Hebraearum " radicum ſignificationes deperditas in linguâ Arabicâ eſſe repertas, quae res interpretandae ſcripturae multum confert: Cum " enim Graecos aut Latinos auctores legimus, in quibus aliquid " difficilius occurrit, quod vocis alicujus vera et genuina ſignifi- " catio ignoretur, in promptu eſt alios ejuſdem gentis ſcriptores, " qui eâdem voce uſi ſunt, adire, unde lucem foenerari poſſimus, " et alicujus vocis vel phraſeos ſignificationem inveſtigare. Longè " aliter ſe res habet in linguâ Hebraicâ, in quâ unica Biblia ex- " ſtant, in quibus multa ſunt ἅπαξ λεγόμενα, aliaque obſcura, " quorum ſenſus, ſi modo adhibeatur acre judicium, ex linguâ " Arabicâ erui poſſit." Vid. *Ockl. Introd. ad Ling. Orient. p.* 117. " Addo, multas in Hebraeis lexicographis exſtare voces *derivatas*, " quae cum *primitivis* nullam omninò habent affinitatem, eo no- " mine quod *primitivarum* ſignificatio ab ipſis linguae Arabicae " neſciis ignoretur: Cujus rei, quod brevitati conſulam, quatuor " ſolummodo exempla proferam, *&c.*" Vid. locum, *p.* 118.

" I lightly (addit idem auctor) touched upon this, only to in- " form thoſe readers who might poſſibly be ignorant of it, that " the preſent practice and language of the Mohommetans are the " beſt comment upon the Old Teſtament extant in the world." Vid. *Ockley's Preface to an account of S. W. Barbary, p.* 18. *8vo.*

bicae, in illuſtrandis variis locis Veteris Teſtamenti, in notis ſuis ad Haririi conſeſſus oſtendit.

" Hæc lingua, viz. *Arabica*, (ait Doct. Hunt), " affini ſuae Hebraeae, inopi jam incultaeque, " tam feliciter ſuccurrit, totque ejus non tan-" tùm voces, ſed et vocum ſignificationes, per " immenſum ferè ſeculorum decurſum, puras " atque integras conſervavit, ut qui vel medio-" crem ejus peritiam cum Hebraicis ſtudiis con-" junxerit, nae illum audactèr affirmare auſim " majores in verâ ſacri idiomatis cognitione, " intra unum vel alterum annum, progreſſus " facturum, quam ſi, neceſſario hoc auxilio " deſtitutus, merae commentatorum, utcunque " aliàs doctorum, lectioni per totam vitam in-" cubuerit." Vid. *Hunt. Orat. de L. Ar. p.* 53. (*r*).

Reſtat noſtratibus qui in India Orientali commercii cauſâ verſantur, alius linguae Arabicae uſus,

(*r*) Ex teſtimoniis eruditiſſimi Pocockii, Bocharti, Schultenſii, aliorumque, candidus lector facilè judicet, quanti haec a doctiſſimo Hutchinſonio temerè prolata æſtimanda ſunt, quum linguam Arabicam a Mohammede excogitatam fuiſſe, confuſamque et incertam eſſe pronunciet.—Hicce vir doctus, etiamſi linguae Arabicae planè rudis ſit, non tantum hanc affinitatem hujus linguae cum Hebraeâ, quamvis a viris doctiſſimis, in utrâque linguâ peritis, confirmatam, negat; ſed hancce affirmationem affinitatis earum eſſe *ſummum gradum peccati contra Spiritum Sanctum*, etiam pronunciare haud dubitet. Vid. *Hutchinſon's Works, vol.* IV. *p.* 151, 2. —" If the Hebrew Scriptures (ait D. Hutchinſonius) are to be " conſtrued by the apoſtates, we had better have had none: " And we had better have had no reformation, than embrace " the doctrine of the apoſtate Jews, and the derivations of the " Alcoran, and the conſtructions of the Mahommetans." Vid. *vol.* VI. *p.* 294.—Addit idem porro; " Explaining Hebrew by " Arabic could not then be introduced, nor by his Maſorites, " nor by any, till it was forged and writ. This was the ulti-" matum of the wickedeſt of the apoſtates: This is the higheſt " degree of ſin againſt the Holy Ghoſt: This doth not only, as " pointing, twiſt or evade his evidence, but takes away the " whole." Vid. *vol.* VI. *p.* 306, -7.

uſus, *ſcil.* ut lingua Perſica feliciùs faciliùſque perdiſcatur: Non quod illa lingua ſit Hebraeae vel Arabicae affinis; indoles enim ejus ab Hebraeâ ejuſque dialectis planè diverſa eſt. Adoptavit vero Perſica gens, poſtquam ſub ditionem Saracenorum cecidiſſet, cum ſcripturam Arabum, tum infinitam quandam vim vocabulorum Arabicorum, iiſque pro domeſticis ac ſuis utitur vocabulis illis, alveo Perſico fluentibus, eodem modo quo voces Latinae et Gallicae in idiomate Anglico fluunt: Et Arabica vocabula aequè facilè diſtingui ſe patiuntur, quam Latina vel Gallica, Anglico ſermoni, more et ore ſeculi politioris immixta. Religio Mohammedica, a Perſicis recepta, huic immixtioni linguae Arabicae, ſummaeque erga linguam illam venerationi, anſam dedit (*s*).

"Quum

(*s*) Indoles linguae Perſicae a linguae Hebraeae et Arabicae planè diverſa eſt: Lingua enim Perſica Europaeam praefert originem indolemque, quum omnes ejus radices formâ infinitivâ in *ten* vel *den* exeant; ut گرفتن *griften, capere*; داشتن *daſten, tenere*; بستن *beſten*, quod et بندن *benden, ligare*; مردن *murden, mori*; quemadmodum et in خدا *Choda, Deus*; برادر *broder, frater*; conſimilibuſque bene multis, quae ex Scythiâ Europaeâ linguae Perſicae natales repetere jubent. Ut autem Perſica lingua ab Arabicâ omninò differt, ita Turcica ab hac et illâ immenſo dirimitur intervallo. Omnes ejus infinitivi in *mak* et *mek* terminantur. In conjugationibus, declinationibus, reliquiſque grammaticâ, ex alio orbe ſermonem huncce emerſiſſe planè videas. *Molli ſuavitate* Perſica, *maſculâ gravitate* Arabica, *horridâ quadam et bellatrice aſperitate*, velut *nativo quodam charactere*, Turcica lingua, conſignantur. Nec mirum; eſt enim Turcica Tartaricae originis, ex Turkiſtaniae regionibus Tranſoxianis prorupta, atque cum Togrulbecho Selsjukidâ in Choraſanam, Perſiam, aliaſque provincias primum invecta; indeque porrò cum Othmannidarum domo regnatrice ad ſummum in Oriente culmen evecta.—Haec dialectus, verè Tartarica, aſperitatem ſuam ſuavitate Perſicâ temperare coepit, quum ſub Selsjukidis in Perſiâ ſedem fixiſſet; adſcitâque

"Quum Perſarum (ait doctiſſimus Erpenius) "et Turcarum, quae latè in Orienti patent, "licet genere ferè tot inter ſe et ab Arabicâ "differant, ſine Arabiſmi tamen cognitione "intelligi nequeunt; cum iis (qui in loquendo "et ſcribendo eam uſurpant, ſcribunt autem "imprimis Perſae ſic ſatis multa, eaque bona) "in more poſitum ſit, ut voces Arabicas pro "floſculis ſermoni ſuo admiſceant, frequentiùs "etiam multo quam Latini Græcas, aut Belgæ "politiores Latinas et Gallicas." Vid. *Erpen. Orat. de Ling. Arab.*

Denique, quantae utique utilitatis Arabum lingua ſit in peregrinationibus Africanis atque Aſiaticis, nullus ignorare poſſit, qui in Ægypto, Lybiâ,

adſcitâque religione Mohammedis, univerſam fermè linguam Arabum, praeſertim in formis, infinitivis, et participialibus, ſenſim ac pedetentim ſecum coaleſcere fecit; tamque ſcitè admiſcuit, ut quid origine ſit Arabicum, quid Perſicum, quid Turcicum, e veſtigio dignoſci queat; qualis temperaturae imaginem in Anglicâ dialecto cernere eſt.—Hinc planè patet, nec Turcicam, nec Perſicam, proprie eſſe affines linguae Hebraeae: Extant quidem multa vocabula Arabica in hiſce duâbus linguis; ſed vera ſignificatio harum vocum ex ipſis claſſicis auctoribus Arabicis inveſtiganda eſt: Procul enim dubio haec limpidius ex ipſis fontibus haurienda ſunt. Vid. *Schultenſ. Orig. Hebr. vol.* II. *p.* 16.

"Pour venir preſentement (ait Chardin) a langue Perſane: "Avec ces mots propres et naturels, elle eſt compoſée de grand "nombre de mots de toutes les nations qui ont conquis le royaume tour à tour depuis ce changement-la, et qui s'y ſont établies, comme les Turcs, les Tartares, et les Arabes. Nous y "trouvons auſſi avec aſſez de plaiſir une infinité de mots qu'on "voit incorporés dans nos langues d'Europe, comme l'Allemand, "l'Anglois, et le François, et plus dans l'Anglois que dans aucune autre langue.—Quoique le Perſan ait bien des differences "de conſtruction d'avec l'Arabe, comme de n'avoir point de *duel*, "ou le double perſonne; neanmoins il ſe conduit par les mêmes "régles. Même la langue Perſane n'a point de grammaire, ni de "ſyntaxe, mais elle ſe ſert de celle des Arabes; les gens apprenent la grammaire et la ſyntaxe Arabe, pour parler leur langue, "tant la conſtruction en eſt ſemblable." Vid. *Chardin. Voyag. vol.* III. *p.* 146,-7.

Lybiâ, totâque Africâ littorali, itemque in Arabiâ et Palaeſtinâ vulgarem eam eſſe, et ſolam in uſu, noverit: In Turciâ autem, id eſt, totâ Aſiâ minori, Armeniâ, Meſopotamiâ, Perſide, Indiâ, atque Tartariâ, eum habet uſum lingua Arabica, quem apud nos Latina; hoc eſt, eruditorum et politiorum hominum lingua, et commune diverſarum nationum inſtrumentum eſt; ita ut in omnibus illis regnis magno numero inveniantur qui eam intelligunt et loquuntur. Vid. *Erpen.* ubi ſupra.

Poſtremo, Summam dari convenientiam linguae Arabicae cum Hebraeâ, in variis partibus orationis, monſtrare reſtat.

Lingua Hebraea, ratione numeri alphabetici, cum Arabicâ planè convenit: Literae enim Hebraeae ſunt numero 22; apud Arabes vero literae 28 numerantur.—Clariſſimus Schultenſius, poſt Rhenferdium in *Rudim. Harm. Ling. Oriental.* vulgarem 28 literarum in alphabeto Arabico minùs ritè initum fuiſſe docet: Nam hae ſex literae acceſſoriae, *Dſal*, *Kha*, *Da*, *Gain*, *Dad*, *Thſe*, ſibilo tantùm flexuve bleſſiore a *Dal*, *Hha*, *Da*, *Ain*, *Dſad*, *Te*, differunt, atque tam parùm numerum elementorum apud Arabes, quam literae *Bheghadh chephath* apud Hebraeos cum adſpiratione enunciatæ, augent. Vivente linguâ Hebræâ, bifariàm pronunciatas quoque fuiſſe *Hheth* et *Hhain* a viris doctis inſinuatum. Vid. *Schultenſ. in Inſtitut. Aramaeis*, *p.* 6.—Ita, literis *Bheghadh chephath* 22 literis Hebraeis additis, 28 literas in

linguâ

linguâ Hebraeâ æquè ac in Arabicâ exſtare dici poſſe, planè apparet.

Eadem convenientia etiam in ordine planè obtinuit: Nam alphabetum Arabiae antiquiſſimum hodienum ab initialibus alphabeti Hebraici literis, dictione technicâ vocatur *Abgad*, *Hawaz*, *Thati*, *Calman*, *Sahhhphatz*, *Karſhat*; quæ denominatio eundem planè ordinem veteres habuiſſe Arabes monſtrat. Rem ita ſe habuiſſe, etiam ex ordine numerandi quo hodie etiam Arabes utuntur, apparet: ا enim more Hebraeorum א *unum*, ب *duo*, ج *tria*, د *quatuor*, ه *quinque*, &c. qui planè idem eſt ac apud Hebraeos. Hicce quoque ordo conſpicuus eſt in numerando in hiſtoriâ *Tamerlanis* Arabicè, a *Golio* impreſsâ (*t*).

De

(*t*) Veteres Arabes, cum ſuum alphabetum pinxerunt, Hebraicum ex aſſe ſervârunt, et ad finem ſex illa elementa punctis diacriticis ornata rejecerunt, quod planè convenientiam alphabeti Arabici cum Hebraico oſtendat. Figurarum verò Arabicarum major eſt harmonia cum Hebraeorum figuris, quam vulgò putatur: Repraeſentatis enim figuris Hebraicis, ſecundum eam quae hodie in Biblicis comparet formam, atque in figuras ferè quadratas excuntibus; iis e veſtigio minori figurâ quin minutiſſimâ pictis; proditurum facilè cernere eſt alphabetum Arabicum, levi quâdam mutatione hinc ortâ ob figuras minores redditas. Vid. *Schultenſ. Inſtit. Hebr. p.* 20.—et *Clavim Dialect. p.* 323.

Alius verò eſt etiam numerandi ordo Arabibus, qui ab Indis ad Arabes, ab his ad Europaeos tranſiit his figuris, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, quae originis Indicae ſunt. Vid. *Grav. de ſiglis Arabum et Perſarum*, 4to, 1648.

Doctiſſimus Erpenius diverſum ordinem literarum ab hodierno apud Arabes obtinuiſſe obſervat: "Olim apud utroſque alius obtinuit, qui etiam numeris denotandis inſervit, et 8 fictis vocabulis exprimitur; apud illos, *ſcil.* Aſiaticos, idem qui apud Hebraeos." Vid. *Erpen. Gram. Arab. p.* 5.

Idem etiam notat celeber. Chardin: "Et ce mót *ABGED* eſt formée de quatre lettres, qui étoit autres fois les premieres de la langue Arabe, comme elles le ſont encore de celle des Hebreux." Vid. *Chardin. Voyag. vol.* III. *p.* 154.

Omnes

De vocalium Arabum affinitate cum Hebraeis jam egimus, *p.* 37,--9.—et illum qui figuras literarum reperit, quicunque tandem ille fuerit, iſtis literis a ſe excogitatis vocales quoque omnino addere debuiſſe diximus. Eundem numerum vocalium Hebraeis et Arabibus eſſe conſtat. Decem habent Hebraei vocales, *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, longiùs, breviùs ſonandas: Totidem Arabes, *ſcil.* Phata, ſequente Elif, notat Kametz et Cholem; Keſra, ſequente Je, conſtituit Chirek Longum et Tzeri; itemque Damma, ſi ſequatur Waw, Schurek indicabit. Quod attinet ad vocales breves: *a* breve notatur per Phata, ut et *e* breve; *i* breve per Keſra; *o* breve per Damma; etiamque *u* breve per eandem quoque; quas Hebraei, arbitrariis vocibus, Patach, Saegol, Chirek Breve, Kametzchatuph, et Kibbutz, inſigniunt. Videas haec fuſius illuſtrata ab eruditiſſimo Schultenſio in *Clavi Dialect.* *p.* 326,358.

De Schevate, cum ſimplice tum compoſito, bene ab eodem viro docto obſervatum eſt, Hebraeam linguam vivam et vernaculam non omnino hiſce figuris ſive bacillis ad nutantem lectionem fulciendam opus habuiſſe: Scheva enim eſt tantum abſentis vocalis indicium, ſive ille gradus vocalitatis quae omni ſyllabae incipienti vel exeunti cum duâbus conſonantibus adeſſe debeat.

Omnes verò literae in alphabeto Arabico ſuâ naturâ ſunt conſonae, aequè ac in linguâ Hebraeá: Hac etiam in parte, maxima eſt inter Arabes et Hebraeos harmonia, uti antea oſtendimus; ad vocales verò ſuas deſignandas, punctis vocalibus eodem modo quo Hebraei utuntur. Doctiſſimus Chardin, omnes haſce 28 literas, in linguâ cum Arabicâ tum Perſicâ, ſuâ naturâ eſſe conſonantes, teſtatur; et Elif Arabum planè reſpondere ſono א apud Hebraeos, idemque válere ac ſpiritum lenem apud Gráecos, affirmat. Vid. locum apud Chardin citatum *p.* 37. *hujus Diſſertationis.*

debeat. Idem de Schevatibus compoſitis judicandum ; talem enim pronunciationem ſive vim ea habuiſſe, natura ipſa docet : Gutturales enim literae nunquam ex ore exeunt, quin aliquam moram deſiderent, ruptamque quaſi vocalem ſic efforment. Etiamſi Arabibus fictitiae illae vocales non ſint, attamen omnino id quod natura ſuggerit cuivis, in gutturalibus potiſſimùm ſonandis, habent : Pro Schevate tantum quieſcente *Sjeſm*, جزم dictam notulam, quæ ſyllabam ſecandam eſſe indicat ; quod ſectionem vocula iſta ſignificet. Quomodo vero Scheva mobile redditur, videatur *Clavis Dialectorum*, p. 359, 360.

Puncta diacritica literae ש, Dageſch, Mappik, et Rhaphe, nobis conſideranda ſemet exhibent : —Maxima equidem convenientia Arabum cum Hebræis, in diſtinguendo inter literas שׁ *Schin* ش, et שׂ *Sin* س. Buxtorfii argumenta, in hâc ſaltem cauſâ, planè praeponderare videntur : Quòd, *ſcil.* linguâ vivente, propter innumeras voces ſimilium omnino literarum, ſi abſuiſſent haec puncta, quae nunc comparent, vel ſaltem aliûs figurae, ſummam omnino ſemper debuiſſe adeſſe ambiguitatem, quae in nullâ linguâ bene ordinatâ toleranda eſt ; quod planè apparet in linguâ Arabicâ, ubi literae ش et س ſenſum vocis planè diſtinguunt. Arabicae linguae cognitio eruditiſſimum Capellum hâc in parte meliora monere debuiſſet, ubi diſcrimen inter שׁ *Schin* et שׂ *Sin* tribus punctis denotatur.

Diſtinctio inter Dageſch Lene et Forte, quâ indicatur hanc vel illam literam molliùs vel du-

riùs pronunciandam eſſe, planè neceſſaria erat, et nequaquam inutilis, uti docet Cl. Capellus.

Priſcis temporibus, hae literae בגדכפת notulâ aliquâ, *Raphe* vocatâ, inſigniebantur: Sed poſtea compendio quaeſito, illud Raphe, quod lineâ rectâ ſupra literam notabatur, per punctum in gremio literae diſtinguebatur. Jam Arabes tale indicium quoque punctulo exhibent, uti clariſſ. Hottingerus in *Smegmate Orientali*, *p.* 6. indicat, planè ut literæ בגדכפת (*Hebræorum* ſcil.) Raphatæ ab iiſdem, *i. e.* Arabibus, puncto, *i. e.* Dageſch Leni, notentur: Apud Arabes enim figura د eſt *Dal*, ذ vero eſt *Dſal*; ت eſt *Te*, ث vero eſt *Thſe*.

Dageſch Forte omnino extitiſſe apud Hebræos lingua Arabica monſtrat: Arabes enim talem figuram duplicationis indicem apponunt, tum quoque in MS. quando reliqua puncta omittunt. Haecce enim notula, quae apud Arabes تشديد *Teſhdid* vocatur, *i. e.* geminatio literae in quâ inſeritur, planè inter primam et ſecundam conjugationem ſive ſpeciem verbi diſtinguit.

Mappik, punctum in gremio literæ ה inſcriptum, eſt indicium literae ה mobilis et radicalis, ut in אֱלוֹהַּ *Numen venerandum*, *Deus*. Hocce Mappik, hanc literam ה *He* radicalem eſſe ubicunque adſit, oſtendit; abſentia vero hujus puncti, illam eſſe quieſcentem ſive ſervilem, monſtrat.—Unum exemplum neceſſitatem ejus ob oculos ponet, *Thren.* iii. 33. exſtat יַגֶּה *moeſtitia afficiet*; ſed *Job.* xviii. 5. legitur יִגַּהּ *ſplendebit*: Si haec vox ſcripta erit ſine tum Dageſch tum Mappik, יגה, vix aut ſenſus, aut radix, vel etiam forma vocis,

vocis, dignoſci poterit.——Sed pingatur יֻגֶּה: Hinc noſcitur eſſe fut. Pihhel ſive tertiæ ſpeciei, a יָגָה ſive וָגָה (Arab. وجي) prop. *uſſit pedem calculis, ſcrupulis, aſperitate*: Hinc 2. metaphoricè, *inuſſit ſcrupulos anxietatis, dolorum, moeſtitiae*, &c. Hinc יָגוֹן *moeror, dolor*. Niſi porro Mappik in יֻגֶּה, demptis etiam punctis vocalibus et Dageſch, nemo potuit cognoſcere veram radicem eſſe נגה Arab. نجه *obortus fuit, ſplenduit*.—Arabes punctum exprimunt per figuram parvulam *Ha* inverſi hoc modo (ء), quam figuram literae Eliph cum radicalis et mobilis appingunt; quâ demptâ, ſervilis eſſe cenſetur pro Waw vel Jod ſubſtituta, vel vera vocalis.

Lineola Makkaph (-) ejuſdem etiam indolis eſt cum Arabum Weſla (~), quae propriè *conjunctionem* notat. Arabes vero, quorum lingua hodie vernacula eſt, figuram Weſla, duas pluresve voces arctiùs connectentem, eodem modo quo uſurpatur Makkaph apud Hebraeos, adhibent. Clariſſimus Hottingerus, Arabes veteres, Cufficis literis ſcribentes, pro dictâ figurâ Weſla (~), ipſam Hebraeorum lineolam (-). Makkaph uſurpâſſe docet. Vid. *Hottinger. Smeg. Orient. p.* 17. Si haec figura in dialecto Arabicâ abeſſet, in imperativo primae et quartae ſpeciei diſcernendo, planè ambiguitas eſſet.

Sed nunc, more Arabicorum grammaticorum, ad verba progrediendum. Convenientia linguae Arabicae cum Hebraeâ unicuique rem diligenter perpendenti apparebit:—Arabes enim eadem tempora quae Hebraei habent, *nempe*, Praeteritum, Futurum, et utrumque Participium:—

Praeſens

Praeſens utique tempus in utrâque linguâ, per participium praeſens, cum pronomine ſubjuncto conſignatur :—Modi in utrâque linguâ pares numero, *viz.* Indicativus, Imperativus, et Infinitivus :—Genera quoque eadem : Num maſculinis et foemininis ſuus eſt in verbis Hebraicis locus ? Locus eſt et iiſdem in linguâ Arabicâ, cæteriſque dialectis Hebræae, cognatis.—Ad numeros vero quod attinet, etſi hoc ſibi proprium habeat lingua Arabica, quod duali gaudeat, in ſingulari tamen et plurali ab Hebraeâ et ſororibus non diſſentit, ut tres in utroque perſonas, eodem planè ac illae, vel ſimili ſaltem modo, exprimat. Etſi conjugationes Hebrææ nonnihil, tum numero tum literis ſervilibus, ab Arabicis diſcrepare videantur, ea tamen eſt omnium in caeteris convenientia et affinitas, ut, qui Hebraeas noverit, reliquas vix neſcire poſſit (*u*).

Verbum

(*u*) 1[ma] Species ſive Conjugatio, *Kal* dicta à ſimplicitate ſuâ, quâ a ſuâ progenie dignoſcitur, tribus tantum literis conſtat ; ut פָּקַד فَقَدَ *inſpexit.*

2[da] Species eſt נִפְקַד in praet. הִנָּפֵקֵד vel הִפָּקֵד in infinitivo, quae planè convenit cum اِنْفَقَدَ quae eſt ſeptima ſpecies apud Arabes, levi tantum mutatione ex dialecto orta, pro Hebraeorum *ſcil.* ה aſpero, Arabibus ubique tenuem Eliph adhibentibus, quod notâſſe pro reliquis ſpeciebus ſuffecerit ; ita ut הִנָּפֵקֵד cum Arabicâ اِنْفَقَدَ. tum quoad literas quam ſignificationem, conveniat : Apud Arabes enim paſſivam notionem quidem obtinet, ſed eam quae prona ſit in uſum reciprocum, et planè vim mediae formae Graecorum imitatur : 2. Vim reciprocam, ut שָׁמַר *cuſtodivit*, eſt נִשְׁמַר *cuſtodivit ſemet*, i. e. *cavit ſibi.*

3[tia] Species, פִּקֵּד planè convenit cum Arabicâ فَقَّدَ, cujus characteriſtica in utrâque linguâ eſt geminatio mediae radicalis per Dageſch Forte in linguâ Hebraeâ, et per Teſhdid in Arabicâ.

Significatio,

Verbum perfectum Arabicum, tribus literis radicalibus, iiſdemque mobilibus, uti Hebræum, conſtat. Unica tantùm Arabibus aequè ac Hebraeis eſt conjugatio: Etſi ſpecies cum in activâ tum in paſſivâ formâ tredecim ſint, terminatio in omnibus harum temporibus eadem uſurpatur. Hae quoque ſpecies verborum in paſſivâ formâ tantùm punctis vocalibus diſtinguuntur; quod planè linguam Arabicam talia puncta ab origine ſcribendi habuiſſe confirmat.

Species

Significatio, ob geminatam mediam, intenſiva eſt ſimplicis Kal, tranſitivè aequè ac intranſitivè, ut פקד نقّد *inſpectavit.*

4ta Species, Paſſivum ejus פקד نُقِّد, quod in utrâque linguâ tantum ab activâ punctis vocalibus ſuis diſtinguitur: Hinc videre poſſimus, quantam errant qui hanc ſpeciem Pikked e grammaticâ Hebraeâ exulare jubent, contra cum auctoritatem Arabum, et etiam exemplorum in Bibliis Hebraicis.

5ta Species, הפקיד *fecit ut aliquis inſpiceret*, i. e. *conſtituit inſpectorem et praefectum*: Item, *fecit ut aliquod inſpiceretur*, i. e. *rem alicujus curae et inſpectioni commiſit.* In hâc ſpecie tantum, Arabes ſpiritum aſperum ה in tenuem א convertunt hoc modo, ut أنقد, ejuſdem planè ſignificationis.

6ta Species, ſive paſſiva forma, أُنقِد planè cum הפקד convenit.

7ma Species, התפקד cum ſextâ ſpecie Arabum تنقّد convenire videtur; media enim radicalis geminatur, et ſignificatio planè eadem. Praeformans Eliph hic abeſſe videtur, uti apud Hebræos aliquando נפקד pro הנפקד dicunt. — Clariſſimus Hottingerus contuliſſe minus rectè Hebraeam hancce ſpeciem cum octavâ Arabum videtur: Sed characteriſtica eſſentialis Dageſch hic abeſt, quamvis eum ſignificatione ejuſdem in pleriſque conveniat. — Paſſiva forma hujus ſpeciei eſt התפקד vel הֻתפקד, ut הֻתכבס; et compendioſius ſcriptum (ת inſerto per Dageſch Forte, uti etiam apud Arabes) הֻכבס (*Levit.* xiii. 56.) notat *lavandum ſiſti a ſemet*, ab activâ formâ התכבס *ſemet lavandum ſtitit*, et *ſemet lavavit.* A כבס *lavavit, abluit.*

8va Species,

Species verbi apud Hebræos et Arabes dicuntur variae ejus formae, ſuntque vel primitivae vel derivativae: Primitivam ſpeciem ſolæ literæ radicales conſtituunt, quae in omni verbo, originali formâ, tres ſunt, nunquam plures, nunquam pauciores, ut פָּקַד نَقَدَ *inſpexit, vidit.* Derivatae ſpecies a primitivâ ſic deducuntur, ut ad illas tres radicales literas addantur ſerviles, una vel plures, quae peculiarem ſingularem characterem

8va Species, פּוֹקֵד (vulgò dicta *Pohel*) *viſitavit invicem,* vim habet actionis relativae et mutuae: Malè vulgò confunditur cum Pihhel, quum characteriſtica et ſignificatio ab eâ differant. Apud Arabes non ſolum in tertiâ ſpecie فَـاقَدَ, ſed etiam apud Aramaeos, crebra eſt haec forma, quae per Waw quieſcens et mobile efferri poteſt, ut שׁוֹתֵף et שְׁוָתֵף *communicavit:* Sic, *e. g.* שׁוֹפֵט *judicio diſceptavit unus cum altero.* Vid. *Jud.* iv. 4. et *Job.* ix. 15.

9na Species eſt פּוֹקַד paſſivam praecedentis, *e. g.* יוֹדַע *factus eſt unus alteri notus:* Sic עוֹלַל *identidem exhauſtus fuit:* Apud Arabes eſt فُوقِدَ, Eliph poſt Damma converſo in Waw, ſecundum aureos canones.

10ma Species eſt הִתְפּוֹקֵד, quae reciprocam vim τῶ Pohel addit, ut גּוֹלֵל *provolvit verſus alterum,* eſt הִתְגּוֹלֵל *ſemet ipſum adverſus alterum provolvit:* Sic וְהִתְגּוֹעֲשׁוּ *et concutient ſemet inter ſe,* Jer. xxv. 16. Arabes hanc ſpeciem eodem planè modo, ſpiritu tenui dimiſſo, formant; ut تَفَاقَدَ, quae eſt apud eos ſexta.

11ma Species, פְּקַדְקֵד *identidem viſitavit,* ubi geminatio literarum radicalium intendit ſignificationem ad ſummum gradum; ut סְחַרְחַר *maximo impetu vagatus eſt:* A סָחַר *vagatus eſt.* Sic חֲלַקְלַק *ſupra modum glaber fuit:* A חָלַק *glaber fuit.* Apud Arabes, وَرِهَ *fatuus, prae metu attonitus fuit:* Ab hâc ſpecie derivatum وَرَهْرَهٌ, in form. وَرَهْرَهَةٌ *inſigniter fatua, ſtolidiſſima mulier* ad formam שְׁפַרְפָּרָא, quae notat *auroram elegantiſſimam.*

12ma Species,

characterem conſtituant. Hae literae ſerviles per geminationem radicalium oriuntur, ut פִּקֵּר, vel aliae ſunt a radicalibus, ut נִפְקַר, diverſae.

Grammaticos Hebraeos, quod ad numerum conjugationum, ex eo tempore quo lingua Hebraea excoli coepit, perperàm fluctuâſſe, nemini ignotum eſt. Species, ſive conjugationes, ab Hebraeis vulgo numerantur ſeptem. *Kimchius*, diſtinguens ſpeciem פּוֹקֵר, vulgo dictam *Pohel*, a פִּקֵּר, ut par erat, octo conjugationes poſuit; qui, ſi ſibi conſtare voluiſſet, ad decem progredi debuiſſet, per פּוֹקֵר et הִתְפּוֹקֵר, quae indivulſo nexu priori iſti formae adhaerent.—*Abrahamus Balmes*, Rabbinos quoſdam vetuſtiores undecim formas conjugandi ſtatuiſſe, tradit.—Summus *Schultenſius* planè docet formas פִּקְדֵר, פְּקָדֵר, et הִתְפַּקְדֵר, planè extitiſſe, ut exempla ab eo allata docent: Obſervatque idem, quod, ſine paradigmate amplificato, lingua Hebraea ab anomaliarum mole, ſub quâ gemit, ad analogiam juſtiſſimam emergere nunquam potuiſſet.

Affinitas

12ma Species, פִּקְדֵד *viſitavit cum habitu*: Characteriſtica ejus eſt tertia radicalis geminata: Significatio ejus habitum notat; *e. g.* שַׁאֲנַן, *Job.* iii. 17. A שָׁאַן *tranquillus fuit*: רַעֲנָן, A רָעַן *valde prominuit*: Sic אֻמְלַל *languidus fuit*, Ab אָמַל: Convenientia cum Arabibus hic plana eſt; tantum Arabes tenuem ſpiritum huic praemittunt, ut إِفْقَدَّ, ad hanc rationem. A صَفِرَ *palluit*, oritur إِصْفَرَّ, *vehementèr flavus, pallidus fuit*. Paſſivi exemplum eſt ابْيَضَّ *vehementer albus factus eſt*.

Affinitas hinc quoque ex convenientiâ ſpecierum ſeu conjugationum, cum formis tum ſignificatione, in utrâque linguâ clara eſt. Vide haec fuſius illuſtrata in *Schultenſ. Gram. Hebr. p.* 262.—et *Doct. Ratelband in Diſſertat. de Convenientiâ Arab. cum Heb. p.* 204. Vid. etiam *Gram. Hebr.* a nobis editam, 8*vo*, *p.* 122. *Edin.* 1758.

ᵏ Affinitas linguae Arabicae cum Hebraeâ, ex convenientiâ ſpecierum ſeu conjugationum in utrâque linguâ, cum in formis, conjugatione, et ſignificatione, patet ; uti in *Grammatica noſtra* fuſiùs oſtendimus. Vid. *p.* 137,-8.

ˡ Non enim quaelibet radix in quâlibet ſpecie occurrit. Multae, ut apud Hebraeos, in unâ ſolum conjugatione uſurpantur ; multae in pluribus ; nulla in omnibus. Vid. *Erpen. Gram. Arab. p* 48,-9.

ᵐ Harmonia in perſonis praeteritorum formandis ad unguem cum Hebraeâ convenit : Variae enim perſonae, addendo radici ultimam ſyllabam pronominis perſonalis unicuique perſonae proprii, ad varias præteritorum perſonas diſtinguendas, formantur ; et afformantes praeteritorum, cum in Hebraicâ tum in Arabicâ linguâ, eaedem ſunt (*x*).

Praet. Arab.		—	*Praet. Hebr.*		
Sing.		—	Sing.		
فَقَدَتْ	فَقَدَ	—	פָּקְדָה	פָּקַד	3.
فَقَدْتِ	فَقَدْتَ	—	פָּקַדְתְּ	פָּקַדְתָּ	2.
	فَقَدْتُ	—		פָּקַדְתִּי	1.
Plur.		—	Plur.		
فَقَدْنَ	فَقَدُوا	—	*com.*	פָּקְדוּ	3.
فَقَدْتُنَّ	فَقَدْتُمْ	—	פְּקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּם	2.
	فَقَدْنَا	—		פָּקַדְנוּ	1.

Hic

(*x*) In 3tia perſ. foem. praet, extat פָּקְדַת more Arabum, aequè ac פָּקְדָה. Olim in uſu fuiſſe videtur פָּקְדָנָה in 3 pl. foem.

aequâ

Hìc exhibuimus Futurum Arabicum apocopatum, ubi apocope tollit finalem *Damma*; ita ut haec forma eſt prorſus Hebraica. Dualem numerum omiſimus, quod nondum apud Hebraeos uſurpetur (*y*).

Fut. Arab.		—	*Fut. Hebr.*		
Sing.		—	Sing.		
تفقد	يفقد	—	תִּפְקֹד	יִפְקֹד	3.
تفقدي	تفقد	—	תִּפְקְדִי	תִּפְקֹד	2.
	افقد	—		אֶפְקֹד	1.
Plur.		—	Plur.		
تفقدن	يفقدوا	—	תִּפְקֹדְנָה	יִפְקְדוּ	3.
تفقدن	تفقدوا	—	תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	2.
	نفقد	—		נִפְקֹד	1.

* I Ratio

aequè ac apud Arabes. Quòd ad caeteras perſonas, omnia conſimilia; namque omnia præterita eodem modo terminantur. Quod ad puncta vocalia ſpectat, Arabes, ſupra primam radicalem, adhibent vocalem Phata, ejuſdem indolis cum Kametz Hebræorum, morâ longiore ſonandam propter retractum accentum. Vid. *Clav. Dialect.* p. 230.—Supra ſecundam radicalem, habent etiam vocalem eandem; et pro Schevate Hebraeorum, etiam Phata exiliter ſub tertiâ adhibent, ex dialecto ſonandam فقد *Phakadv, inſpexit.*

(*y*) Eadem harmonia in Futuris regnat: Futura enim in linguâ Arabicâ, uti in Hebraeâ, ope praeformantium et afformantium efficiuntur. Praeformantes futurorum eaedem ſunt literae, אתין اتين, in utrâque linguâ: Eliph enim format primam ſingularem, ut Nun pluralem. *Te* ſecundae ubique perſonae praeponitur, ut et *Je* tertiae maſc. et foem. Tertia plur. foem. apud Arabes eſt praef. ي *Je*, quod etiam in uſu fuiſſe videtur apud Hebraeos. Sic וַיֵּחַמְנָה, *Gen.* xxx. 38. vid. etiam *Dan.* viii. 22.

Ratio Imperativorum formandi eadem quoque eſt quae Hebraeis ; ſpiritu tantùm leni imperativo praemiſſo (z).

Imper. Arab.		—	*Imper. Hebr.*		
Plur.	Sing.	—	Plur.	Sing.	
اُنقُدوا	اُنقُد	—	פִּקְדוּ	פְּקֹד	2. m.
اُنقُدنَ	اُنقُدي	—	פְּקֹדְנָה	פִּקְדִי	2. f.

Eadem harmonia in Infinitivis regnat (*a*).

Convenientia hæcce utriuſque linguæ in verbis pluriliteris clara eſt : Iidem ordines, eædem verborum claſſes, in Arabicis ac in Hebraeis. Maxima affinitas in verbis incipientibus a Nun ; etiamſi Arabes, ſecundum indolem ſui climatis, primæ radicalis inſertionem ſæpiſſimè refugiunt. Arabes

(z) Sine hoc Eliph praemiſſo, more planè Hebraeo formâſſe eos demonſtrant, بَدَارِ *propera*, pro اُبدُر ; نَزَالِ *deſcende*, pro اِنزِل ; &c. —Participium praeſens Hebraeorum פוֹקֵד convenit cum illo Arabum, فَاقِد : Participium Pahul פָּקוּד cum نَقُود ; et פָּקִיד cum نَقِيد. — Mirabilis etiam eſt convenientia participiorum in aliis ſpeciebus vel conjugationibus, quae etiam, uti in Hebraeâ, praeponendo Mem ſuis infinitivis, formantur ; *e. g.* מְפַקֵּד مُنَقِّد , מִפָּקֵד مُنقَد , מְקַפְקֵד مُنقَد , *&c.*

(*a*) Denique, teſtimonium Doct. Hunt ſubjiciamus : " Si quis " adhuc ſit, (inquit), cui hanc quam aſſerimus conjugationum " orientalium harmoniam nondum ſatis probavimus, ſumat ille " aliquod verbum e medio duarum pluriumve Graecarum dialectorum, earumque maximè vicinarum, moremque quo in ſingulis flectitur, pauliſper animo perpendat ; nae ego aut multum " fallor, aut ſtatim perſentiet, plus ſecum in eo declinando differre Graecos, quam in aliquo *verbo orientali Arabes cum Hebræis*, aut cum utriſque Syros Chaldaeoſve." Vid. *Hunt. Orat. de Antiquit. Ling. Arab. p.* 51,–2.

Arabes etiam veſtigia Hebraeorum premunt in verbis quæ ſecundam et tertiam radicalem ſimilem, ad pronunciationem emolliendam, habent. Maxima eſt harmonia in verbis deſinentibus in *Nun* et *Thau*; quae, per compendium, ultimam radicalem, euphoniae causâ, afformantibus inſerunt. Eadem harmonia regnat in verbis incipientibus ab *Aleph*, *Waw*, et *Jod*; uti etiam in illis verbis quae eaſdem literas in medio et fine poſſideant :—Sed ſi quis haecce verba Hebraea cum Arabicis comparaverit, facilè convenientiam eorum perſpiciet.

Maxima etiam nominum Hebræorum et Arabicorum convenientia eſt; nomina enim in utrâque linguâ a radicibus formantur: Affinitas verò non tantùm ex nudis formis in primâ ſpecie patet, ſed eadem in additione literae ſervilis ſive Heemanticae unius aut plurium, et quidem vel ab initio vel a fine apparet (*b*).

Eximiâ eſt harmonia generis in utrâque linguâ; ut enim de maſculinis taceam, in fœminino Hebraeorum duplex terminatio ה præeunte (ָ), et ת variè cadens: Arabibus quoque eadem eſt. Sit exemplum פוֹקֵד فَاقِدٌ :—In foemin. פוֹקְדָה ſive פוֹקֶדֶת, ſic Arabes فَاقِدَةٌ et فَاقِدَةٌ vel فَاقِدَةٌ, cum vel ſine nunnatione. Vid. *Clav. Dialect. p.* 371.

Conſenſus

(*b*) " Nec minor (ait Doct. Hunt) harum dialectorum in variandis nominibus quam verbis conſenſio: Nam et hic literae radicales plerumque immotae manent. Quae verò extrinſecus aſſumuntur, eae, ſive numerorum, ſive caſuum, ſive generum, ſive aliorum quorumlibet affixorum ſuffixorumque formationi inſerviant; aut eaedem ferè ſunt, aut ejuſmodi ſaltem organi, ideoque levioris planè momenti; immo nè tantillum quidem, quantillum Graeca nomina, per varias ſuas dialectos inflexa, pati ſolent." Vid. *Hunt. de Ling. Arab. p.* 52.

Conſenſus numeri, cum in maſculino tum in foeminino, inſignis eſt. Sit exemplum pro nominibus maſc. et fœm. participium פּוֹקֵד فَاقِدٌ *viſitans*.

Part. Arab.		—	*Part. Hebr.*	
Plur.	Sing.	—	Plur.	Sing.
فَاقِدِينَ vel فَاقِدُونَ	فَاقِدٌ	—	פּוֹקְדִין vel פּוֹקְדִים	פּוֹקֵד m.
فَاقِدَاتٌ	فَاقِدَةٌ vel فَاقِدَةٌ	—	פּוֹקְדוֹת	פּוֹקְדָה vel פּוֹקֶדֶת f.

In duali maſc. eſt פּוֹקְדַיִם et פּוֹקְדַיִן ,—ſic Arabicè فَاقِدَانِ et فَاقِدَيْنِ ; duali vero foem. פּוֹקְדָתַיִם vel פּוֹקְדָתַיִן,—Arabibus vero فَاقِدَتَانِ et فَاقِدَتَيْنِ (*c*).

Caſuum variatio per nunnationem finalem, incipientium oculos perſtrinxit ; ita ut harmoniam illam inter Hebraeam et Arabicam nonnulli in nominibus ſaltem dubitarent : Ad finem enim pro Schevate quieſcente adſciſcitur *nunnatio vocalis*, hoc eſt, *Phata*, *Keſra*, *Damma*, *colliqueſcentes* quaſi inter labra, atque per geminationem iſtorum ſonorum quodammodo *diffluentes*, et cum *fuſione* quâdam ex ore *exeuntes ;* ſic ut pro *a* et *e*, reſonetur *an* et *en* ; pro *i*, *in* ; pro *o* et *u*, *on* et *un* ; qui

(*c*) Scrupulus oritur ex terminatione plurali in *oune* exeunte, qui mox tollitur, ſi attendatur ad caſuum obliquorum flexionem in يِنَ *iine*, quod eſt Aramaeum, quin Hebraeum יִן, cum tremulo illo ſono, quem dialectus haecce ad caſus, qui a veteri linguâ Hadramauticâ aberant, decore formandos affectavit. Ut ergo caſus rectus a caeteris internoſci poſſit pro יִן aſſumptum וּן, quae terminatio eſt maſc. plur. Hebraeorum aequè ac Arabum in verbis : Eâdem de causâ duale *ajin*, tranſlatum ex *aini*, quod obliquis caſibus relictum, in *ani*, nominativè. Vid. *Schultenſ. Orig. Hebr. vol.* II. *p.* 133.

qui ſoni liquidi duplicatis notulis exarantur, ut بً , بٍ , بٌ , nunquam Nun conſono et vero ex iis oriundo, ſed vocalibus iſtis brevibus in fuſiorem tantùm pronunciationem liquefactis. Ad hanc rationem אָב *Abb*, *Pater*, pronunciatur ab Arabibus in caſu recto أَبٌ *Abon* vel *Abun*; in obliquis, أَبٍ, quae eſt forma Gen. Dat. et Abl. أَبً *Aban* et *Aben*, Accuſativum ſignante. Iſta interim nunnatio mox evaneſcit, quoties vel regimen eſt بَيْتُ مَلِكٍ בֵּית מֶלֶךְ *domus regis*; vel articulus demonſtrativus intervenit, ut بَيْتُ المُقَدَّسُ בֵּית מְקֻדָּשׁ *domus ſanctificata*; vel cum idem articulus praefigitur, ut أَلبَيْتُ אַלְבַּיִת, ex הַלְבַּיִת; unde contractior illa forma הַבַּיִת proceſſit. Vid. *Clav. Dialect. p.* 364,-5. (*d*).

Numerus

(*d*) Nunnatio iſta finalis, per tres caſus variata, quâ docti Arabes tantum in caſibus diſtinguendis uſi ſunt, multos Arabicam dialectum magis deflexiſſe ab Hebraeâ, quam Chaldaicam vel Syriacam, putare induxit. Illa verò acceſſio nunnationum, vocaliumque ſimplicium, merè eſt accidentalis, quae ſine ullo diſpendio vocabulorum abeſſe vel adeſſe queat; quum iis omnibus nativa forma et proprietas ſua conſtet, etiamſi more Hebraeo in conſonam deſinant: Nempe, ſi pro فَاقِدٌ *Phokedon*, ſcripſeris legeriſque فَاقِد *Phoked*, *viſitans*, et فَقَدْ *Phakad*, more Hebraeorum, quod non tantum apud poetas, ſed etiam in ſtilo floridiore, uſurpatur. 2. Illa nunnatio, reliquaque ſonorum acceſſio, in quotidiano ſermone negligi ſolet, vulgo eam vel ignorante vel reſpuente, atque per conſonam cuncta haec terminante, ut نَفْسٌ *anima*, ſonant *Nephes* vel *Nephs*, ut Hebraeum נֶפֶשׁ; ſic pro قَبْرٌ *ſepulchrum*, *Keber* vel *Kebr*, Heb. קֶבֶר, quam eſſe ipſiſſimam pronunciationem Hebraeorum

Numerus Hebraeorum et Arabum ab ipsâ unitate אֶחָד أحد *unus* incipiens, ad מֵאָה مِائَة *centum* decurrens; hinc vero ad אֶלֶף أَلْف *mille* perveniens; et tandem vero ad רְבָבוֹת رِبِّيُون *myriades* uſque millia et ultra pergens; idem planè eſt cum Arabico, non tantùm quod ad radices ipſas, ſed etiam quoad conſtructionem. Inſpiciat tantum lector *Grammaticam Hebraeam et Arabicam*, et planè hancce affinitatem perſpiciet.

Pluralia fracta apud Arabes ſunt fermè nomina ſubſtantiva collectivè ſumpta: Sic صَحْب prop. *ſocietas*; inde *ſocietas mea*, pro *ſocii mei*; *ſervitus*, pro *ſervi*, currunt. Hoc genus mirum in modum *Grammaticam Arabicam* implicuit; facilè explicandum ab iis qui judicio critico pollent. "In pluralibus fractis (ait Schultenſius) nihil "quoque nodi, ſi modo eorum genuina origo "intelligatur. Sunt, videlicet maximam par-"tem, formae ſingulares ſubſtantivae et infini-"tivae, quas collectivâ poteſtate auxit antiqui-tas:

orum quilibet agnoſcere dèbet. Hadramytteni verò antiquae linguae tenaces, adſcititios ad finem hoſce ſonos repudiarunt. Unde patet recentioris eſſe originis hanc caſuum variationem, quam accuratior aetas, ad priſcae linguae defectum hâc in parte tollendum, adinvenerit. Vid. *Clav. Dialect. p.* 370,-4.—— Haecce verò illuſtrat et confirmat Doct. Chardin: "Ils remarquent premierement, qu'il à été ecrit en ancien caractere Arabe, qu'on appelle *le caractere Cufique*, en langue Arabe literale; car il faut "obſerver, qu'il y avoit des le tems de Mohammed, comme il y "a encore à preſent, deux ſortes d'idiom Arabe: Le vulgaire "comme on le parloit dans l'uſage ordinaire; et le literale, "qu'on avoit reformé et corrigé ſur l'Hebreu, dont il s'etoit "fort eloigné. J'ai rapporté ci-deſſus, que les Mohammetans "appellent l'Arabe literale *la langue d'Iſhmael*, et qu'ils diſent "qu'Iſhmael la compoſa ſur la langue Hebraique, mais beaucoup "plus parfaite." Vid. *Chardin. Voyag. tom.* II. *p.* 282,-3.

" tas: Inde ad pluralem vim et uſum deinceps " tranſlatæ fuerunt." Vid. *Orig. Heb. v.* II. *p.* 134.

Harmonia linguae Arabicae cum Hebraeâ in pronominibus perſonalibus, quae cujuſlibet linguae eſſentialem conſtituant, ita clara eſt, ut qui currit, legat:—1ma perſ. ſing. أَنَا planè cum Hebr. אָנִי *ego*, convenit; ut 1 pl. نَحْنُ cum נַחְנוּ vel אֲנַחְנוּ *nos*.—2da perſ. ſing. m. أَنْتَ eſt Hebr. אַנְתְּ, et נ inſerto per Dageſch Forte, אַתָּה *tu vir*; in pl. أَنْتُمْ *vos*, eſt אַתֶּם: Sic 2 ſing. f. أَنْتِ eſt אַתְּ vel אַתִּי *tu fœmina*, et in pl. أَنْتُنَّ eſt אַתֵּן *vos fœminae*. —3^{tia} perſ. ſing. هُوَ convenit planè cum הוּא *ille*, et pl. هُمْ cum הֵם vel הוּם *illi*; ſic هِيَ eſt הִיא *illa*, et هُنَّ planè eſt הֵן vel הֵנָּה *illae*.

Sic demonſtrativa זֶה ذَا *hic*, הַלָּזֶה ,لِزֶה ,נַדָּא ,هٰذَا, planè conveniunt; uti etiam أُولَا cum אֵלֶּה *illi*, *illæ*. Interrogativa ſimiliter decurrunt: De perſonâ, מִי vel מַן eſt Arabibus مَنْ; de re vero, מָה vel מַה eſt مَا *quod*, אֵי ex אַיֵּ eſt أَيُّ *qui*, *qualis?* (*e*).

Affixa porro a pronominibus perſonalibus reſecta, cum nominibus in utrâque linguâ eodem modo coaleſcunt: Nempe, מֶלֶךְ مَلِكٌ *Rex*, facit מַלְכִּי مَلِكِي *Rex meus*; מַלְכֵּנוּ مَلِكُنَا *Rex noſtrum*; et ſic porro.

Eadem

(*e*) Obſervandum eſt, Arabes ex ſuâ dialecto אֲשֶׁר أَثَرَ non frequentare; ſed pronomen interrogativum, quod tamen Hebraeis quoque ſolenne, זֶה ذَا, זוֹ ذِي, זוּ ذُو; pleniorique formâ, הַלָּזֶה, הַלָּזוּ, أَلَّذِي.

Eadem affinitas etiam in particulis apparet; uti patet,—1. in Adverbiis, ut לָמָּה لَمَّا *quare*, מָתַי مَتَى *quando*, לֹא لَا *non*, &c.—2. in Praepoſitionibus, ut אֶל إِلَى *ad*, עַל عَلَى *ſuper*, מִן مِنْ *ex*, &c.—3. in Conjunctionibus, אוֹ أَوْ *aut*, לוּ لَوْ *ſi*, *quod ſi*, לָכֵן لٰكِنْ *igitur*, &c.—4. in Interjectionibus, ut הוֹי هَيَا *heus!* אוֹי أَيْ *O!* אַלְלַי أَلْأَلُ *væ!* &c.

Sic Origine, Antiquitate, Conſervatione, Indole, et Utilitate linguae Arabicae monſtratâ; ejuſque intimâ Conſanguinitate et Harmoniâ, in toto linguae ambitu, ſive in variis ejus partibus orationis, cum Hebræâ, breviter delineatâ; Finem huic DISSERTATIONI faciamus: Linguarumque orientalium ſtudioſis utilem fore ſperantes, CANDIDO LECTORI, aequâ mente examinandam, libentèr tradamus.

Dabam EDINBURGI,
Idibus Junii, 1769.

F I N I S.

DISSERTATIO

DE

GENUINA PUNCTORUM VOCALIUM HEBRAICORUM ANTIQUITATE;

CONTRA

Clar. CAPELLUM, WALTONUM, MASCLEFUM, HUTCHINSONIUM, alioſque, qui antiquitatem Vocalium Punctorum primaevam oppugnant;

Ex ipſius LINGUÆ HEBRÆÆ DIALECTORUMQUE ejuſdem INDOLE, praeſertim ARABICÆ,

DEPROMPTA.

AUCTORE JACOBO ROBERTSON, S. T. D.
Ling. Oriental. in Academiâ Edinburgenâ PROFESSORE.

لَا تَنْظُرْ اِلَي مَنْ قَالَ بَلْ اُنْظُرْ اِلَي مَا قَالَ

Sunt qui punctata Biblia credunt a ſapientibus Tiberienſibus: Ego impudentiam Judaeorum qui fabulam invenerunt non miror: Chriſtianorum credulitatem miror, qui applaudunt.

Lightfoot. Centur. Chorograph. c. lxxxi. p. 142.

Quid enim eſt ſtultius, quam incerta pro certis habere, falſa pro veris? Cicer.

DE

GENUINA

PUNCTORUM VOCALIUM

ANTIQUITATE.

[**************************************]

IN priore diſſertatione, de antiquitate cum linguae tum ſcripturae Arabicae egimus; et puncta vocalia, ſcripturae coaeva, non tantum hodie, ſed ſemper ab Arabibus in Alcorano exarando, MSS. quampluribus etiamque difficilioribus lectu uſurpata fuiſſe, oſtendimus;—unde graviſſimum argumentum eſſe, eundem morem exarandi apud Hebraeos cum punctis vocalibus obtinuiſſe, contendimus.

Neceſſitas nobis quodammodo eſt, quaeſtionem hancce de antiquitate punctorum vocalium apud Hebraeos examinandi; quum diſcipulos noſtros, more antiquiſſimo Judaeorum, Arabum, et Perſarum, Hebraeam linguam legere doceamus; et quum etiam quidam methodum hancce non modo improbent, quin puncta non tantum nova et inutilia ad linguam Hebraeam diſcendam, ſed porro textum Hebraeum corruptum reddidiſſe, contra veram ſententiam cum Eliae Levitae, tum C. C. Capelli, et Waltoni, quorum ſententiam ſemet defendere incauto lectori perſuadere cupiunt, affirmare haud erubeſcant.

Vacuos

Vacuos nos fore maledicentiâ, irâ, et odio, erga viros doctiſſimos, qui a nobis in hâc re diſcreperit, oſtendere conabimur: Et defenſoribus novitatis punctorum viros doctos a ſe diſſentientes licentiam illos prae ſe contemnendi, deſpiciendi et ſemi-doctos vocitandi et quid non, libenter concedimus. Hunc enim morem tyrannicum a liberâ eruditionis republicâ procul habendum eſſe cenſuimus. Nos errantes in viam humanè manuduci boni ſemper conſulemus: Convitiis vero et atrocibus dicteriis proſcindentes, ſine ſanae rationis et argumenti auctoritate, contemnemus: Et ex animo optamus, ut certamen noſtrum ne ſit acrius et animoſius, quam veritas et rei pondus poſtulant aut patiuntur.

Sed antequam ad ſtatum quaeſtionis de antiquitate aut novitate punctorum vocalium perveniamus, quaedam de naturâ, indole, et ſtructurâ linguae Hebraeae, ejuſque dialectorum, utpote a genio linguarum occidentalium omnino diverſarum, nobis dicenda ſunt.

Plerique quidem hominum de naturà et indole aliarum linguarum, prout indoli linguae ſuae vernaculae, ſive illarum linguarum quibus a teneris annis imbuti ſint conveniant; vel quas optimé calleant, feré judicant. Hinc viri docti in Europâ indolem linguarum orientalium ad trutinam linguae Graecae vel Latinae revocare ſolent, et cum de indole, tum de praeſtantiâ illarum, uti hiſce linguis ſibi probé cognitis congruentes videantur, affirmant. Uti veram indolem linguae Hebraeae rité perſpiciamus,

mus, Moſes et Prophetae, qui libros ſuos in hâc linguâ exarârunt, conſulendi ſunt; etiamque indoles linguae Arabicae, Syriacae, et Caldaicae, nobis conſideranda, quae verae ſunt Hebraeae dialecti; et quum viva et vernacula lingua Arabica ſit, in inveſtigando indolem et ſtructuram linguae Hebraeae, nobis benignâ manû auxilium ſuppeditat.

Litera apud Hebraeos, Chaldaeos, Syros, Arabes, et Perſas, nihil aliud eſt quam ſignum, quo motus organici oris, vel in gutture, vel in labiis, vel in palato, vel in linguâ fortius motâ, vel in dentibus, indicitur. Is motus non tam principium ſoni vocalis, quam vehiculum, ſine quo diſtinctè ex ore exire nequit. (*a*).

" Praecedit

(*a*) Litera et conſonans in linguâ Hebraeâ, Arabicâ, Chaldaeâ, et Syriaca, ſunt ſynonima, ex more et uſu Orientis conſtanti, quem retinere nihil impediat, ſi modò fines rerum regantur, et confuſioni rite occurratur.—" Æque intelligor, (ait Schultenius), " ſi punctum dico, quam ſi litera vocalis. Fateor ſic aliquod de-" cedere iis, qui vocales quinque alphabeto literario abeſſe poſ-" ſe negabant: Sed hi viri docti omnia alphabeta modulo ſuae " linguae vernaculae metiuntur; et hinc literas in alphabeto He-" bræo ſigna eſſe vocalium, contra auctoritatem linguæ Arabicæ " æque ac Hebrææ, eſſe contendunt." Vid. *Schult. Inſt. Heb. Praef.* Clariſ. Capellus de hac re diſſerens, ait, " Quod ſi primus ar-" tis ſcribendi per literarum ductus auctor et inventor ſimul " conſonarum et vocalium figuras conjungi, ad lectionem facili-" tandam, in ſcripturâ voluiſſet, omnino vocales non punctulis " et lineolâ illâ jacente ſignaſſet, ſed ſingulis vocalibus figuram " propriam certis linearum ductibus conſtantem, non ſecus atque " conſonis attribuiſſet, eaſque inter ſcribendum conſonis ad-" miſcuiſſet atque interpoſuiſſet: Quomodo id fit in linguâ " Graecâ et Latinâ, caeteriſque omnibus vernaculis; cur enim " alterius ac tam diverſi generis figuram vocalibus aſſignaſſet " primus ille ſcribendi artifex, contra quam fit in aliis omnibus " linguis, quae non ſunt iſtius quaſi dialecti quaedam?" Vid. *Capel. Crit. Sacr. paſſim.*

Clariſſimus Capellus hic eas linguas, quae linguae Hebraeae ſunt dialecti, punctulis vel lineâ jacente ſignatas fuiſſe, planè agnoſcit:

" Praecedit ergo, ſi naturae legem attendi-
" mus," ait Schultenſius, " conſona, ſubſe-
" quitur vocalis, quae eſt nota, quâ certus a-
" liquis ſonus in *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, breviùs longiùs
" exiens, deſignatur, qui ſonus, praeeunti con-
" ſonae additus, ſyllabas voceſque format."

Conſona igitur, in ſyllabâ conſtituendâ, ſemper praecedit, ſubſequiturque vocalis: Nullam enim vocalem, ſine aliquo motu organico in gutture exſerendo, efferre poſſumus; et etiamſi conformatio gutturis in vocalibus pronunciandis ſeorſim non tam perſpicua, ac in conſonantium

noſcit: Quod, linguam Hebraeam punctis vocalibus inſignitam fuiſſe, maximè probabile oſtendit, et inventorem artis ſcribendi, lectionem ejus æque facile fore putâſſe, ac ſi ſingulis vocalibus figuram propriam certis linearum ductibus conſtantem attribuiſſet. Ad Graecam, Latinam, linguaſque vernaculas, provocare abſurdum eſſe videtur; nam hae linguae diverſae ſunt indolis a linguis orientalibus, et ſemper, aeque ac ulla alia lingua, vocales poſſidere: Nihil ad rem, ſi hae notae vocalium alphabeto inſunt, et per literarum ductus deſignentur, necne, dummodo aptas notas ad vocales ſuas deſignandas habeant, quaeque vocalem inſignire, aeque ac hi literarum ductus, valeant. Quidam, ex praejudicatâ opinione, nullum alphabetum perfectum eſſe poſſe, niſi in illo certi literarum ductus ſint, ſigna vocalium, exiſtimant: Hi vero non reputant Hebraeam, ejuſque dialectos, aliis linguis in hoc ipſo excellere, quod radicis cujuſlibet literas ita diſtinxit, ut vera radix facilè inveſtigari poſſit, multò facilius quam in linguis occidentalibus. Lingua Hebraea radicis vociſque cujuſlibet ſubſtantiam, quae vel planè immutabilis eſt, vel difficultèr mutabilis, adeoque literis ſive conſonantibus propriè dictis exprimitur, vocalemque, qui iis accidit, ſonum, quippe mutationibus perpetuis, vel ob leviſſimas flexiones, obnoxium hunc aliis ſignis, et quae facile tolli poſſent, deſignavit. Hinc vera radix cujuſlibet vocis Hebraeae quam Graecae aut Latinae, multo faciliùs inveſtigari poſſit; quia omnes radices in hiſce linguis tam ex conſonantibus quam vocalibus conſtant.

Clariſſimus Joan. Hutchinſonius unamquamque conſonam primo non tantum diſtinctum ſonum habuiſſe, ſyllabamque ſine vocali adjectâ efficere poſſe, affirmat, et hinc linguae certitudinem conſtitiſſe contendit: etiamque addit, duas et fortaſſis tres quaſdam conſonantes

tium cum vocalibus pronunciatione, attamen tam vera et diſtincta ſecundum naturam ſuam ac altera; ideoque litera א vera conſonans, et actum et formationem gutturis cum aliâ vocali efficit, eodem modo quo ב pronuntiatur a labiis, cum unâ aliquâ ex iiſdem vocalibus, velut ד, formatur lingua. Doctiſſimi Chardin, in priore diſſertatione, teſtimonium protulimus, qui fuit auritus teſtis, ut ita dicam, et quod rem extra controverſiam ponit, diſertè omnes literas, cum in Perſico tum in Arabico alphabeto, ſuâ naturâ conſonas eſſe; et Elif, tam Arabum quam Perſarum, ejuſdem eſſe poteſtatis et ſoni cum Aleph Hebraeorum, cujuſque poteſtatem omnino eandem eſſe cum ſpiritu leni Graecorum planè affirmat (*b*).

Hinc

conſonantes ſine vocali ſyllabam unam efficere potuiſſe; ſed haecce ſuppoſitio, quod duae vel tres conſonantes, ſine vocali interveniente, non tantum indoli et naturae omnium linguarum orientalium, ſed etiam communi hominum ſenſui, adeo contraria eſt, ut mirandum ſit ullum ei in tam abſurdâ hypotheſi fidem adhibuiſſe. "Though our modern Grammarians (ait Hutchinſonius) "fix the ſound in vowels only, that is evidently falſe; for every "conſonant had, at firſt, a diſtinct ſound, and might be a ſyllable each, more diſtinct from each other conſonant, than the "vowels are one from another, and therein the certainty of the "language conſiſted, ſo might perhaps three of ſome of the con- "ſonants be one ſyllable; and however ſince abuſed, the firſt in- "ventors of points certainly aimed at preſerving this, and only "placed them to limit the termination of the ſyllables, and to in- "ſinuate, as well as I can expreſs it, not a full vowel, but a part "of one, a breathing between the conſonants to ſoften and con- "form them a little to the pronunciation." Vid. *Hutchinſon vol.* VII. *p.* 284, 5.

(*b*) "Ces vingt-huit lettres (ait Chardin) ſont toutes conſonnes, "n'y ayant *point de voyelles* dans l'alphabet Perſan, non "plus que dans l'Arabe, quoique l'Alif, qui eſt la premiere lettre, et qui a la force de notre *a* avec un accent reſemblans "a nos lettres graves ou aigus, ſoit eſtimé de pluſieurs Grammariens

Hinc quiſque He, Heth, Hajin, aeque ac Aleph, conſonas eſſe apud Arabes, perſpicere poſſit. Hae enim ſunt vehicula vocalium: Omnes enim aptae ſunt ad vocalem longam aut brevem poſt ſe recipiendam; nam, dicere ſpiritum non eſſe literam, logomachia tantum eſt, quum litera, apud orientales, omnis motus oris organicus, ſine additâ vocali, vocatur. Diverſa vero eſt ratio linguarum occidentalium, in quibus literae etiam vocales comprehendunt, quod nullum vocabulum ſine harum ope et praeſentiâ ſcribi nedum intelligi poſſit. Haecce alphabetorum noſtrorum ſtructura tales praeconceptas opiniones, in hominibus qui a tenerâ aetate his ſemper aſſueti fuerunt, produxit, quum literas etiam vocales complectentes, cum in linguâ vernaculâ, tum in caeteris Europae linguis, viderent; ita ut nullum alphabetum eſſe poſſe in quo non literae quaedam ſunt ſigna vocalium contendant; quum contra linguae orientales, Hebraea, Chaldaica, et Arabica, ſcribi et intelligi, in bene multis, praeſertim in rebus communibus, hiſtoricis, et facilibus, ab harum literarum peritis queant, citra vocales, quamvis ſine iis pronunciari nequeant.

Ex hoc ordine, (addit Schultenſius), ſyllabas voceſque conformandi primaeva illa, et quaſi characteriſtica

" riens être une lettre voyelle. Leur Elif eſt l'Aleph Hebreu, " et il repond a cet accent dont les Grecs ſe ſervent, et qu'ils appellent *eſprit doux*. Je dit que tout leur alphabet eſt de conſonnes: Il y a pourtant trois lettres, Elif, Vau, Ye, qui ont " ſouvent la force de voyelles, a cauſe de quoi ils les appellent " *lettres de repos*. *Leur voyelles* ſont proprement des accens." Vid. *Diſſertationem noſtram de antiq. ling. Arab. p.* 39.

characteriſtica proprietas linguarum orientalium effloruit, quâ ſe ſine vocalibus ſcribi juxta intelligique patiuntur; ſi modo hic illic, ubi periculum exiſtit erroris, notulam apponas, quae formam verbi vel nominis determinet. Linguæ, quæ ab hac lege deſciſcunt, (jud. Schultenſio), non primigeniae vel antiquiſſimae cenſeri poſſunt: Contra, quo vetuſtior lingua, eo ſimplicior hunc naturae curſum ductumque ſervare reperietur. Ex eodem fonte altera linguae Hebraeae indoles, omniumque ejus dialectorum, fluit, quod verba primitiva ſive radices, ex diverſis conſonantium conjunctionibus, per triadas compoſita ſunt; et uti extant viginti duae literae, variae copulationes et combinationes per tres literas, ad minimum calculum, decem millia radicum efficiunt, etiam iis conjunctionibus vitatis quae aſperae nimis vel incommodae viderentur (*c*).

Hanc fuiſſe veram indolem et proprietatem linguae Hebraeae, non tantum patet ex analo-

(*c*) Hancce hypotheſin neque precariam aut abſurdam eſſe, non tantum ex analogiâ linguae Hebraeae, ſed etiam ex magno illo numero radicum, quae jam in Hebraeâ, Chaldaeâ, Syriacâ, et praecipue Arabicâ, extant, apparebit. Specimen dabit haec thematum digeſtio, אָבַר, אָבַג, אָבָא, atque ita per omnes literas; Item אָנַג, אָגַב, אָגָא, et ſic ad finem: Eodem modo per caeteras alphabeti literas progredimur. Praeterea, hae omnes radices ſuas propagines ac derivata fundunt. Ad haec (uti obſervat Cl. Schultenſius) naturale fundamentum linguae Hebraeae, cum ſuis dialectis, ſi attendiſſent multi critici, nunquam eam *pauperem, anguſtam, mancam,* omni ex parte imperfectam, pronunciaſſent. Linguam mortuam, ut unius libri cancellis incluſa metiri velle ex reliquiis ſane quam anguſtis; nec rationis quidem eſt, nedum eruditionis, quae docet cum tot libris et auctoribus Graecis Latiniſque, neutiquam tamen integras illas linguas ad noſtras manus perveniſſe. Vid. haec latius illuſtrata in *Grammaticâ noſtrâ Hebr. Edinburgi, octavo,* 1758. p. 2, 3.

giâ illius linguae, ſed ex ſuis dialectis, et praecipuè ex linguâ Arabicâ, hodie vernaculâ, in quâ verba primitiva, ex diverſis conſonantium conjunctionibus, per triadas compoſita conſtant; ut planè alicui patebit, qui lexicon Arabicum, Syriacum, Chaldaicum, aut Hebraeum, ſecundum verum genium harum linguarum conditum, inſpexerit. Ex hâc etiam indole linguae Hebraeae, ejuſque dialectorum, fluxit illa priva et permanens linguae Hebraeae ſtabilitas et conſtantia, quae nos attonitos reddat; floruit enim, eodemque in habitu perſeveravit, ultra tria millia annorum, quo longiſſimo temporis ſpatio tam parum ſenſit mutationis, ut eandem ſub Ezekiele, etiamque ſub Malachiâ, prophetarum ultimo, faciem praeferat, quam ſub Moſe gerebat, quamque adeo ab origine poſſidebat (*d*).

Ex

(*d*) Audiamus enim Doctiſſimum Leuſdenum de hâc re diſſerentem: "Plurimum etiam, (inquit), ad perfectionem linguae Hebraeae facit, ejuſdem conſtantia in omnibus libris Veteris Teſtamenti. Miratus ſaepiſſimè fui, quod tanta ſit convenientia linguae Hebraeae in omnibus libris Veteris Teſtamenti, cum ſciamus libros illos a diverſis viris, qui ſaepe proprium ſtylum expreſſerunt, diverſis temporibus, et diverſis in locis eſſe conſcriptos. Scribatur liber a diverſis viris, in eâdem civitate habitantibus, videbimus ferè majorem differentiam in illo libro, vel reſpectu ſtyli, vel copulationis literarum, vel reſpectu aliarum circumſtantiarum, quam in totis Bibliis. Verum ſi liber ſit ſcriptus, verbi cauſa, a Teutonico et Friſio, vel ſi intercedat inter ſcriptores differentia mille annorum, quanta in multis libris Veteris Teſtamenti reſpectu ſcriptionis interceſſit, eheu! Quanta eſſet differentia linguae! qui unam ſcripturam intelligit, vix alteram intelligeret; immo erit tanta differentia, ut vix ullus eas linguas, ob differentiam temporis et loci ita diſcrepantes, regulis grammaticae et ſyntaxeos comprehendere poſſit. Verum in Veteri Teſtamento, tanta eſt conſtantia, tanta convenientia, in copulatione literarum et conſtructione vocum, ut fere quis putare poſſet omnes illos libros, eodem tempore, iiſdem in locis, a diverſis tamen auctoribus, eſſe conſcriptos." Vid. *Leuſd. Philol. Hebr. p.* 166,-7. 4*to, Ultraject.* 1767.

Ex praedicta indole linguae Hebraeae et Arabicae, haſce linguas a primâ ſcribendi origine puncta vocalia poſſediſſe plane apparet. Sed quoniam hoc a quibuſdam viris doctis negatur:

I. Hiſtoriam hujus controverſiae de novitate punctorum vocalium paucis trademus.

II. Antiquitatem punctorum vocalium quibuſdam argumentis ſelectis ſtrictim breviterque confirmabimus.

III. Argumenta illa, quae quibuſdam viris doctis videntur graviſſima ad novitatem punctorum vocalium ſtabiliendam examinare et refellere, conabimur.

I. Hiſtoria hujus controverſiae de novitate punctorum vocalium breviter abſolvenda eſt.

Occaſionem quaeſtionis hujus inter Chriſtianos agitandae primus, ante annos fere ducentos, Elias Levita, doctiſſimus Judaeus Grammaticus, dediſſe videtur. Is, in libro quem de Maſorâ ſcripſit, ſtatuit, nimirum non a Moſe, aliiſque Veteris Teſtamenti ſcriptoribus Θεοπνεύστοις eſſe hos vocalium et accentuum apiculos, ſed a Maſorethis excogitatos et conſonantibus fuiſſe additos, aliquamdiu poſt abſolutum Talmud; cui extremam manum vult impoſitam eſſe anno mundi Ærae Judaicae 3959, ſive poſt vaſtationem templi ſecundi 436, hoc eſt, circa annum Chriſti 500. Etſi vero Elias Levita punctorum figuras recens Maſoretharum inventum eſſe contendat, tamen formam et poteſtatem hujus punctationis, ſeu rationem legendi ſecundum hodiernam punctationem, *veram* eſſe et *genuinam*, ſecundum

dum Moſis, prophetarum, et aliorum ſcripto-rum θεοπνεύστων, mentem expreſſum cenſet; adeo ut hodierna lectio, quam iſta punctatio Maſorethica repraeſentat, nulla plane ratione ſit in dubium vocanda, quaſi Maſorethae, pro lubitu ſuo proprio, textum ſacrum punctis vocalibus animârint. Sic Eliae ſententiam explicat Doct. Buxtorfius. Vid. *Maſor. Hamaſor. praefat.* 3.

Eruditiſſ. Lodovicus Capellus, Profeſſor Salmurienſis anno 1624, ſententiam Eliæ Levitae propugnare totis viribus conatus eſt. " Omnia " (inquit Capellus) itaque animo volventi mihi, " viſa eſt Eliae de punctorum recens a Maſo-" rethis inventorum novitate ſententia vero om-" nino conſentanea; diverſa vero et illi oppo-" ſita ſententia, de eorum ab ipſius Moſis vel " Eſdrae ſeculo repetita antiquitate, non modo " a vero, ſed ab omni veri ſpecie, abhorrens." Vid. *Capell. Comment. arcan. punctat. revelat. p.* 3, 4. 4*to, Lugd. Batav.* 1624.

Hanc ſententiam clarius explicat in *praefat. ad vind. arcan. punctat.* " Una cum Eliâ, ejuſque " popularibus, diſcimus, quod forma et pote-" ſtas iſtius punctationis, ſeu ratio legendi ſe-" cundum hodiernam punctationem, ſit, ὡς ἐπὶ τὸ " πλεῖστον, vera et genuina, juxta mentem Mo-" ſis, prophetarum, et reliquorum ſcriptorum " expreſſa, quia raro alia poteſt afferri puncta-" tio, quae meliorem, veriorem, et convenien-" tiorem ſenſum fundat (*e*)".

Haecce

(*e*) Quattuor ſunt praecipue de punctorum Hebraicorum origine et antiquitate ſententiae : 1. Alii eorum originem ab ipſo Adamo et

Haecce Capelli Clar. ſententia de punctorum Hebraicorum multis viris doctis arriſit, alios tamen ſummopere offendit, inter caeteros clar. Buxtorfium filium, qui tractatum de punctorum vocalium, et accentuum in libris Veteris Teſtamenti Hebraicis, origine, antiquitate, et auctoritate, oppoſitum arcano punctationis revelato Ludovici Capelli, edidit, *Baſilae*, 4*to* 1648.

Clar. Buxtorfius, non vocales tantum antiquitùs extitiſſe, ſed etiam denominationes ipſas vocalium eſſe antiquiſſimas, vel ab Adamo, vel a Moſe, ſaltem ab Ezrâ, poſitas fuiſſe; etiamque Schevata, et puncta tam critica quam diacritica, a manu Moſis et prophetarum eſſe profecta, accentuſque omnes, maximos, minimos, habere auctoritatem coeleſtem, literaſque majuſculas minuſculas, inverſas, ſuſpenſas, &c. eſſe authenticas, et non ſine myſterio ſic pictas atque exaratas, varianteſque lectiones eſſe traditionem Moſis e Monte Sinai, vel ſaltem ad Ezram referendas eſſe contendit.—Clar. Buxtorfius, literas אוי aliquando

et mundi exordio repetunt. 2. Alii originem illam ad Moſem et prophetas, quos volunt puncta vocalia et accentus conſonantium figuris inter ſcribendum, in ſacris a ſe ſcriptis literis, adjunxiſſe, referunt. 3. Alii volunt Eſdram cum ſynagogâ magnâ, poſt reditum Judaeorum ex captivitate Babylonicâ puncta excogitâſſe, vel exoleta in uſum revocâſſe, ſacriſque libris addidiſſe ad ſacram lectionem facilem reddendam, quae alioqui Judaeis, parum linguae ſuae Hebraicae tum temporis peritis, difficilis, obſcura, ambigua, et penè impoſſibilis, abſque hoc ſubſidio fuiſſet. Hanc ſententiam Judaei fere omnes, Buxtorfius uterque, pater et filius, propugnant. 4. Alii denique nolunt puncta prius fuiſſe excogitata, et ſacro textui addita, quam poſt abſolutum Talmud Babylonicum a Maſorethis Tiberienſibus, circa annum Chriſti quingenteſimum. Alii vero a Ben Aſher, et Ben Naphtali, circa annum Chriſti 1040, puncta inventa fuiſſe volunt. Vid. *Buxtorf. de antiquit. punct. p.* 2.

aliquando matres lectionis fuiſſe, concedere videtur; quod nequaquam verum eſt: Hae enim literae ſua natura conſonantes ſunt, quae aliquando quieſcunt, ſed nunquam vicem vocalium ſuſtinent (*f*).

Haec, ait Doct. Schultenſius, nunquam concoquere potui; et nunc poſt longam palaeſtram demiror, qui fieri potuerit ut Cl. Buxtorfius, tot quaeſtiones, naturâ, dignitate, pondere, reipsâ toto coelo diſſidentes, coaleſcere ſiverit cum capitaliſſimâ illâ et fundamentali controverſiâ de origine et auctoritate punctorum vocalium, quam adverſus Cl. Capellum vindicandam ſuſceperat; atque haud dubie perviciſſet, niſi hoc ſtratagemate acerrimi adverſarii ſeſe circumvenire paſſus fuiſſet. Vid. *Cl. Schult. Praef. ad Inſt. Ling. Hebr. Lugd. Bat.* 4*to*, 1637.

Nobis cum Cl. Schultenſio videtur, controverſiâ de punctorum vocalium antiquitate ſimplicius propoſitâ, non ita difficulter illam componi potuiſſe, ſi ſola veritas ſine fervore animi acri et

(*f*) Obſervat Clar. Schultenſius, Clar. Buxtorfium non retudiſſe, ſed quodammodo telum a Clar. Capello prolatum evitâſſe et eluſiſſe; quum matres lectionis ipſe agnoſcens, "aliam dixiſſet rationem ſcripturae, et orthographiae, in ſcriptis Rabbinorum, aliam in libris biblicis. In Rabbinorum quidem ſcriptis accurate obſervari, ut tres literae אוי ubique inſerantur ad vocalium vicem ſupplendam, &c. In Bibliis vero non ita, ſed eas frequentiſſime omitti, etiam iis in locis ubi minime omnium ommitti debuiſſent, &c. Hoc non negaverat Capellus, cui univerſa acies integra relinquitur. Vid. *Schultenſ. Inſt. ling. Heb. p.* 34. *et Buxtorf. de antiq. punct. p.* 370, et 356.

Sed negatur literas אוי unquam vocales in lingua Hebraeâ aut Arabicâ, fuiſſe; etiamſi eae a Rabbinis ſaepiſſime vice vocalium ſubſtituantur: Attamen non ubique ab ipſis Rabbinis apponuntur, teſte ipſo Buxtorfio, ubi obſervat, ſi hae literae אוי a Rabbinis negligantur, quod ſaepius fit, ſtatim dubitationem et ambiguitatem oriri conſtabit. Vid. *Buxtorf. ubi ſupra, p.* 370.

et ſtudio partium quaeſita fuiſſet. Amputentur (inquit Schultenſius) quæſtiones, appendices de hodiernis figuris, et nominibus vocalium, de Schevatibus, de accentuum munere multiplici: Quaeſtio vero ſimplex ſit; An dari poſſit lingua ulla ſine vocalibus a, e, i, o, u, nunc brevius nunc longius ſonantibus? An non, cum conſonantes a ſapientiſſimo hocce ſcribendi inventore inventae fuere, quaedam etiam notulae et punctula, quibus a, e, i, o, u, exprimerentur, etiam non inventa fuerint? Vel an non vocales coævæ fuerint literis alphabeti, quae omnes ſuâ naturâ ſunt conſonae? Diſquiratur dein animo aequo, quid veriſimilius, adfuerintne, inde ab antiquiſſimis temporibus puncta vocalia, annon? Diſputetur, annon ibi ſaltem vocalium notulae adjectae a ſacris ſcriptoribus, ubi ſumma neceſſitas id poſtulabat? His finibus lis haecce ſemet exerceat, concordia tum inter criticos et theologos ſponte coibit, et puncta vocalia communi conſenſu juſtum illum et naturalem locum obtinebunt, quem indoles linguae Hebraeae, quem uſus orientis inde a primaevâ origine, iiſdem inter Chaldaeos, Syros, Arabes, aſſignavit. Qui aliter de hâc re pronunciârunt, in eam non nimis accurate inquiſiviſſe videntur. Vid. *Schult. ad fund. ling. Hebr. p.* 62.

Maximi igitur momenti eſt, ut ſtatus controverſiae candidè et perſpicuè proponatur, et purus et impermixtus maneat: Nam, in hâc contentione ſuper punctis, ferme vocales ipſae cum notis et figuris vocalium confunduntur; aliquando vocales ab harum figuris diſtinguuntur:

Sed

Sed revera nimis ſaepe haec diſtinctio a viris doctis negligitur; ii enim ferνidiſſimi, qui maxime ignari. Nulla quippe controverſia eſt de vocalium ſono; nulla enim lingua concipi poſſit, quae non vocales habeat; ſed de ſignis harum vocalium lis eſt, *viz.* An talia punctula ſive notulae ab origine ſcribendi in linguâ Hebraeâ extiterint, (nihil ad nos, ejuſdem formae aut figurae fuerint necne,) quales nunc in MSS. et impreſſis Bibliis habemus; nondum enim jam a nobis diſputatur, num totidem vivâ linguâ Hebræâ numero fuerint vocales; ſed an ab antiquiſſimis temporibus talia puncta vocalia extiterint, a tempore quo primùm literis lingua Hebraea exarata fuit (*g*).

De accentibus vero jam nobis nihil agendum eſt; nam in hâc diſſertatione de punctis vocalibus ſolummodo diſceptatur. Tanta eſt praejudicatae opinionis vis, ut quidam viri docti affirmare haud dubitarint, nullum eſſe poſſe alphabetum, ex quo abeſſe poſſint literae vocales, quae quaſi vita et anima ſunt ſermonis. Hinc controverſia de matribus lectionis et adminiculis, quae ſine punctis promptam et certam, uti putatur, praeſtarent

(*g*) Conſonantes ſimpliciter deſtitutas vocalibus in omni linguâ obmuteſcere, primo dictat ratio. Quare, ſi ſonos ipſos reſpiciamus, unde vocales et conſonantes ſortiuntur nomina, ejuſdem neceſſe eſt ut ſint partûs et antiquitatis. De ſonis igitur lis non eſt; ſed de figuris et characteribus, quos videmus, tantum quaeritur. Cl. Capellus, Waltonus, aliique qui novitatem punctorum vocalium totis viribus propugnant, nullam unquam linguam vocalibus carere poſſe agnoſcunt, quum vocales dicantur quod hanc vivificent et animent, adeoque vocales literis Hebraeorum coaevas extitiſſe fatentur; tamen eas vocales punctis ſive notulis fuiſſe expreſſas, negant; ſed a Maſorethis Tiberienſibus, mille annos et ultra poſt captivitatem Babylonicam textui ſacro adjectas fuiſſe adfirmant. Vid. *Capel. arcan. punct. lib.* II. *cap.* 18.—*Prideaux Praelect. Relig. p.* 182,-196. *fol. Oxon.* 1648.

praeſtarent lectionem. Eas matres lectionis nonnulli ponunt tres אוי, alii quatuor addendo ה, addunt et alii quintam ע, necnon alii ſextam ח; nam non convenit inter illos viros doctos de numero talium vocalium quas ſibi fingunt, quoniam de hac re, quot capita tot ſententiae.
Simplex igitur quaeſtio eſt, Utrum lingua Hebraea, ab illo tempore quo primitùs ſcripta et exarata fuit, habuerit puncta vocalia, necne? Vel, an hae literae אהוי, vulgo dictae Ehevi, fuerint antiquitùs vocales in lingua Hebraea, necne?
Nobis ſententia virorum doctorum, qui puncta vocalia literis coaeva fuiſſe exiſtimant, veriſimilior videtur.

II. Antiquitatem igitur punctorum vocalium quibuſdam argumentis ſelectis breviter oſtendere aggrediemur.

1. Linguam Hebraeam puncta vocalia poſſediſſe ab eo tempore quo ars exarandi literas apud Hebraeos cognita fuit, plane cum ex indole, ſtructurâ, et analogiâ ipſius linguae, tum ex naturâ ejus dialectorum, praeſertim Arabicae, conſtat. Hactenus omnes literas in alphabeto Hebraico ſuâ naturâ conſonas eſſe oſtendimus: Hoc etiam verum eſſe de alphabeto Arabico, in priore diſſertatione de linguâ Arabicâ, probavimus; Arabeſque, ad vocales ſuas deſignandas, punctis vocalibus, eodem modo quo Hebraei, uſos fuiſſe monſtravimus; ideoque tale punctum ab Arabibus حَرَكَة, *i. e. motionem*, vocatum fuiſſe, quod veluti motum animamque conſonae largiatur. Vid. *Diſſert. de antiq. Ling. Arab. p.* 39, 40.

Ad veritatem hujus rei confirmandam, teſtimonium Doctiſſ. Chardin teſtis auriti et oculati, qui varias partes Orientis peragraverat, protulimus, qui diſertè omnes literas, in alphabeto tam Arabico quam Perſico, ſuâ naturâ conſonas eſſe teſtatur.

Linguam igitur Hebraeam ejuſque dialectos puncta vocalia ſemper habuiſſe ex naturâ et indole harum linguarum patet; quoniam omnes radices ſive verba primitiva, ex diverſis conſonantium ſive literarum conjunctionibus, per triadas compoſita ſunt, quod plane plurima vocabula in hâc linguâ extitiſſe neceſſe eſſe monſtrat; in quibus nulla ex hiſce literis אהוחיע, a quibuſdam viris doctis nomine vocalium inſignitis, adeſſe poſſint. Hinc natura et indoles linguarum orientalium, linguam Hebraeam, a primordio ſcribendi, puncta vocalia poſſediſſe monſtrat; quum plurima vocabula primitiva occurrant, ubi nulla ex hiſce literis אחוי inveniatur: Nam procul dubio, ſi hae literae revera eſſent vocales, una aliqua ex iis in omni ſyllabâ, vel ſaltem in omni voce, adeſſe debeat. Sit nobis exemplum פקד *pkdh, viſitavit*: Haſce tres literas conſonantes eſſe, omnes fatentur; ſed conſonantes ſine vocalibus adjectis ſunt inſtar corporis ſine animâ. Videamus genuinam organicam vim et poteſtatem uniuſcujuſque literae, et articulatum ſonum earum quis efferre conetur: Enim פ notat *ph*, ק *k*, ד vero *dh*; conjunganturque hae tres literae, et inde exſtat *phkdh*: Sic בצק *bhtzk, tumuit*; בקק *bkk, evacuavit*, &c. Quis mortalium articulatum ſonum ex hiſce literis efferre poterit? Nulla

ex

ex literis 'אהו adeſt ; plurima talia apud Hebraeos et Arabes exſtare, omnibus, qui haſce linguas vel a limine ſalutarunt, patet. Hoc plane indicio eſt, Hebraeos, etiam ab antiquiſſimis temporibus, notulas quaſdam ad vocales ſuas indicandas habuiſſe; nam nulla ſyllaba, multo minus integra vox, in rerum naturâ, ſine vocali adjectâ eſſe poteſt. Nihil ad rem, utrum hae vocalium notae alphabeto inſerantur, necne, dummodo certa ſigna, ad vocales ſuas deſignandas, Hebraei habuerint. Puerile enim eſt, exiſtimare, neceſſe fuiſſe, ut orientales literas pro vocalibus in ſuo alphabeto inſertas haberent eo quod hic mos apud Graecos, Latinos, et occidentales, obtinuit. Audiamus Eruditiſſ. Schultenſium de hâc re diſſerentem: " Hinc plane (ait ille) " rem ſive poteſtatem vocalium non inventam " fuiſſe ab Ezrâ apparet, ſed cum uſu ſermo- " nis, inde ab initio rerum, vocales conſonan- " tibus animam addidiſſe. Qui primus ſcriptu- " ram invenit, quiſquis ille fuerit, ante, vel " poſt diluvium, cum ſignis literarum haud " dubiè ſigna vocalium excogitavit, quod alias " non mancum tantum, ſed et mortuum fuiſſet " opus illud, quo nullum admirabilius et ge- " neri humano opportunius. An difficilius e- " rat, ſonis *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, ſigna ponere, quam con- " ſonantibus *b*, *g*, *d*, &c ?" Annon in promptu ſaltem erat, punctulum aliquod figere, vel infra vel ſupra conſonantem, vario ſitu, ad id quod *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, vocamus indicandum ? Non nobis quaeſtio eſt de nominibus technicis vocalium; ea enim demum, cum de grammaticâ praeceptione cogitari

cogitari coepit, exorta fuiſſe videntur. Vid. *Schult. Inſtitut. ling. Hebr. p.* 50.

Idem plane docet Doctiſſimus Hottingerus: "Auctor Margaritae philoſophiae, mihi cum pri-" "mis memorabile videtur, quod ſcribit. Quan-" "quam autem non ab initio legis puncta fu-" "iſſe dicant, ſed a praeſtantiſſimo legis docto-" "re ſuperaddita perhibeantur, poſt Babyloni-" "cam Judaeorum captivitatem, id ipſum ta-" "men intelligerem, non de omnibus punctis" "quibus modo utuntur, ſiquidem aliqua ſem-" "per extitiſſe credo: Sententia haec profecto" "mihi, (ait Hottingerus,) arridet; neque enim" "exiſtimo, ullum fuiſſe tempus quo non He-" "braea lingua expreſſas habuerit notas vocali-" "um, ſi non in omnibus literis, in iis ſaltem" "ubi neceſſe erat; nulla ſane lingua orientalis," "quae ſuas non habeat conſonis vocales coae-" "vas; an vero eaſdem ſemper et numero et fi-" "gurâ, viderint alii: Ego certe deprehendo" "hic magnam varietatem (*h*)." Vid. *Hotting. Theſ. Philolog. p.* 400. 4*to, Tigur.* 1659.

Doctiſſimi

(*h*) Alſtedius, ſententiâ Elianâ damnatâ, ſententiam ſuam his ce verbis effert: "Ego ſic judico puncta Hebraeorum ſemper fuiſ-" "ſe inde ab initio hujus linguae, tametſi non ſemper ſcribendo" "expreſſa fuerunt." Vid. *Theſaur. Chronolog. cap.* xxxv. *p.* 271.

Doctiſſimus etiam Baumbachius, *in Tractatu de Ling. Orientalibus*, (referente Gerhardo), ait "Cum duae linguae, Syriaca et Arabica," "quae ab Hebraeâ ortae ſunt, vocales habeant, ut ex libris ma-" "nuſcriptis et impreſſis apparet; matrem, *videlicet* Hebraeam," "illis carere veriſimile non eſt."

Linguam Æthiopicam vocales etiam habere, plane conſtat: Æthiopes enim conſonas a ſe invicem non disjungunt, ſed cum literis vocales ſuas habent in unam figuram coaleſcentes; unde uſu venit, ut litera unaquaeque, et conſonam et vocalem in ſe complectens, ſyllabam conſtituat. Hinc neceſſario ſequitur, Æthiopum conſonas et vocales eſſe coaevas, et ejuſdem plane ortus. Vid. *Coop. Dom. Moſaic. Clav. p.* 267.

Doctiſſimi Markii de eâdem re ſententia ac-
" que ſolida ac docta: " Pro theſi quinta poni-
" mus, (ait Markius), magis ex adverſo proba-
" le videri, quod ſi non omnis hodierna punc-
" tatio a divinâ manu ad literas olim addita fue-
" rit, forte ea tamen nec omnis abfuerit pror-
" ſus, prout in quibuſdam magis aut minus
" neceſſaria, deprehenditur, ad decentem ſcrip-
" turarum, uſum et intellectum." Vid. *Markii*
" *Syllog. diſput. philolog. exercit.* III. 14.

Eruditiſſimus etiam Lightfootus, auctorem cum literarum tum punctorum eundem plane fuiſſe, punctaque vocalia neceſſario literis coaeva fuiſſe, cenſet (*i*).

Cum vocales reliquis literis ſonum dent, ac proin ad enunciationem ſyllabarum prorſus ſint neceſſariae, tum etiam vix abeſſe poſſunt in ſcrip-
turâ:

(*i*) " Some there are who think that the vowels of the He-
" brew were not invented for many years after Chriſt, which
" to me ſeemeth to be all one as to deny ſinews to a body, or to
" keep an infant unſwaddled, and to ſuffer him to turn and
" bend any way till he grow out of faſhion. For my own ſatiſ-
" faction, I am fully reſolved, that the letters and vowels of the
" Hebrew were, as the ſoul and body of a child, knit together at
" their conception and beginning; and that they had both one
" author: For a tongue cannot be learn'd without vowels, tho',
" at laſt, ſkill and practice may make it to be read without.
" Grammar, and not nature, makes men to do this; and this alſo
" helped out with the ſenſe of the place we read. Our *Saviour* in
" his word of one *Jota*, and one ſingle κεραια, not periſhing from the
" law, ſeems to allude to the leaſt of the letters, *Jod*, and the leaſt
" vowel and accent." Vid. *Lightfoot's Works, vol.* II. *p.* 1014. *Lond.*

Hinc videmus Doctiſſ. Bates, alioſque, longè a vero aberrâſſe, quum, ab omnibus conceſſum eſſe, puncta vocalia non fuiſſe literis coaeva, affirmat:—" For it is allowed on all hands, (ait D. Bates),
" that the points were not coeval with the letters, and conſequent-
" ly written Hebrew was once intelligible without them." Vid.
Bate's Pref. to his Heb. Gram. p. 3.-4. *8vo, Oxford.*

Sed contrarium affirmatum fuit a variis viris doctis, etiam hocce ſeculo; praeſertim ab eruditiſſimo Schultenſio, in ſuâ Grammaticâ Hebraeâ paſſim.

turâ: Putari enim nequit, Hebraeos vetuſtiores nullis prorſus in ſcriptione uſos eſſe vocalibus (*k*). Verum quidem eſt, nomina horum punctorum, pro ratione temporum, auctorum, terrarum, et populorum, variâſſe poſſe. Hinc ſcribitur in Arugas Habboſem, referente Buxtorfio: "Appellatae autem fuerunt figurae iſtae nominibus variis, temporibus variis, pro arbitrio doctorum et conſuetudine provinciarum. Non enim nomina ſunt praecipuum fundamentum, ſed ſignificatio et res ipſa. Hinc video Maſorethas vocare Chirek *i*, et Cholem *o*: Coſar vero appellat Schever magnum, et Zeri Schever parvum." —Veriſimillimè etiam videtur, antiquiſſimos grammaticos pauciora punctorum vocalium nomina adhibuiſſe, ait Buxtorfius: "Non quod "plura non eſſent aut haberent, ſed quod, re"ſpectu, ipſis ad pauciora redigi, et ſub nomi"nibus paucioribus plura comprehendi poſſe, "videretur; ſic primi grammatici ſeptem dun"taxat numerârunt vocales, licet revera decem "eſſent, eodem modo quo Graeci decem ha"beant, dum ſeptem tantum numerant." Vid. *Buxt. de punct. antiquit. p.* 190,-191.

Sic

(*k*) Clar. Capellus, alia nomina punctorum vocalium in Maſorâ praeter Kametz et Patach, nonniſi in poſterioris aevi Grammaticis recentioribus ante annos 300 aut 400, occurrere aſſirmat. Vid. *Capel. Arcan. Punct. p.* 91.

Clariſſimus Buxtorfius vero planè Tzeri et Segol, Cholem et Schurek, memorari oſtendit. In antiquâ Maſorâ manuſcriptâ in pergameno, etiam quae penes ipſum erat, itidem nomina punctorum aliorum reperiuntur. Quod ad Grammaticos attinet, Buxtorfius, Grammaticum Hebraeum, R. Jehudam Ben Chijug, ante annos ſexcentos et ultra, punctorum vocalium mentionem feciſſe, uti conſtat ex multis quae ex illo paſſim citantur in Aben Ezrae, Muſcati, Ephodaei, et aliorum ſcriptis, oſtendit. Vid. *Buxtorf. de Antiquitate Punctorum, p.* 189,-190-1.

Sic (Cl. Schult. ait) Grammatici veteres non decem ſed ſeptem קולות voces, ſonos vocales, qui et ſeptem מלכים reges appellantur, exhibuere. Hi erant Kametz, Zeri, Chirec, Cholem, Schurek, Patach, Segol; ſub Kametz, etiam comprehendebant Kametz-chatuph, ſive *a* breve; ſub Chirek utrumque *i* complectebantur longum et breve; ſub Schurek denique ordinarium Kibbutz, tanquam parvum *u*. Alteram etiam diviſionem antiquiſſimi Hebraei Grammatici conciſiorem habuere, quae omnes vocales ad tria principia, Kametz, Patach, et שבר *Sjber*, ſive Keſra *i*, et *e*, longum pronunciatum, *viz.* ut *ei*. Haec patent ex libro Coſri et Balmeſio. Haec partitio (ait Schultenſius) conſonat Arabum iſti per Phata, Keſra, Dhamma, quae voces technicae deſignant *apertionem*, *fractionem*, *et contractionem*; quemadmodum Kametz infert *contractionem*, ut Patach *apertionem*, et Sjebber ſive Keſra *fractionem*. Iſtae appellationes adinventae, ut configuratio oris in vocali proferenda indicaretur, atque ita ejuſdem legitimus ſonus accuratius fineretur. Nil mirum itaque, ſi aliquod varietatis ſit hic inter Grammaticos Judaeorum et Arabum; quum pronunciatio ſecundum dialectum variet. Vid. *Schult. Inſt. Ling. Hebr. p.* 48.

Sed eruditiſſimus Lud. Capellus, literas אהוי, vulgo dictas matres lectionis, fuiſſe vocales linguae Hebraeae, ante puncta vocalia inventa, contendit. Doctiſſimi etiam Waltonus, Simonius, Clericus, aliique, argumentum a matribus lectionis ductum pro invicto urſere; atque potiſſimùm ad Arabes provocârunt, qui priſcis

temporibus

temporibus nulla puncta habuiſſe dicuntur, ſed tres literas اوي אוי omnium vocalium vicem ſuſtinuiſſe, omnemque legendi modum expedire valuiſſe, affirmant. Doctiſſimus Capellus, primò Arabes et Syros vix unquam aliis in libris, praeter eos qui ſunt illis ſacri, vocalium notulis uti, contendit (*l*). Vid. *Capell. Arcan. Punctat. Revelat.*

Sed Clar. Hottingerus, cui major copia legendi libros Arabicos, Capello plane contradicit: "Arabum ſcripta (ait Hottingerus) et ſacra et "profana quam plurima ſuis veſtita leguntur "vocalibus,

(*l*) "Non aliter (inquit Capellus) etiam ſcribunt hodie in com- "muni ſcribendi uſu et conſuetudine, Arabes et Syri, qui vix "unquam aliis in libris, praeter eos qui ſunt illis ſacri, utuntur "vocalium notulis. Addit porro, ſed et Arabes, quum in ſcri- "bendo ſunt exactiſſimi, tres tamen duntaxat vocalium notulas, "quarum prima, quam Phata vocant (ab Heb. פתח), notat ipſis "modo A, modo E. Secunda Keſra notat I. Tertia Dhamma de- "ſignat modo O, modo U, plane eodem modo, quo literae אוי "quibus ad deſignandas vocales linguae orientales omnes, quae "ſunt Hebraicae veluti quaedam dialecti, ante excogitata puncta, "utebantur, etiamnum hodie in communi et quotidiano ſcribendi "uſu, adhuc utuntur." Vid. *Capell. Arcan. Punct. Revelat. p.* 157.

Arabes Poetas ſuos libroſque difficiliores, Alcoranumque ſuum, fere ſemper punctis vocalibus inſignire ſolitos eſſe conſtat, ut Hottingerus, et Schultenſius monſtrârunt. Imperfectam rationem et ideam vocalium apud Arabes hic exhibet Capellus; patet enim illos non habere tres ſolummodo vocales, uti Capellus et alii dictitant, ſed decem quinque breves, *viz*. Phata quo *a* et *e* ſignant, ſive Patach et Saegol Hebraeorum (cur *a* et *e* breve ſub uno ſigno comprehenſae, necnon *o* et *a* in Cl. dialectorum a Schultenſio indicatum) Keſra quo I, ſive Chirek breve, Damma, quo *o* et *u* ſive Kametzchatuph et Kibbutz: totidemque longas, quae in noviciâ ſcripturâ ab Ibn Mocla introductâ, ope literarum اوي אוי *nempe* Phata, ſequente Eliph, valet Kametz et Cholem, *i. e. a* et *o* longum: ut Keſra, ſequente, *Je* facit Chirek longum et Tzeri, *i. e. i* et *e* longum, itemque Damma, ſequente Waw, efficit Schurek. Vid. *Diſſertat. de antiquit. Ling. Arab. p.* 37, 56, 57.

Non vero mirandum eſt, Arabes diverſos ſonos notare eodem puncto ſive notula: Res ita ſe habet in variis linguis occidentalibus, quae vocales ſuas literis pingunt, e. g. *nation*, *ſpade*, *father*, *man*, *all*, *fall*, *water*. Hic vocalis *a* tres diverſos ſonos pingit, et ſic in aliis.

"vocalibus at non iiſdem, vel nunc vel olim." Vid. *Diſſert. noſtr. de antiquit. ling. Arab. p.* 35.— Addit etiam Hottingerus: "Eadem ratio Syrorum, Chaldaeorum, *&c.* eos etiam vocalium expreſſas notas habuiſſe ſemper nullus dubito. Idem perſuaſiſſimum mihi de linguâ Hebraeâ. An vero ab initio ſtatim hae quas habemus vocales conſonis additae ſint, et figurâ et numero, in medio nunc relinquo: Suo loco, ubi termini grammatici explicabuntur, forte prolixius de hâc re diſſeremus. Haec tantum obiter; non eſſe haec a mente Hebraeorum aliena, haud obſcurè colligo ex iis quae habet Buxtorfius de *Orig. Punct. p.* 190." Vid. *Hotting. Theſaur. Philolog. p.* 401.

D Sed

Ex ſupra dictis plane apparet, literas اوي אהי nequaquam vocales vel in linguâ Arabicâ aut Hebraicâ; variis enim punctis Phata, Keſra, et Damma, hae literae אוי اوي, æque ac aliae conſonantes, inſigniuntur. Clar. etiam Capellus, haud parum ſibi conſtans, אהוי nullas certas vocales notare agnoſcit. "Nullas autem certas vocales notant (ait ille); nam quum moventur, omnes poſſunt admittere vocales, eademque eſt earum ratio, quae aliarum literarum radicalium. Hic Capellus haſce literas aliquando habere vim vocalium, aliquando conſonantium, contendit." Vid. *Capell. Arcan. Punctat. p.* 171. *Lugdun. Batav.* 1624.—Vid. etiam *p.* 158. ubi addit, "Quandoque in alium finem ſerviunt, ita tamen ut etiam lectioni juvandae utiles ſint, ſed per accidens; non enim tunc hic eſt earum primarius et praecipuus uſus." Verum quidem eſt, haſce literas אוי aliquando quieſcere et vocalium productioni inſervire, amiſsâque ſuâ poteſtate, naturam praecedentium vocalium induere, cum iiſque in unam, longam ſyllabam coaleſcere. Sed obſervandum, haſce literas אוי اوي pro vocalium longarum indiciis directis non venire, niſi quum ſerviles cenſentur, eaſque ſolis vocalibus longis indicandis ſubſervire. Ipſa autem natura docet ſonos *a, e, i, o, u,* legi et ſonari poſſe brevius et longius; jam vero nulla vocalis brevis ex hiſce matribus lectionis agnoſci poteſt, nulla forma ... ſua ſignificatione, quæ per breves tantum vocales, conformata. ... praeterea, ubi אוי adſunt, radicales ſi ſunt, errabit quis ſi ... pro matribus lectionis accipiat. Sic, *e. g.* יולד legi poteſt יֻלַּד

Sed Arabes ſaepiſſime poemata, alioſque libros lectu difficiliores, punctis inſignire, manifeſtum eſt ex MSS. eorum; uti ex exemplaribus Haririi conſeſſuum, in oriente ſcriptis, et punctis vocalibus ornatis, patet. Qui liber ſi ſine punctis lectioni etiam ipſorum Arabum traditus eſſet, ne centeſima quidem pars (Schultenſio graviſſ. judice) ejus luceret, non dicam nobis, ſed vel linguae patriae peritiſſimis. Clariſſ. Schultenſius, qui plura manuſcripta, praeſertim Arabica, cum evolverat tum verterat, quam Capellus, Simonius,

יִוָּלֵד *naſcetur*, aeque ac יוֹלֵד *gignet*, vel יוּלַד *gignetur*. Abhorret 'a vero haec nulla notula diſtincta fuiſſe. Multa talia in Bibliis reperientur, in quibus ambiguum, ſi puncta abſint quieſcantne Waw et Jod radicales, an moveantur. Hoc verum eſſe patet ex linguâ Arabicâ, ubi paſſiva forma ſemper, aeque fere ac in Hebraeâ, ſolummodo punctis vocalibus ab activâ diſtinguitur: Et hinc variae quaedam lectiones in Alcorano tantum ex variis punctis vocalibus ortae ſunt; quod planè, rationem punctorum vocalium omnino habendam eſſe, diverſitatemque tam vocalium quam conſonantium diligenter notandam eſſe, ad verum et genuinum ſenſum Moſeos et prophetarum eruendum, monſtrat. Inter varias claſſes variantium lectionum quae occurrant, non tantum ea quæ in literis conſonis, ſed etiam in punctis vocalibus, meminit erudit. Michaelis, qui cum duodecim commilitonibus, collationem codicum Hebraeorum, non tantum impreſſorum, praeſertim illius doctiſ. Jablonſki MSS. membranaceorum Erfurtenſium inſtituiſſet, perfeciſſetque; "Lectoris autem notarii (ait Michaelis) vices ipſe ſuſtinebam, pau-" lulumque ſubſiſtebam non ad ſingulas tantum voces, ſed etiam " conſonantes, *vocales*, et accentus, criticaſque notas, ut quiſ-" que adſum codicem accuratè introſpiceret, meque et univer-" ſum collegium, ſi quid varium deprehenderetur, moneret." Vid. " *Praefat. p.* 5. *ad bibl. Heb. edita ab Jo. Heinr. Michaelis*, 8*vo*, " *Halae Magdeburgicae*, 1726.

Cl. Capellus etiam rationem lectionum habendam eſſe variarum quae ex punctorum vocalium diverſitate oriuntur agnoſcit. Speciales (viz. variae lectiones, ait ille) Veteris Teſtamenti ſunt illa quae verſantur circa puncta vocalia. Vid. *Capell. Crit. Sacr. p.* 7.—De his igitur ſpeciatim agit, *p.* 15. *ibidem.*

Uti diverſitas punctorum vocalium plane diverſum ſenſum in variis vocibus parit, in collatione MSS. V. Teſt. differentia punctorum vocalium omnimodo notari debuit; quia hinc verus ſenſus Moſeos et prophetarum multo certiùs eruitur.

Simonius, aut Waltonus, vel ullus alius vir doctus qui de hâc controverſiâ ſcripſit, palam declarare ſe, illos Haririi conſeſſus, alioſque poetas Arabicos, ſine ope punctorum vocalium legere et intelligere rectè non potuiſſe, haud erubeſcit. Alcoranum Arabicum punctis vocalibus inſignitum fuiſſe in priore diſſertatione oſtendimus. Quamobrem vero huncce librum, vivâ et vernaculâ linguâ eorum, punctis et vocalibus ornarent, ſi nondum neceſſe erat ad reddendos cum lectionem tum ſenſum illius libri perſpicuos? Alcorani enim lectio et ſenſus ſine punctis adjectis nunquam ſatis conſtaret; quod nobis Alcoranum cum punctis vocalibus neceſſitatem exarandi planè monſtrat, uti Arabes cum legere, tum verum ſenſum hujus libri aſſequi, potuiſſent.

Si nullum periculum errandi eſſet, quare tam operoſum opus ſubierint? Si enim literae אוי اوي eſſent revera vocales in linguâ Arabicâ, et ad promptè legendum ſufficerent, cui uſui Arabes Alcoranum ſuum punctis vocalibus inſtruxerunt? Quis enim unam aliquam ex hiſce literis אוי اوي in omni ſyllabâ, vel etiam in omni vocabulo, occurrere affirmare audebit? Nullus.—Res ipſa veritatem prodit, ſine his punctis locum errandi fuiſſe, Alcoranum, priſcoſque poetas Arabes, ni punctis vocalibus appicti fuiſſent, cum in ſenſu obſcuros, tum in pronunciandi ratione ambiguos, fore.

Doctiſſ. etiam Simonius Arabes punctorum vocalium primos quoque repèrtores fuiſſe ſtrenuè affirmat: Sed parum illum in hiſce vidiſſe ex variis locis videtur.

"Videntur

" Videntur (ait Cl. Simonius) Arabes punc-
" torum illorum repertores eſſe ; eos dein Ju-
" daei imitati ſint. Obſervandum igitur Mu-
" hammedanos, inter ſe de lectione Alcora-
" ni diſſidentes, ut illam figerent, praecavendo
" ſchiſmati, figuras quaſdam aut puncta inve-
" niſſe. Interim, non conveniunt Arabes quo
" tempore inventa ſint. Opinio eorum mihi
" probabilior, qui aiunt ſub Omare, tertio Cha-
" liphâ, fuiſſe inventa. In hanc rem referunt,
" quendam Arabem rogâſſe aliquem, a quo Al-
" coranum legere edocebatur, annon legendum
" eſſet? *Recedit Deus ab infidelibus et propheta ſuo.*
" Pro quo legendum erat, *recedit Deus ab infide-*
" *libus et propheta ejus.* Haec varia lectio non
" niſi a punctorum defectu, quorum loco vo-
" calis pro vocali legebatur, contingebat. Ac, ni-
" ſi ad ſenſum attenderes, prior lectio magis ge-
" nuina, et juxta grammaticam videri poſſit.
" Utut ſit conſtat Mahummedanos non niſi cir-
" ca Omaris tempus puncta Alcorano addidiſſe.
" Jam ab Arabibus et puncta et reliquam gram-
" maticam mutuatos eſſe, facile probare eſt.
" Quia vero primis inventionibus ſemper adde-
" re libet, Judaei Arabum puncta auxere, ut
" magis adhuc lectionem definirent. Ejuſmo-
" di nunc punctis tota textûs Hebraici lectio ni-
" titur." *Vid. Sim. Hiſt. Relig. Jud. p.* 135.

Hic doctiſſ. Simonius primo modeſtè ait, Arabes punctorum illorum repertores fuiſſe videri ; ſed paulo poſt, Arabes non convenire inter ſe quo tempore puncta inventa fuerint, omnino fatetur ; ſine ulla ratione tamen, more ſuo addit Simonius : " Utut ſit, *conſtat* Mahummedanos

nos nonniſi circa Omaris tempus puncta Alcorano addidiſſe." Haec Clar. Simonius audacter, ſine ullo argumento aut veritatis ſpecie, affirmat.

Doctiſſ. enim Herbelotius plane Simonio contradicere videtur; quum ille inventa puncta vocalia ſecundum quoſdam a Jahia Ben Jamer, ſecundum vero alios a Naſſar Ben Aſſem, cognominato Al-Laithi, vel, ut alii volunt, ab Abou Aſſuad. Al-deli, nos certiores facit. Revera origo punctorum apud ipſos Arabicos auctores, uti valde incerta, traditur: Quod plane puncta vocalia apud eos antiquiſſima fuiſſe monſtrat (*m*). Diverſitas ſententiarum de tempore quo puncta inventa fuere apud Arabes, plane ea ante Mohammedis tempora obtinuiſſe oſtendit. Revera res cum nomine et figurâ apud viros doctos confunditur. Etiamſi concederetur Phata, Keſra, Dſamma, Arabum, ſive nomen ſpectes, ſive figuram, non eſſe literis coaeva. Sed, (ut ait Clar. Schultenſius) An inde conſequitur Arabes non habuiſſe vocales? Nemo dixerit. Non habuerunt etiam figuras vocalium quibus nunc utuntur; An inde legitime confici poterit, eos nulla unquam, ante Alcoranum, notulas vocalibus, ubi neceſſe erat, ſignandis uſurpâſſe? Precaria, quin violenta plane ſequela. Concludo, tam certum Arabes et Aramaeos notulas habuiſſe ſonorum, quam eos ſcribendi artem

(*m*) Doctiſſ. vero Herbelotius planè in hâcce Simonio contradicere videtur: "Quelques uns (ait Herbelot.) attribuent l'invention des voyelles a Jahia Ben Jamer, d'autres, a Naſar Ben Aſum, ſurnomme Al-Laithi, et y il en a qui attribuent cette invention a Abou Aſſuad. Al-Dili. les trois perſonages ſont mis aux nombre des Docteurs de Baſſorà." Vid. *Herbelot. Biblioth. Oriental. p.* 3.

tem poſſediſſe; quamvis ultro largior, non ſatis liquere, quaenam fuerint hae notulae et figurae. Supra ſubmonui, uno punctulo rem expediri potuiſſe. Tali ſigno uſos Arabes vetuſtos, docuit jam Clar. Hottingerus, *Theſ. Philolog. p.* 401. ubi provocat ad fragmentum Alcorani charactere Cuffico exarati, in quo ope punctuli nunc ſupra, nunc infra, vel aut intra literam poſiti, diverſae vocales notabantur (*n*). Hoc ex antiquiſſimâ Arabum literaturâ extra dubitationis aleam collocaturum me ſpero. Vid. *Schultenſ. Inſt. Ling. Heb. p.* 64. *et Diſſert. noſtr. de Antiq. Ling. Arab. &c.*

Audacter non minus quam confuſè ſententiam ſuam doctiſſ. Simonius de hâc re pronuntiat: "Linguae orientales alias a principio vo-
" cales (ait ille) pro punctis hodiernis ha-
" buere. De Linguâ Hebraicâ, ex Arabicâ,
" Chaldaicâ, Syrâ, quae vocales alias, una cum
" linguâ ipsâ primitùs natae, lectionem non ſa-
" tis firmabant, puncta, ut magis firmaretur, ad-
" inventa ſunt." Vocales illas alias linguae Arabicae, Chaldaicae, et Syriacae, quae ab ejuſmodi punctis non pendeant, proferre debuiſſet criticorum princeps: Sed hactenus Arabes ab primordio artis ſcribendi puncta vocalia poſſediſſe oſtendimus.

Sed

(*n*) Doctiſſimus Cooper, provocans ad huncce locum Hottingeri, addit ipſe, "Tale quid a clar. D. D. Edmundo Caſtello memini
" me accepiſſe: Quocum de hiſce rebus ſermones pro eâ, quam
" ipſe candidiſſimus mihi indulſit παρρησία miſcens, ingenuè faſſus eſt,
" Alcoranum ab initio punctatum fuiſſe; punctulum hoc (ni fal-
" lat augurium) intelligens, varias vocalium omnium pro vario
" ſitu poteſtates praeſtitit." Vid. *Coop. Dom. Moſaic. Clav. p.* 267.

Sed videtur vir doctus per vocales ſuas matres lectionis אוי intendiſſe ; ſed has omnes ſuâ naturâ conſonantes, tam in linguâ Arabicâ quam Hebraeâ, eſſe oſtendimus. Ex animo ad linguam Arabicam provocamus, et ex hiſce judicandum eſt, linguamne Hebraeam ſemper more ſororum puncta vocalia poſſediſſe. Intelligere et capere non poſſumus, quommodo puncta a Maſorethis, poſt Mohammedam demum, *i. e.* ſeculo VII. inventa, lectionem antiquam per vocales cum ipsâ linguâ natas firmam, magis firmare potuerint.—Hic addit clar. Schultenſius: " Verba dantur, et per cuniculos arx veritatis " ſubruitur : Nam hoc Maſoretharum firma" mentum tandem nihil aliud evadet, quam " traditio incerta ſynagogæ, quam in poſterum " ratam et firmam fecerint Tiberienſes, nempe " pro Judaeis eorum auctoritati obnoxiis ; ſed " quam nobis reliquere integrum, quin neceſ" ſarium, ubi LXX. Vulgat. aliique interpre" tes, ſuggerunt. Dicam planius : Iſta firmi" tas omnia ex intentione Simonii reddit in" firma, obſcura, corruptionibus innumeris vi" tiata ; ita ut Chriſtiani, citra auctoritatem " eccleſiae Romanae, nihil jam habeant in quo " pedem figere poſſint. Proh artes ! in ca" put cudentium tamen recaſuras. Quum ad " linguas Arab. Chald. et Syr. provocat, quae " vocales habeat neutiquam ab ejuſmodi punc" tis pendentes, quod non didicit ; vel ſi di" dicit, ſibimet contradicit. Ludit forte in " ejuſmodi punctis, quæ vel eadem eſſe poſſunt, " vel ejuſdem artis, aut eadem habuerint ;

" nihil

" nihil opus: Ejuſdem artis puncta nec a Chal-
" daicâ, nec a Syriacâ, nec ab Arabicâ linguâ
" abſuiſſe, tam mihi liquidum, quam liquet eos
" conſonantes habuiſſe, et mentem ſuam, ſed
" et diſtinctè enotare, ac conſignare, inde a
" ſcripturâ inventâ, valuiſſe. Hoc qui negat,
" eodem jure ſcriptionem iis deneget, niſi eos
" velit tam rudes, ut literas caecas ne punctulo
" quidem oculatas reddere ſciverint, ubi abſo-
" lutiſſima neceſſitas id flagitaret." Vid. *Schul-
tenſ. Inſtit. Ling. Hebr. p.* 63.

Clariſſimus Capellus haſce literas אוי اوي uſi-
tatas fuiſſe ad deſignandas vocales ante puncta
vocalia, tam in linguâ Arabicâ quam Hebraeâ
excogitata, affirmat: Sed antiquiſſimos Arabes
puncta poſſediſſe antea oſtendimus, literaſque
אוי اوي aequè veras conſonantes ac ulla litera
in toto alphabeto patet; quum hae literae in
Alcorano, caeteriſque punctatis codicibus Ara-
bicis, varia puncta vocalia ſibi adjuncta habeant:
Ita ut Eliph non tantum cum Phatâ *a*, ſed etiam
cum Keſrâ *i*, et Dhammâ *u*, inſigniatur; et ſic
ſit in Waw et Je, quae etiam varias vocales ſibi
adjectas poſſideant; unde illas literas neutiquam
eſſe vocales, ſed conſonas, in illâ linguâ, planè
conſtat. Si vero hae literae اوي ad Alcoranum,
alioſque libros Arabicos expeditè et promptè
legendos, quum lingua Arabica viva et vernacula
eſſet, non ſuffecerint; multo minus, ſi lingua
illa mortua eſſet, ſuffeciſſent. Hinc literas אוי
nequaquam ad legendos Moſen et Prophetas,
lingua Hebraea viva et vernacula, multo minus
quum illa per mille annos et ultra ſit demortua,
ſuffeciſſe planè patet.

Doctiſſimus

Doctiſſimus Humphrid. Prideaux, plurima vocabula eſſe, ubi nulla ex hiſce literis אהוי adſit, et vix ullum in quo quaedam ſyllabae iis non omnino careant, tam in Bibliis quam in libris Rabbinicis agnoſcit: Et quommodo hae literae idonea et univerſalia ſubſidia ad legendam linguam Hebraeam eſſe poſſint? (*o*).

Hinc videmus clariſſimum Capellum fruſtra ad Arabes provocâſſe, quos etiam puncta vocalia in aliis libris uſurpâſſe praeter Alcoranum jam oſtendimus; literaſque אוי اوي ſuâ naturâ eſſe conſonantes: Omnes enim hae literae va-

† E riis

(*o*) "It is acknowledged on all hands, (ait Prideaux) that the "reading of the Hebrew language could never have been learned, "after it ceaſed to be vulgarly ſpoken, without the help of vowel "points; but they who will not allow the vowel points to have "been ſo ancient, tell us that the letters Aleph, He, Waw, Yod, "which they call *matres lectionis*, then ſerved for vowels: But "there are a great number of words in the Hebrew way of wri-"ting, both in the Bible, and in all other books of that language, "in which none of theſe letters are to be found, and ſcarce any "in which ſome of the ſyllables are not without them; and how "then can theſe ſupply the place of vowels, and every where help "the reading inſtead of them, ſince every where they are not to "be found? Beſides, there are none of theſe letters which have "not, according as they are placed in different words, the diffe-"rent ſounds of every one of the vowels ſome time or other an-"nexed to them; and how then can they determine the pronun-"ciation of any one of them? As for example, the letter Aleph "hath not always the pronunciation of the vowel *a*, but ſome-"times of *e*, ſometimes of *i*, ſometimes of *o*, and ſometimes of *u*, "according as it is found in different words; and the ſame is to "be ſaid of all the reſt. And farther, all the other oriental "languages have in their alphabets theſe ſame letters, which "they call *matres lectionis*, as well as the Hebrew; as for example, "the Syriac, the Arabic, the Turkiſh, the Perſian, the Malayan, "*&c.* and yet have the vowels too to help their reading; *neither* "*can we find, that they were ever without them*, though ſuch as are "well verſed in any of theſe languages, read them readily with-"out them; and all the books, epiſtles, orders, and public in-"ſtruments, that are in them, are generally ſo written, *&c.*" Vid. *Prideaux's Connect. of the O. & N. Teſt. Vol. I. p.* 354, 5.

riis punctis, Phatâ, Keſrâ, Dhammâ, vocales *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, deſignantibus, inſigniuntur, quod nullo modo fieri potuit, ſi revera eſſent vocales in linguâ Arabicâ. Si vero hae literae אהוי eſſent reverâ vocales, vel talia ſubſidia in linguâ Arabicâ et Hebraeâ, qualia quidem viri docti eas eſſe contendunt, ſine dubio debent eſſe ubique univerſalia, quod nullus vir doctus de hiſce literis affirmare, ſaltem probare poſſit, et quod ipſe Capellus dicere non auſus eſt; nam hae literae quandam tantùm linguae partem attingunt. Subſidia enim quae jure matres lectionis appellari merentur, in omnibus quibuſcunque vocibus univerſalia eſſe debent; nondum vero ea, quae quandam portiunculam linguae attingunt. Negatur enim, judice Schultenſio, illas literas אוי اوي ſubſidia vel ad decimam, immo ne quidem ad centeſimam partem linguae legendam: Infinitae enim ſunt formae verborum, nominum, et particularum, in quibus nil loci hiſce relictum; hae enim matres lectionis, ubi omnino neceſſariae fuiſſent ad ea loca clarè intelligenda, quae aliter nunquam perſpicuè intelligi potuiſſent, vel ſaltem maximae ambiguitati obnoxia eſſent, niſi puncta vocalia adfuiſſent, prorſus omiſſae ſunt (*p*).

Clariſſ.

(*p*) Clar. Capellus quaerenti, quo pacto olim ante addita puncta legi potuerunt Hebraica non punctata? reſpondet, "factum "id fuiſſe ope et ſubſidio literarum אוי, quae vice et loco vocalium erant.—Ac ne cuipiam mirum id videatur, quod vel ſic magna adhuc reſtaret in legendo ambiguitas, atque inde haeſitatio, "cogitare eum oportet, ne quidem hodie aliter legi omnia Judaeorum ſcriptae, quae ſolis conſonarum figuris exarata ſunt omnia, "ſi forte pauciſſima quaedam excipias, et fere ſola ευχολογια, quae "cum imperitae plebeculae, et linguae Hebraicae prorſus ignarae, "in uſum ſunt edita, neceſſe eſt ea vocalium notulis eſſe diſtincta." Vid. *Capell. Arcan. Punctat. Revelat. p.* 157.

Negatur

Clariſſ. Capellus, ab uſu Rabbinorum argumentatur, quorum ſcripta, non punctata, ope trium literarum אוי expeditè et promptè hiſce verbis legi contendit: "Ne quidem hodie ali-"ter legi omnia Judaeorum ſcripta, quae ſolis "conſonarum figuris exarata ſunt omnia, ſi "forte pauciſſima quaedam excipias, et fere ſo-"la 'ωχολογια, quae in infimae plebeculae, et lin-"guae Hebraeae prorſus ignarae uſum ſunt "edita, neceſſe eſt ea vocalium notulis eſſe diſ-"tincta (*q*)." Vid. *Capell. ubi ſupra.*

Verum

Negatur vero a viris linguarum orientalium peritiſſimis, literas, אהוי, etiam uſu vivo linguae accedente ubique ſatis tutam, certam, lectionem et intellectionem ſacri codicis praeſtare valuiſſe. Hae enim literae non omnino legendae et intelligendae linguae Arabicae ſufficiunt ad tutam certam lectionem et intelligentiam Alcorani, aliorumque librorum Arabicorum, etiamſi hodie viva et vernacula ſit, multo minus id officii haſce *matres lectionis* linguae Hebraeae, quae ſine dubio nunc mortua, nullique Judaeo vernacula ſit, praeſtare poſſint. Prudens porro lector hic obſervet Clar. Capellum plane agnoſcere, etiam ope et ſubſidio harum literarum אוי magnam adhuc permanſuram ambiguitatem, atque inde haeſitationem: Unde planè eas nequaquam tuta et idonea ſubſidia ad linguam Hebraeam ſine punctis legendam et intelligendam fuiſſe conſtat.

(*q*) Clar. Buxtorfium D.Capelli argumentum a matribus lectionis deductum non retudiſſe, ſed potius eluſiſſe, ſupra obſervavimus: Buxtorfius enim ipſe matres lectionis in bibliis quodammodo agnoſcens, in Rabbinorum ſcriptis haſce tres literas אוי inſertas eſſe ad vocalium vicem ſupplendas; in biblicis vero non ita, ſed eas frequentiſſimè omitti, etiam iis in locis, ubi minimè omnium omitti debuiſſent. Sed literas אוי ubique non ſuppleri in ſcriptis Rabbinicis ab ipſo Capello agnoſcitur: "Conſulantur enim (ait "ille) Commentarii Rabbinorum, et Kimhii, Jarhii, Aben Ezrae, "&c. invenietur interdum duntaxat et ſatis raro literas illas, imo "rariſſime adhiberi Aleph; Waw et Jod tantum adhibentur in "locis dubiis, in quibus literae illae ſunt conſonae, et geminari ſolent ad denotandum eorum motum, &c." Vid. *Arcan. Punct.* *p.* 280.——Cl. Capellus etiam fatetur literas אוי eodem modo rariſſime occurrere in bibliis pro matribus lectionis: Sed negatur jure a Cl. Schultenſio tres literas אוי eſſe omnino vocales vel matres lectionis in bibliis ſacris; etiamſi Buxtorfius aliquando hoc agnoſcere

Verum quidem eſt, pleraque ſcripta Rabbinorum ſine punctis exarata eſſe, et plerumque facile a linguae Hebraeae peritis legi poſſe; praeſertim ab iis qui ſacra Biblia cum punctis vocalibus ſaepius legerunt: Sed ratio eſt perſpicua, quia hi Rabbini diu poſt Moſen ad evitandum puncta vocalia, unicuique voci appingendi laborem, non ſemper, ſed in vocibus difficilioribus, literas א loco ָ *a* et *o*, ִ י *i* et *e*, ו ֹ *o* et *u*, appoſuerunt, ut D. Hagius aliique docent. Rabbini

noſcere videatur; quamvis alias ea nec idonea nedum univerſalia ſubſidia ad legendos vel libros biblicos, vel etiam Rabbinicos, ubique contendit.

Fatetur quidem Buxtorfius, Rabbinica non punctata facilius legi quam librum Biblicum ſine punctis; quia ſaepe in libris Rabbinicis hae literae אוי loco vocalium ſubſtituantur. "Hinc (ait Buxtorf.) ut "dicere auſim me hujus rei cauſa promptius et certius lecturum aliquem Rabbinicum nunquam mihi antea viſum, quam librum biblicum non punctatum mihi notum, et ſaepius antea lectum et relectum." Addit alias rationes: "Stilus (ait ille) eſt diverſus: "Rabbini uti ſolent ſtylo plano et pleno, neque tot hiatibus aut "ellipſibus inciſo, &c. Stylus vero biblicus, ſi hiſtoricos quoſdam libros excipias, eſt nervoſus, conciſus, abbreviatus, ellipſibus, trajectionibus, et aliis figuris conſtans, in libris maximè "propheticis," *&c.* Vid. *Buxtorf. de Punct. Antiquit. p.* 370.

Sed non tantum in ſalebroſo illo loco Zoharis, ſed etiam in Maimonide auctore multo faciliore, Capellum erraſſe notat Buxtorfius: "Teſtis eſt ipſe revelator (addit Buxtorfius, nempe de "neceſſitate punctorum) linguae Hebraeae per multos annos proſeſſor, quo neminem unquam vidi rationem legendi ſine punctis "magis elevantem; et tamen nuper duas tertias capitis unius ex "Maimonide, et quidem longe facillimi, vertiſſet, aliquoties, et "quidem in tertia ſtatim voce, impegit, falſa illi puncta applicans et apponens. Quid igitur fieret, ſi integer ille liber vertendus foret, ſtylum habens durum et ſcabrum, ſi propheticus "aliquis liber quem punctatum nunquam vidiſſet? Annon Doctiſſimi fuerunt Hebraei LXX Graeci? Sane id ipſe revelator fateri cogetur; et tamen ipſi punctorum novatores docent et fatentur, ex abſentia punctorum, ſaepe illos aliter legiſſe, quam "legendum erat: aut, an illos ubique excuſabit, et textum Hebraeum accuſabit, ubi diſcrepantia reperitur? Si illo jam tempore, hoc eſt, vix centum poſt captivitatem Babylonicam annis, "et inter tantos viros, errores inciderunt, quid futurum fuiſſet "aliquot poſt ipſos ſeculis, et iis, qui nullâ ratione cum ipſi linguae

ni itaque haſce literas אהוי abſentes vocales indicantes, quarum abſentia aliàs lectionem in multis maxime dubiam redderet, ſaepe quidem adſcripſerunt. At in Bibliis Hebraicis res non ita ſe habet, quod plane neceſſitatem punctorum vocalium, non tantum imperitae plebeculae, ſed etiam doctorum causâ indicat, qui aliàs Moſen et prophetas legere nedum intelligere ubique potuiſſent,

" quae Hebraeae notitia comparandi fuerunt? Vel hinc ergo lec-
" tor cordatus, omni affectu depoſito, judicet, an poſſibile fuiſſet
" uſque ad tempora Maſorethanum conſervare et propagare ge-
" nuinam lectionem." Vid. *Buxtorf. ubi ſupra, p.* 371, 427, 428.

Etiamſi vero Rabbini in plurimis locis literis אהוי vice punctorum vocalium uſi ſint, attamen ſaepiſſime a viris doctiſſ. Scaligero, Schickardo, Kirchero, Vorſtio, aliiſque erratum eſt. Quot errores cum in Capello tum Morino Buxtorfius oſtendit. Morinus ipſe in epiſtola ad Buxtorfium, Antiquit. Oriental. edit. Lipſienſis, 1682, curatae, *p.* 514. prioris ordinis, bis enim ea numerantur, confitetur: Nunc annus completus ſeptimus, quum Hebraice nihil legi, *&c.* Quapropter aberráſſe ſaepius potiſſimum in Exercit. meis Samaritanis non dubito; magnam enim earum partem currente prelo edidi. (Attamen multi viri docti hoc opus ut maxima fide dignum citant). Auctor vitae Morini ingenuus, et ejus gloria favens, non diſſimulat, *p.* 108. averſo a Grammaticorum praeceptis animo Morinum fuiſſe, ita ut Judaeorum libros, qui ſine punctis exarantur, nunquam legere ſciverit. Simeon de Muis in aſſertione III. veritatis Hebr. *p.* 337. b. tam parum Morino in his literis fidendum demonſtrat, ut nec וי ו converſivi naturam cognitam habuerit; in Buxtorfii vero praeſertim ſcriptis creberrimi ejus naevi, iique non excuſabiles indicantur. Non praetermittendum denique eſt Richardi Simonii admiratoris Moriniani teſtimonium, quod Hiſt. Crit. V. Teſt. *Lib.* I. *p.* 108. tulit: Morinus MSS. forte ſemel et iterum, et quidem negligentiſſimè contulit. Notatu etiam digniſſima, quae in vitâ Morini, *p.* 98. leguntur, illum non ſemel ſuſcepti conſilii de edendis exercit. Biblicis poenituiſſe, quod dum illos aggreſſus fuit, rem criticam non ſatis calleret. Vid. *Loeſcher. de Cauſ. Ling. Heb. p.* 176,7.

Audiamus Doctiſſ. Gill, in Rabbinicis maxime verſatum, de hâc re diſſerentem: "Yet notwithſtanding (ait ille) all the advan-
" tages on the ſide of Rabbinical writings, how many miſtakes
" have been made by learned men, as by Scaliger, Kircher, Vor-
" ſtius, and others? What blunders in tranſlation has Buxtorf
" expoſed in Morinus and Capellus? And even theſe great ma-
" ſters in Rabbinical literature, as the Buxtorfs themſelves, Sel-
" den, Lightfoot, *&c.* are not without their errors." Vid. *Gill's Diſſertation concerning the antiquity of the Hebr. Language, p.* 275.

tuiſſent, niſi ea vocalium notulis diſtincta fuiſſent. Denique has literas אוי non ubique eſſe tuta ſubſidia doctiſſimis, etiam ipſos libros Rabbinicos ad promptè et expeditè legendos et intelligendos, conſtat. " Infinita (ait Schultenſius) ſunt " in Arabicis, Syriacis, Chaldaicis, Talmudi- " cis, percopae ſententiae, ſenſus, qui ſi puncta " abſint, a nemine mortalium, ne peritiſſimo " quidem harum linguarum, intelligi et ritè ex- " plicari poſſint." Vid. *Schult. Praef. ad Gram. Hebr.*

Clariſſ. ipſe Capellus exemplum de veritate hujus aſſertionis dabit: Exemplo enim producto a Buxorfio, ubi Capellus ceſpitaverat, reſponſum de ſuae hypotheſeos infirmitate ſane manifeſtum retulit. " Nunquam ego (ait Capellus) " cum quoquam contendi, nedum cum cenſo- " re, ſummi in hoc genere artificis filio, con- " tendere vellem de peritià legendi Rabbinica " et Hebraica non punctata, qui nullum habui " in eà re praeceptorem et inſtitutorem, qui me " vel prima illius principia atque rudimenta " doceret, quique vel ad momentum manu- " duceret, et legendo praeiret, atque exerce- " ret; homo in eà arte plane αυτοδιδακτος. Mi- " rumne cuipiam videbitur, ſi in obſcuriſſimo " et ſalebroſiſſimo iſto Zoharis loco, tum ob res " ipſas quas tractat, *&c.* alicubi in legendo et " punctando atque interpretando impegi at- " que hallucinatus ſum." Vid. *Capell. Vind. Arcan. Punctat. p.* 972.

Hic eruditiſſ. Capellus manifeſti erroris in lectione et verſione variorum locorum in non punctatis Hebraicis a Buxtorfio convictus, (Vid. *Buxtorf.*

Buxtorf. de Origin. Punctat. p. 427.) inſcitiam et imperitiam ſuam, tam in legendo quam in vertendo, excuſat, dicendo ſe nullum praeceptorem habuiſſe, qui ſe haec doceret quaſi vero, juxta ſua principia, (obſervante Cl. Loeſchero), praeter Grammatices et lexici ſufficientem et idoneam peritiam, alia iſtius rei fundamenta darentur. Annon vir Doctiſſ. porro אהוי matres illas *lectionis* decantatas habuit, quibus cordatus ſuus lector haec omnia promptè, facilè, ſaltem divinando et conjiciendo, tum maximè ex antecedentium et conſequentium attentâ conſideratione totâque ſerie et ſtructurâ, legere et intelligere poſſet ?

Clariſſ. Capellum, in arcano punctationis, opere quidem eruditiſſimo, ſed a ſemet non parum in multis ſui partibus diſcrepante, et ubique paralogiſmis implicito, ex confuſaneâ illâ maſſâ quaeſtionum oriundis, quas cum alterâ illâ, de vocalium auctoritate, coaluiſſe, ac quaſi concreviſſe, parum ſibi conſtare, aequo lectori conſtabit, uti obſervat Cl. Schultenſius (*r*).

In

(*r*) " Relegi denuo (ait Cl. Schultenſius) hiſce diebus et expendi, quae ab acri diſputatore, undique collecta ad antiquitatem punctorum deſtruendam; et deprehendi, non aliunde vel robur, vel ſpeciem majorem ejus argumentis additam, quam quod quaeſtionem, prout erat, conturbatam reliquerit, atque ita nuda fermè, atque infirma ejus latera ferierit. Hoc ſi a Clar. Buxtorfio animadverſum, atque in clara huc collocatum fuiſſet, vincere potuiſſet, qui nunc a pleriſque victus cenſetur; certe victor pronuntiari nequit, ne ab iis quidem qui cauſae et nomini ejus favent. Vid. *Schultenſ. inſtit. ad fund. ling. Hebr. p.* 60.—Ab eo tempore problematis loco res a multis haberi cœpta; Aliis adhuc rigorem Buxtorfianum intendentibus; aliis ſyſtema Capellianum ulterius relaxantibus; ut niſi ſtatus controverſiae aliter figatur, et a miſcelâ iſtâ liberetur, defenſio nunquam ſopiri, nedum terminari, poſſe videatur.

Cl. Capellum, literas אוי non eſſe univerſalia ſubſidia ad linguam Hebraeam legendam facilè et expeditè patet ex ſequentibus: " Agnoſcimus

In arcano punctationis revelato affirmat, literas אוי non ſolitas eſſe forte tam frequenter omitti in vulgari et communi ſcribendi ratione, quam hodie in ſacro textu Hebraico, ſunt omiſſae: Vid. *Arcan. Punctat. cap. xix. p.* 181. Idem vir doctus vero poſtea in Vindiciis haec habet: "At vero tantum abeſt, ut eam dicam o-
" miſſionem literarum אוי non ſolitas eſſe forte
" tam frequenter omitti in textu Hebraeo, ut
" putem novam; ut contra potius exiſtimem
" eam vel maxime antiquam, atque tum vel
" maxime uſurpatam a Moſe et prophetis, quae
" ex linguae Hebraicae, Judaeis vernaculae,
" peritiâ, facile poſſet literarum ille defectus et
" abſentia a cordato lectore ſuppleri." Vid. *Vindic. Arcan. Punctat. p.* 932.

Judicet vero candidus lector, ſi Cl. Capellus ſibi ipſi conſtet; plane enim a ſeipſo diſcrepat, quum in arcano ſuo affirmaverat, non ſolitas eſſe forte tam frequenter haſce literas אוי omitti in vulgari ſcribendi ratione quam hodie in ſacro textu Hebraico. In Vindiciis vero hanc rationem ſcribendi maxime antiquam, atque a Moſe et Prophetis uſurpatam fuiſſe, contendit. Clar. vir haec temere et audacter, ſine ulla auctoritate, pronunciat: Hae enim nunquam a Moſe vel

" Agnoſcimus (ait Capellus) enim uterque, nempe ipſe et Elias,
" ſemper fuiſſe vocalium notas literas, nempe אוי, quibus multis
" in locis, etſi non omnibus, vocales deſignantur, earumque ſub-
" ſidio et praeſentia lector multum juvatur." *Vid. Capell. Praef. ad Vind. Arcan. punct. p.* 801.—" Nullas autem certas vocales
" (ait idem Capellus) notant, niſi quum quieſcunt; nàm quum
" moventur, omnes poſſunt admittere vocales, eademque eſt ea-
" rum ratio quae aliarum radicalium." Vid. *Capell. ubi ſupra p.* 171. Hic Capellus, literas אוי aliquando conſonantes, aliquando vero vocales eſſe, clarè agnoſcit.

vel Prophetis omittuntur, ubi ex indole linguae adeſſe debeant, ut clarè ex indole cum linguae Arabicae tum Hebraicae patet.

Plurima vocabula, ubi nulla ex hiſce literis אהוי occurant, in ſubſidium lectionis linguae Hebraicae exſtant: Aliae vero ſunt voces, ubi ſub iiſdem literis, ſecundum vocales ſibi annexas, ſignificatio diverſa eſt; et ubi vocales neceſſariae non tantùm ad veram ſignificationem indicandam, ſed etiam ad diſtinguendum inter nomina et verba, adeſſe debeant; *e, g,* Tres literae דבר decem diverſis modis pro ratione additarum vocalium pronunciari et explicari poſſunt.——1. דָּבָר *verbum*:——2. دبر דֶּבֶר *peſtis*, propriè *nexa ſeries, pernicies alicui ſtructa*:——3. دبر דָּבַר *nexuit, ſtruxit verba, locutus eſt*:——4. دابر דֹּבֵר *loquens*:——5. דָּבֻר *dictum*:——6. דְּבֹר *loqui*:

7. دبر דִּבֶּר *diligenter locutus eſt*:—8. דַּבֵּר imp. *diligenter loquere*:—9. دبر דְּבֹרָה *apes*, ſive *examen apium*:

10. דֹּבֶר prop. *ductus, actuſque gregum quaſi in ſerie* (s).

Occurrunt etiam quatuor literæ, לבנה, iis in locis ubi ex contextu certè nihil diſtingui poſſit.

† F Unde

(s) Hinc clariſſimum Hutchinſonium planè erráſſe videmus, cum contendit, vocem דָּבַר ſemper reddendam eſſe *loqui, revelare, to ſpeak, to reveal*: Vocabulum vero דָּבַר plane convenire cum Arab. دبر, quod propriè notat *ſtruxit, nexuit*; hinc *ſtruxit verba, dolos, perniciem*, uti in CLAVI noſtra, num. 1738, oſtendimus; uſumque vocis דֶּבֶר *peſtis*, cum metaphoricâ verbi ſignificatione, 2 *Chron.* xxii. 10. ubi quidam viri docti, ignari vocis ſignificationis verae, דָּבַר textum ſine auctoritate MSS. emendare temere auſi ſunt, plane convenire.——" In דבר, (ait Hutchinſonius) which Je-"rome ſays ſounded *dabar*, was a *word*, *deber*, *death*. Where " 'tis a verb, 'tis always *to ſpeak, to reveal a ſecret*." Vid. *Hutchinſon's Works, vol.* VII, *p.* 393.

Unde igitur ſcimus legendum eſſe לִבְנֶה *populus arbor*, non לְבָנָה *luna*, aut לְבֵנָה لَبِنَةٌ et لَبِنَة *later*, aut לְבֹנָה لُبَانٌ *thus ?* Unde igitur interpretes haſce varias ſignificationes diſtinxerunt ? Ex punctis vocalibus praeſentibus. Cur etiam in *Iſa*. lxiv. 11. omnes legunt לוּא *utinam*, non vero לוֹא *non ?* quod contrarium ſenſum effeciſſet (*t*).

Clar. Capellus, ſola et attenta grammaticarum regularum, ac antecedentium conſequentium-que

(*t*) Videmus LXX Interpretes miſerè vertiſſe לבנה, contra verum ſenſum prophetae *Iſaide, cap*. xxiv. *v*. 23. וְחָפְרָה הַלְּבָנָה וּבוֹשָׁה הַחַמָּה *et pudebit lunam, et erubeſcet ſol meridianus :* Anglicè, "And the moon ſhall be confounded, and the ſun aſhamed, "when the Lord of hoſts ſhall reign."——LXX vero verterunt, "Και τακησεται ἡ πλινθος, και πεσειται το τειχος, &c." Anglicè, "And the brick ſhall waſte, and the wall ſhall fall, when the "Lord of hoſts ſhall reign." Vox enim לבנה variè punctata, *lunam* etiamque *laterem* notat: Sic חַמָּה ſignificat *Sol, calor ;* at vero חֹמָה *murus*. Hic planè videmus LXX Interpretes verum ſenſum vatis, non tantum obſcuraſſe, ſed etiam corrupiſſe, quum inſtaurationes omnimodae felicitatis, tam magnificis coloribus Iſaias depingit, quos nulla interpretatio exprimere, ſed nec ulla omnino obſcurare poteſt, judice clariſſimo Louth. Vid. *Praelectiones de ſacr. poeſ. Hebr. p*. 53,-4.

Doctiſſimus Vitringa LXX Interpretes fere ubique orationem prophetae adeo deformaſſe affirmat, ut Jeſaiam in Jeſaiâ haud recognoſcas : De utilitate et neceſſitate punctorum, ſaltem poſt Ezrae "tempora, ait, Interpres Graecus Alexandrinus, qui ſub nomine "et numero Εϐδομηκοντα prodiit; qui inexpertus lectionis Hiero-"ſolymitanae, verſione ſuâ infelice et indoctâ, obſcurioribus lo-"cis orationem prophetae ita deformavit, ut Jeſaiam in Jeſaiâ "haud recognoſcas." Vid. *Vitring. Praefat. in Jeſaiam, vol*. I. "*p*. 4.——Hinc aequus lector, de periculo textum Hebraeum "temerè emendandi ex antiquis verſionibus ſine auctoritate MSS. "plurium etiamque melioris notae, facilè judicet."

Ex hiſce exemplis, quam neceſſaria ſint puncta vocalia ad textum Hebraeum, cum legendum tum intelligendum, videamus. Haec non poſſe facilè diſtingui ex orationis ſerie et contextu, cum ex linguâ Hebræâ ipsâ, tum ex Arabicâ, patet ; ubi puncta vocalia propriè ſenſum vocis determinent. Si cuilibet mobili ingenio parumque ſubacto ſacrum textum pro libitu licentia emendandi explicandique detur, quid non fingant audeantque ?

Videtur,

que conſideratione, haec dubia omnia tolli poſ-ſe, affirmat: Verùm, non tantum ex linguâ Hebraeâ, ſed etiam ex linguâ Arabicâ, virum doctum planè erràſſe, conſtat. Talia enim vocabula, varias ſignificationes habentia, diverſis punctis vocalibus apud Arabes diſtinguuntur; quod quidem aequus lector, ex quibuſdam exemplìs ſupra allatis, videre poſſit. Praeterea, omnia verba Arabica ſub formâ paſſivâ ab activâ, tantùm per puncta appoſita diſcriminantur; uti patebit illis qui grammaticae Arabicae rudimenta vel minime callent. *viz.* نُصِرَ *adjutus fuit*, per Damma ſuper primam, et Keſram ſub ſecundâ ab نَصَرَ *adjuvit*, diſtinguitur. Eodem modo ſe habet res in caeteris hujus linguae praeteritis et futuris. Idem etiam obtinere fere in linguâ Hebraeâ omnibus Hebraicè ſcientibus patet.

" Quis vero, ullâ veri ſpecie, (ait Doctiſſ. Ow-
" enus) in textu unquam multiplicatas fuiſſe li-
" teras vocales, uti volunt, atque ad ſoni vo-
" cum normam ubivis ſcriptas, ut, *e. g.* דָּבָר *ver-*
" *bum*, ſcriptum fuiſſe primitus דאבאר et דהבהר,
" pro דֶּבֶר *peſtis*. Dicant, quinam fuere illi qui
" auſi ſunt tot literarum millia a Deo ipſo et pro-
" phetis

Videamus quomodo res ſe haberent in linguâ Latinâ, ſi claſſici auctores ſolis cum conſonantibus, omiſſis vocalibus, ſcripſiſſent: In linguâ enim Latinâ hae tres literae, *c*, *r*, *s*, pro vocalium diverſitate legi poſſunt:—*Carus*, *caros*, *caras*, acc. *caris*, dat. plur. ejuſdem nominis; *caros*, nomen herbæ, etiamque *ſomnus profundus*; *Cares*, populi; *cares*, a careo; *ceras*, acc. *ceris*, dat. pl. a cera; *Ceres*; *ciris*, *alauda*, ſpecies avis; *coros*, acc. *coris* dat. pl. a *corus*, *ventus* vel *menſura*; *cras*; *crus*; *curas*, *curis*, a cura; *curas*, *cures*, a curo; *Cures*, populi; *curis*, *haſta*; et *Cyrus*, nomen proprium. Ex his quaedam ſunt diverſae ſignificationis; aliae vero caſibus aut genere haud diſcriminantur. Si ſic lingua Latina ſcripta fuiſſet, quanta ambiguitas in claſſicis Latinis regnaret?

" phetis in ſacris ſcripturis exarata evellere et " abjicere ; vel quando id factum ſuſpicemur, " Uti Judaeis hoc facinus adſcriberemus, non " patitur illorum religio aut ſuperſtitio. Eo- " rundem hominum non eſt quoties utraquae- " que litera in totis Bibliis uſurpatur ſanctè in " numerato habere, et tot millia ſponte abjice- " re (*u*)." Vid. *Owen Theol. p.* 395. 4*to*, *Ox.* 1661.

Doctiſſ. ille vir, in libro Gallico de literaturâ orientali, cui titulus *Encyclopedie des ſciences*, haſce quatuor literas אהוי nequaquam eſſe poſſe vocales in linguâ Hebraeâ jure oſtendit, uti lector in notis videre poſſit (*v*).

Denique

(*u*) Clariſſimus Capellus, exempla nonnulla, immo pauciſſima, in ſacro codice etiamnum hodie adhuc extare, in quibus Aleph non videtur additum, niſi ad deſignandam vocalem A, dicit. Inter alia hujus rei exemplum adfert יִמָּאֵס *Job* vii. 5. et *Pſ.* lviii. 8. quod Capellus aliique volunt eſſe pro יִמַּס fut. Niph. A מָסַס. Sed nihil alienius a veritate ; nam יִמָּאֵס *diſſabeſcet* eſt fut. Niph. A מָאַס, Arab. ماعس, prop. *ulceribus hiavit, fluxit ; contabuit ulceratus :* Hinc, 2. *adſpernatus eſt, faſtidivit ;* et hinc נִמְאַס in Niph. *ſuâmet ulceratione corruptus fuit.*——Hinc planè Capellum erraſſe patet, quia vera radix eſt מָאַס, uti patet ex linguâ Arabicâ, et Aleph nequaquam additam eſſe ad vocalem *a* deſignandam. Doct. Clericus temerè etiam, vel a manu librarii errante, vel a matribus lectionis eſſe profecta cenſet ; Si Capellus, Clericus, et Houbigantius, linguam Arabicam conſuluiſſent et calluiſſent, nunquam prurigini ſuae textûs ſacri emendandi, contra auctoritatem linguae Arabicae, vi et acumine critici ſui ingenii ſolummodo nixi, indulſiſſent. Vid. *Schultenſ. in Job.* vi. 5. *p.* 199.——Tali enim modo critici ſacrum textum, ubi maximè ſincerus eſt, corrumpunt, veſtigiaque propriae ignorantiae, talibus emendationibus, poſteris tranſmittunt.

(*v*) " Quoique les Hebreux ayent, dans leur alphabet, ces quatre lettres, Aleph, He, Vaw, Jod, c'eſt-a-dire, *a*, *e*, *u*, ou, *o*, et *i*, " qui nous nommons voyelles, elles ne ſont regardées dans l'Hebreu, que comme de conſonnes muettes, parcequ' elles ne reçoivent leur valeur, que de differens points, qui ſe poſent deſſus " ou deſſous, et devant ou d'apres elles : Par example, *a* vaut *o*, *a*

" vaut

Denique negatur a viris linguarum orientalium peritiſſimis, ullum cui lingua Hebraica fuit vernacula, multo minus eum qui cognitionem illarum linguarum ſibi inſtitutione ſcholaſticâ et praeceptis grammaticis comparaverit, utcunque prudens et cordatus ſit, etiamſi antecedentia et conſequentia, ſive orationis ſeriem, ſcriptoris ſcopum, et ſtructuram totam attentiùs conſideret, literarum אהוי ſubſidio Hebraica vel Arabica non punctata ubique legere atque intelligere, vel certo divinare atque conjicere facile poſſe.

Verum quidem eſt Hebraicam ejuſque dialectos ita conſtitutas eſſe, ut in bene multis, facilè ſine vocalibus adjectis, praeſertim in hiſtoricis et rebus familiaribus communibuſque, tam legi quam intelligi poſſent. Hinc quidem viri docti, qui, quum ſimplicem et hiſtoricum ſtilum ſine punctis intelligere queant, de ſublimiore et ſententioſo citra experientiam idem audacter praeſumpſere. Veriſimillimum videtur, eos talia jactâſſe, quibus nondum comparata fuit copia, multa

" vaut *i*, *a* vaut *e*, *á* vaut *o*, *&c*. Plus ordinairement ces points et " pluſieurs autres petits ſigns conventionels ſe poſent ſus les vraies " conſonnes, valent ſeuls autant que nos cinques voyelles, et tiennent preſque toujours lieu de l'Aleph, du He, du Vau, et du Jod, " qui ſont plus ſouvent employées dans les livres ſacres. Pour ècrire lacac, *lecher*, on ecrit *lcc*, pour pàradis *Jardin* prds : Pour " Marar ètre *amer*, mrr ; poiur Pharag, *briſer*, phrg ; pour Garah, " *battailler*, grh, &c. Tel eſt l'artifice par lequelle les Hebreux ſupplient au defaut des lettres fixes, que les autres nations ſont donnes pour deſigner lès voyelles ; et il faut avouer plus que leur " ſignes ſont plus riches et plus fecondes que nos cinque caracteres, " en ce qu'ils indiquent avec beaucoup plus de varieté les longues " et les breves, et mème les differents modifications des ſons que " nous ſommes obligès indiquer par des accents, a l'imitation de " Grecs, qui en avoient encore un bien plus grand nombre que " nous n'en avons pas aſſez." Vid. *Encyclop. des ſciences, tom.* viii. *p.* 78. *a Neufchat.* 1765.

multa MSS. perlegendi et vertendi. Hi enim eruditiſſimi viri qui in MSS. perlegendis, exſcribendis, vertendis, et enucleandis, maximè ſudârunt, ſe neque legere, nedum vertere linguas orientis ubique harum literarum אחוי ſubſidio, profiteri haud verentur. Audiatur erudtiſſ. Schultenſius de hâc re diſſerens: "Id tamen "ego (ait ille) poſt triginta quinque, immo poſt "quadraginta ſeptem annos, (obiit enim hic "vir magnus anno 1750, annoque 1737 *In-* "*ſtitutiones Gram. Hebr.* edidit), partim diſcen- "do, partim docendo, hâc in palaeſtrâ tran- "ſactos, nego et pernego, haſce noſtras lin- "guas nuſpiam adjectione et ſubſcriptione "punctorum vocalium indigere; infinitae ſunt "in Arabicis, Syriacis, Chaldaicis, Talmudi- "cis percopae, ſententiae, ſenſus, qui, ſi punc- "ta abſint, a nemine mortalium, ne peritiſſi- "mo quidem harum linguarum, intelligi et "ritè explicari poſſint. Miratus ſemper fui "confidentiam virorum quorundam doctiſſi- "morum, nimis liberaliter et magnificè hic "loquentium; quamvis etiam ſaepe imperiti- "am et jejunitatem aliorum riſerim, qui ne "unam quidem periodum ſine punctis legi poſ- "ſe dictitant, *&c.*" Vid. *Schultenſ. Praefat. ad Inſtit. ling. Hebr.* 4*to*, *Lugdun. Batav.* 1737.

2. Antiquitas punctorum vocalium ex eo patet, quod vix fieri potuit ut ſacer textus ubique, praeſertim in libris propheticis et poeticis, abſque figuris vocalium legi et intelligi perſpicuè potuiſſet.

Jam

Jam illas matres lectionis vitiosè ſic dictas, utcunque a viris doctis decantatas, nequaquam ſubſidia idonea et univerſalia fuiſſe, nedum ad decimam partem linguae Hebraicae legendam et intelligendam, etiam eo tempore quo lingua vernacula fuerat, multo minus quum per plures annos intermortua fuiſſet, ſuffeciſſe oſtendimus. Quis enim credere poſſit, Moſen, in omni doctrinâ Ægyptiorum eruditum, egregium illum legiſlatorem, puncta vocalia, tam neceſſaria ad leges ſuas tam lectu quam intellectu perſpicuas facileſque reddendas, ea omiſſurum fuiſſe, quum planè periculum errandi in conſonantibus ſolis legendis facilè praevideret: Hicce enim legiſlator providus, ad pericula proſpicienda ſagaciſſimus, procul dubio ſummâ cum cautelâ curaret, ut exemplaria legis, ſecum a Deo communicatae, ſimul cum punctis vocalibus conſcriberentur, quorum ſubſidio verus hujus ſenſus etiam infimae plebi conſtaret; cujuſque ſtudium, uſum, et exercitationem, ſummâ cum curâ et diligentiâ omnibus Iſraelitis cujuſcunque gradûs et dignitatis commendaverat et inculcaverat (*w*). Vid. *Deuteron. cap.* VI. et VII.

Eruditus ille auctor, qui de literis orientis in libro jam a nobis memorato ſcripſit, planè neceſſitatem punctorum vocalium in textu Hebræo, ex naturâ et indole ipſius linguae, ab ipſo artis ſcribendi primordio, non tantum plebis, ſed etiam ſacerdotum

(*w*) Lectio ſacrae ſcripturae, privata Iſraelitis, tanquam maximè neceſſaria, fuit commendata; immo, ex lege Rabbinorum, quilibet vulgi Iſraelitarum, artem ſcribendi edoctus, exemplar legis ſibi exſcribere tenebatur; et, ſi literarum rudis eſſet, exemplum ab alio deſcriptum ære ſuo emebat: Uti probat Maimonides. Vid. *Leuſden. Philolog. Hebr. p.* 6. et 101.

ſacerdotum causâ, quorum munus erat quotidie legem Moſaicam populo legere, affirmat (x).

Candidus quiſque lector ſecum tantum reputet, quis ſtatus librorum ſacrorum eſſet, eâ tempeſtate quâ incredibilis circa eoſdem negligentia inter Judaeos aliquot ſeculis regnabat, ſi puncta vocalia, et quae illis affinia ſunt, diu ante natum Chriſtum omnino non extitiſſent: "Periiſſet ſane, ait Doct. Loeſcherus, in pleriſque prophetarum Jobi et Pſalmorum gravioribus locis, in lectione multorum nominum propriorum, maximè exterorum, in centum aliis, certus ſcripturae ſenſus; neque enim ex codicibus non punctatis talia, tam egregie ut hodie, ſuperſunt, tantoque cum conſenſu reſtitui potuiſſent (y)."

"Scriptura

(x) "On ne peut douter, que Moyſe elevè dans les arts et les ſciences de l'Egypt, ne ſoit particulierement ſervi de l'ecriture ponctuée, pour faire connoitre ſes lois, et qu'il n'en ait remis a l'ordre ſacerdotale qu'el inſtitua, des exemplaires ſoigneuſement ecrites en conſonnes et en points voyelles, pour perpetuer par leur moyen le ſens et l'intelligence d'une loi dont il avoit en fort, et ſi ſouvent recommendè l'exercice le plus exact et la pratique plus ſevere. Le ſage legiſlateur ne pouvoit ignorer les fables, qui en étoit deja iſſués de ſons tems: Il n'a donc pu manquer une precaution que l'ecriture de ſon ſiecle exigeroit neceſſairement et de laquelle dependoit le ſuccéſs de la legiſlation, &c." Vid, *Encyclop. des ſcien. &c. ſub voce Hebraique, tom.* viii. *p.* 81.

(y) "Si protinus, poſt exceſſum prophetarum, textus biblicus non fuiſſet punctis veſtitus, jam tum defuerat certa ratio legendi totum ſcripturae volumen. Antecedentia et conſequentia non ſemper huic defectui ferre potuerunt ſuppetias: Quoniam aliquot textus, ut proverbia Solomonis, nullo nexu conglutinantur; nec matres lectionis, uti in codicibus Talmudicis: Quippe ibidem diligenter inſeruntur ad ſupplendam vicem punctorum: Verum in bibliis multum admodum deſiderantur." Vid. *Templer. Exercit. Theolog. Praemiſs. Ideae Theolog. Leviath. p.* 65. *Lond.* 8vo, 1673.

" Scriptura ſacra (ait Doct. Buxtorfius) non " ſola prudentibus et cordatis legenda eſt ex- " poſita, ſed omnibus promiſcuè viris, mulie- " ribus, doctis, et indoctis. An ſupponendum, " an credendum eſt, non infirmiorum hic habi- " tam rationem, et illorum captui accommo- " datam fuiſſe ſcriptionem, non vero firmis dun- " taxat et robuſtis.? An etiam credibile eſt, De- " um verbum ſuum ita ſcriptum populo ſuo " exhibere voluiſſe, ut ubique ipſis fuerit obhae- " rendum, et de verae lectionis divinatione co- " gitandum? Vel potius lectionem fuiſſe pla- " nam, ut attentus lector etiam de rebus co- " gitare potuerit (z)?" Vid. *Buxtorf. de Orig. Punct. p.* 358.

Audiat aequus lector, quomodo vim hujus argumenti retundere, immo ſubterfugere, cona-

† G tus

(z) Clar. Capellus ſacrum textum, primo impetu atque mentis appulſu non poſſe facile, certo et ſine ullâ haeſitatione legi et intelligi a quolibet, etiam Hebraica non punctata legendi utcunque perito, fatetur. Addit idem, " Vel an putat lectionem legis et " prophetarum ita debuiſſe eſſe comparatam, ut privati quique, " qui et legis et verbi Dei fuerunt ſtudioſi atque amantes, ſtatim " et primo mentis appulſu, ſine praecedente ac praevia exercita- " tione, debuerint et potuerint omnia in ſcripturâ legere, ac non " potius debuiſſe in lectione ſuâ maximam adhibere attentionem " et conſiderationem, ut primo legere, tum intelligere quae lege- " bant, poſſent, maximè ubi occurrant loca dubia, obſcura, et " difficilia?" Vid. *Capell. Vind. p.* 935.

Recta vero ratio, communiſque hominum ſenſus, lectionem Legis et Prophetarum ita debuiſſe eſſe comparatam dictat, ut non tantum Sacerdotes Legumque Doctores, ſed etiam privati quique legis et verbi Dei ſtudioſi atque amantes, cognitis probè conſonantibus et vocalibus, ſyllabarumque naturâ, ſtatim et primo mentis appulſu, primoque oculi intuitu, omnia in ſacrâ ſcripturâ legere poſſent: Fieri enim poſſit, ut privatus loca obſcuriora, intellectuque difficiliora, non aeque bene ac ſacerdos, intelligat. Sed abſit, ut unquam in mentes hominum veniat, ut quiſquam Deum ſuae voluntatis revelationem hominibus dediſſe putet, quam non omnes, cognitis conſonantibus et vocalibus, legere facilè potuiſſent; nihil enim abſurdius fingi aut dici poſſit.

tus ſit: "Hoc eſt, (ait Capellus), nemo qui "poſſit legere ab eo legendo arcetur aut arcen-"dus eſt. At non omnes tenent literas, "non omnes ſciunt legere, ne quidem hodie, "ne quidem in linguâ vernaculâ: Quot ſunt "rudes et imperiti literarum in vili plebeculâ? "Illis non proponitur aut exhibetur legenda, "ſed audienda, ſacra ſcriptura." Vid. *Capell. Vindic. Arcan. Punct. p.* 932.

Num haec prolata a viro doctiſſ. vera ſint et communi hominum ſenſui conſentanea, ipſe lector judicet. Annon pueri, annon plebs, literas alphabeti et ſyllabas componere edocti, Biblia Gallica vel Anglica legere poſſint? Annon facilia et obvia primo intuitu legere etiam et intelligere queant? Annon etiam verba difficiliora ſyllabicare et pronunciare, etiamſi verum ſenſum non intelligant, plane valeant? Hoc tam perſpicuum eſt, ut etiam puer, qui noverit elementa Latina et Graeca, voces, cum Graecas tum Latinas, legere et pronunciare poſſit, etiamſi eas non intelligat. Si igitur hae literae אהוי in linguâ Hebraeâ eſſent revera vocales, literas illas non eſſe omittendas, ubi adeſſe debuerant, ad linguam cum legendam tum intelligendam, neceſſe eſt. Quaedam vero eſſe loca non lectu vero, ſed intellectu, difficiliora, in confeſſo eſt. Sed quaeſtio hic plane eſt de legendo; nam, ſi quis librum legere neſciverit, nunquam intelliget. "Putatne cenſor" addit Capellus, "ſcripturam debuiſſe eſſe ita compa-"ratam, ut omnes omnino promiſcuè, promp-"tè, expeditè, ſine ullâ haeſitatione, extem-

"pore,

"pore, ſine praeviâ conſideratione aut medi-" tatione, legere eam potuerint? Fallitur, ſi "ſic putat." Mirari non ſatis poſſumus, virum doctiſſimum ita praejudicatâ opinione abreptum fuiſſe, uti ſcripturam ſacram non debuiſſe ita comparari putet, ut omnes qui literas alphabeti noſcerent, omnino promiſcuè, promptè, et extemporè legere eam poſſe negaret. Annon oracula divina ita comparata eſſe debeant, ut homines, qui literas vocaleſque alphabeti didicerint, officia pietatis erga Deum promptè, expeditè, legere potuiſſent? Addit quoque Capellus: "Eadem eſt facilitatis et difficultatis ratio quoad "lectionem, quae eſt quoad intelligentiam; hoc "eſt, quomodo non omnia ſcripturae loca, etſi "hodie lectu in vernaculis linguis, ſtatim a "quolibet, etiam plebeio, capiuntur et intel-"liguntur; immo quam plurima ſunt, quae "non niſi a doctis et exercitatiſſimis theologis "capi poſſunt, et certo explicari?" Vid. *Capell. ubi ſupra, p.* 935.

Plane vero negatur, eandem eſſe facilitatis et difficultatis rationem quoad lectionem, quae eſt quoad intelligentiam; nam, ſi aliquis probè conſonantes et vocales naturamque ſyllabarum in linguâ vernaculâ calleat, legere facilè Biblia, vel Anglica vel Gallica, attamen non omnia in iis aeque facile intelligere poterit. Fallax igitur Capelli concluſiuncula planè videtur, quum lectionem aeque difficilem ac intelligentiam libri contendat: Pueri, indocti, mulieres legere librum; attamen non aeque facile intelligere poterunt. Maxima igitur eſt inter textum obſcurum legendum et intelligendum differentia. Cl. Capellus hic duo, quae revera diverſa ſunt,

planè

planè confundit, nempe libri lectionem et intelligentiam. Candidus vero lector judicare poſſit, num non totum hocce caput VIII. *Vind. Arcan. Punct.* ſophiſticis parallogiſmis planè ſcateat, necne.

Eruditiſſ. Humphred. Prideaux, etiamſi puncta vocalia literis coaeva fuiſſe non credat, attamen ea circa Ezrae tempora, poſtquam lingua vernacula eſſe deſierat, inventa fuiſſe affirmat. Puncta vocalia tunc enim temporis, cum ad linguam legendam, tum docendam, diſcendam, et intelligendam, neceſſaria fuiſſe, ſtrenuè contendit. "Vix "enim (ait Prideaux) concipi poſſit, quomodo "quis legere et alium, linguam Hebraeam, abſ"que punctorum vocalium ſubſidio, poſtquam "vernacula eſſe deſiiſſet, edocere potuiſſet." Cum enim lingua Hebraea demortua eſſet, diſcentes primo legere illam, ut intelligerent, oportebat ad illoſque in legendo dirigendos, neceſſe erat ut iis alia ſubſidia ſuppeditarentur, quibus quâ vocali omnis ſyllaba pronuncianda cognoſcerent. Sed florente linguâ Hebraeâ, jam literas אהוי nequaquam univerſalia et tuta ſubſidia abſque punctis, ad linguam Hebraeam ubique legendam et intelligendam, monſtravimus; ut ipſe Clar. Prideaux etiam fatetur, quam plurima vocabula exſtare, pluresque ſyllabas, ubi nulla ex hiſce matribus lectionis compareat (*a*).

3. Argu-

(*a*) "But the difficulty is as to thoſe who do not underſtand "the language. For how they could be ever taught to read it "without vowels, after it ceaſed to be vulgarly ſpoken, is ſcarce "poſſible to conceive. When all learned it from their cradles, it "was no hard matter for thoſe, who thus underſtood the lan-"guage,

3. Argumentum pro antiquitate punctorum vocalium ab exemplaribus Bibliorum antiquiſſimis, punctis vocalibus inſtructis, deſumitur.

Tale eſt exemplar Hillelianum, apud Judaeos aeque ac Chriſtianos celeberrimum, Kimchio, aliiſque, oculis perſpectum; et ſcriptum vel ab Hillele ſene, qui centum circiter annos ante everſum templum ſecundum floruit, vel ſaltem ab Hillele Hannaſſi, qui in Judaeâ circa annum Chriſti 340 vixit. Praeter hos duos Hilleles, fuerunt quidem alii, ſed omnes vel ſimul cum hoc Hillele, vel diu poſt eum, vixerunt; omnes vero ante Maſorethas Tiberienſes floruerunt. Nullus vero celebrior Hillel poſt illum nominatum Hannaſſi occurrit.

Ejuſdem codicis et ſimilium vetuſtorum mentionem facit R. Moſes Ben Nachman, *Comment. in libro Jeſirah, p.* 61. Sic antiquiſſimus Grammaticus Ben Laſrat citat סֵפֶר קַדְמוֹן *valde vetuſtum codicem punctatum.* Ergo, primorum Grammaticorum tempore, סְפָרִים קַדְמוֹנִים *codices Biblici punctati vetuſti*, atque adeo incertae antiquitatis, habebantur. Hoc enim ſibi vult nomen hoc קַדְמוֹן,

" guage, to learn to read it by the letters only without the vow-
" els. But when the Hebrew became a dead language, the caſe
" was altered: *For then, inſtead of underſtanding it firſt in order to*
" *read it, they were firſt to read it in order to underſtand it;* and
" therefore, having not the previous knowledge of the language
" to direct them herein, they muſt neceſſarily have had ſome o-
" ther helps, whereby to know with what vowel every ſyllable
" was to be pronounced; and to give them this help, the vowel-
" points ſeem certainly to have been invented; and therefore,
" the time when they became neceſſary, that is, when the He-
" brew language became a dead language, though perchance it
" was not perfected, and brought to that order in which now it
" is, till ſome ages after." Vid. *Prideaux Connect. of the hiſtory of the Old and New Teſtament, vol.* I. *p.* 354.

קְדְמוֹן, quod longè τω יְשַׁן εμφατικώτερον. (b). Vid. *Buxtorf*. ubi ſupra, *p*. 355.

4. Argumentum pro antiquitate punctorum vocalium, ab univerſali Judaeorum, cum Rabbanitarum, tum Karaitarum conſenſu, uno fere Eliâ Levitâ excepto, deſumitur.

Omnes

(*b*) Hujus exemplaris Hillelis inter alios meminit R. David Kimchi, in *lib. radicum*, ſub rad. שום, ubi de voce תשומת ait, Mem eſt cum Saegol praeter morem, et eſt in loco Patach : Et in libro Hilleliano, qui eſt Toletolae, notatum eſt cum Patach.—Kimchius etiam huncce codicem punctis inſignitum fuiſſe ad *Pſal*. cix. 10. et alibi confirmat. Luculentiſſimè omnium in libro Jachaſin agitur, *fol*. 132. "Anno 956 fuit perſecutio in regno Leo-"nis, in quâ eduxerunt inde librum viginti quatuor, qui vocatur "Biblia, quae ſcripſit R. Hillel. Ex eo corrigebant omnes libros ; "et vidi ego partem ejus divenditam in Africâ ; meo autem tem-"pore fuerunt 900 anni quod ſcripta fuerunt : et Kimchius te-"ſtatur in grammaticâ ſuâ, Pentateuchum illius exemplaris fuiſſe "Toletolae." Auctorem libri Jachaſin affirmâſſe volumen illud vocalium et accentuum notis inſignitum fuiſſe patet, dum aſſerit, hoc idem eſſe exemplar cujus mentionem fecit Kimchius. Diſputatum hic fuit, cuinam Hilleli hic codex tribuendus ſit, utrum Babylonio illi qui ante excidium templi II. vixit, an iſti qui principis הנשיא nomine appellari ſolet. Priori adſcribunt Cunaeus de repub. Hebraeorum, *p*. 159. et Wilh, Schickardus de jure regio Heb. *p*. 39. Poſteriori, cujus aetas in ſeculum IV. poſt C. N. incidit, David Ganz in Zemach David, *p*. 56. et Buxtorfius de antiquitate punctorum, *p*. 353. Neutri ex his, ſed recentiori cuidam Hiſpano ejuſdem nominis vindicandum cenſent clariſſimus Capellus, Morinus, et Simonius, quibus ſeſe Buxtorfius et Hottingerus opponunt. Vid. Morin. de Graec. et Hebr. textus ſinceritate, *p*. 29. Simon. in diſquiſitionibus criticis de variis Bibl. edit. *c*. 3.——et Buxtorf. de antiq. punct. *p*. 351.—Hotting. Theſ. Philol. *p*. 106.

Ex commentario porro R. Moſ. Bar Nachman colligitur, libros illos Hieroſolymitanos, Babylonicos, et Hellelianum codicem, punctatos fuiſſe ; rationemque anomalorum et inſolentium punctationum in Cabbalâ tradi : Deque his punctationis myſteriis compoſitum eſſe librum antiquum a Raf Aſſe in Babyloniâ, qui circa annum Chriſti 360 ad 400 vixit. Vid. *Buxtorf*. ubi ſupra, *p*. 51.

Punctorum mentio facta eſt ante annum quingenteſimum poſt Chriſtum, in סֵפֶר הַבָּהִיר, cujus auctor eſt R. Nechoniah, Chriſto ſalvatore noſtro antiquior, uti monet Buxtorfius in Comment. Maſoret. *cap*. xi. *p*. 73. haec verba occurrunt : נִמְשְׁלוּ הָאֹתִיּוֹת לְגוּף וְהַנְּקוּדוֹת לִנְשָׁמָה, i. e. *aſſimulantur literae corpori, et puncta animae.*

Omnes enim Judaei, Cabbaliſtae, Talmudiſtae, et Grammatici, Eliâ Levitâ fere excepto, puncta vocalia literis coaeva fuiſſe contendunt. Teſtimonia e libro Zohar, citra controverſiam, ſecundum plurimorum virorum doctorum ſententiam, ſeculo tertio Chriſtiano non recentiori, ejuſque vetuſtis explicationibus, petita ſuperſunt. Vid. *Buxtorf. in Tiberiad. p.* 76. *et Fil. de origin. Punct. p.* 68. 70,—1. "Quae vero "Waltonus (ait Loeſcherus, *Apparat. p.* 257.) "contra auctoritatem τῶ Zohar affert, infirma "ſunt, et meris ſuſpicionibus conſtant.—Ci-"tat etiam Bechai a *Gen.* xviii. ſimilem auc-"toritatem ex perantiquo et rariſſimo libro "Bahir." Vid. *Loeſcher. ubi ſupra, p.* 290.

Sed antiquitas punctorum vocalium ex auctoritate et teſtimonio Karaeorum, ſive Karaitarum, maxime confirmatur, qui gente et religione Judaei τῶ קרא textui, qui legitur, ſolique adeo legi ſcriptae, rejectis traditionibus πατροπαραδοτοῖς, tenaciter adhaeſerunt (*c*).

Doctrinam

(*c*) Doctrina et ſecta Karaeorum parum doctis cognita fuit, donec eruditiſſimus Jacobus Triglandus, Profeſſor Lugduno-Batavus, de interiore rerum Karaitarum ſcire ſollicitus, ipſos Karaeos, in Poloniâ adhuc commorantes, per literas adierat, et ad propoſitas de potioribus quae huc pertinent momentis quaeſtiones, pro reſponſo, tractatum Hebraicé ſcriptum, anno Chriſti 1699, a Karaeo quodam, nomine Mardochaeo, communibus eorum ſymbolis munitum, dilatum accepit, quemque MSS. cum verſione Latinâ, notis, et praefatione de Karaeorum rebus ſcriptiſque, una cum Triglandi diſſertatione de ſectâ Karaeorum, edidit doctiſſimus Joan. Chriſtophorus Wolfius, L. L. O. O. Profeſſor Hamburgi, 4to, 1714.

Doctiſſimus Morinus in exercitationibus falſo ponit, Karaeos ipſos eſſe קראים, i. e. *Textuarios, Scriptuarios,* ab aliis ſeſe diſtinxiſſe, veluti ſcriptuariorum nomine ſuperbirent; contrarium tamen communi quodammodo conſenſu ipſi referunt. "Admonent (ait Mardochaeus) "filii ſcripturae, quod alii, non ipſi, nomen

"et

Doctrinam Karaeorum de ſufficientia ſcripturarum S. ad ſalutem, ſemoto traditionum choragio, quae diſſenſionis inter eos et Rabbanitas principium et fundamentum, et quâcunque ſectâ inter Judaeos, adeoque et illâ Sadducaeorum, tempore priorem recte ſtatuit Scaliger. Idemque de ſeipſis Karaei ſtatuunt; ſuaeque fidei auctores oſtentant: "Nos, ait Mardochaeus, "ipſis (nempe Phariſaeis) ſumus priores; nam "noſtra fides aut ſecta longe Anane antiquior. "Prophetae qui erant in captivitate Babyloni-"câ, noſtri doctores, qui noſtram tenuerant fi-"dem, quemadmodum Chananiah, Daniel, et "ſocii

"et epitheton קראים iis impoſuiſſent; ea propter quod fidem "non habeant legi novae, quae lex oralis vocatur, etiamſi non "excepta ſit, et ſcripta conſignata ex ore prophetae cujuſdam "aut videntis, ſed potius tempore eorum offendiculum praebue-"runt, *Mal.* ii. 8. et προσωποληπται fuerunt in lege; illam privati "ac ſingulares (viri) collegerunt, et ſibi conſcripſere: Hique "ſunt qui unaquâque aetate Rabbini appellantur." Vid. *Chillouk* MSS. *p.* א.—Hinc videtur planè epitheton קראים initio a Rabbinis ad contemptum illis impoſitum fuiſſe, eodem modo quo ſub repurgatae religionis tempore, noſtros *Bibliſtas*, *Evangelicos*, *Lectores*, aut ſimili titulo ſarcaſtice ſalutabant. Probroſum videlicet et puerile, maximis et praeclarâ eruditione et doctrinâ ornatis doctoribus, ſcripturam unicè ſequi ducem, habebatur. Non tantum variis ignominioſis nominibus Karaei a Rabbanitis inuſti erant, ſed ſaepiſſime adeo ab illis vexati, ut vix in eâdem civitate commorari queant, ni magiſtratûs auctoritas Karaeos validiſſimè protegat: In Hiſpaniâ infenſiſſimi Rabbini ad necem uſque eos perſequuntur. Vid. *Wolf.* ubi ſupra, *p.* 279.

Leo Mutinenſis, una cum Mardochaeo, Karaeos degere Cairi in Ægypto, ubi ſedes erat principum Karaeorum, inde a tempore exilii Hieroſolymitani. Vid. *Wolf. p.* 42.—et *Leo Mutinenſ. de ritibus Judaeorum recent. part.* V. *cap.* 1.

Vivunt etiam Karaei Trocae in Lithuaniâ, etiamque Conſtantinopoli: Aſia illos agnoſcit in Judaeâ et Hieroſolymis, quam regionem prae omnibus aliis petunt et diligunt. Porro Damaſci, Bagdadi, et in reliquâ Aſſyriâ et Chaldaeâ, degunt. Vid. *Wolf. p.* 112,-113.——Leo de Modenâ, eos Conſtantinopoli, Cairi, aliiſque locis orientalibus, habitare, quin etiam in Muſcoviâ, ibique habere ſynagogas, ſuiſque vivere moribus, agnoſcit.

" ſocii ejus Ezekiel, Haggaeus, Zechariah, et " Malachia, Prophetae, et reliqui fratres ipſo- " rum: Iſtorum ſemita, noſtra ſemita. Et rec- " te; nam quis negare audebit, nihil perfec- " tioni ſcripturae eſſe addendum; Moſen, Da- " videm, Jeſaiam, caeteroſque, prophetas fuiſſe?"

Ex hoc tractatu Mardochaei, non tantum ſecundum ipſos Karaeos, ſed etiam Rabbanitas quoſdam, et praeſertim Maimonidem, Karaeos a Sadducaeis diſtinctos, iiſque antiquiores fuiſſe, planè conſtat. Nam Rabbanitae doctiſſimi Ananem non auctorem, ſed reſtauratorem, ſectae Karaiticae conſitentur; eſt enim inter eos R. Abraham Hallevi Ben. Dior, qui haec planè affirmat: " Nam poſt excidium, (ait ille), at- " tenuati admodum erant מינים, *haeretici*, donec " ſurrexit Anan, qui eos corroboravit." Planè hic per מינים *haereticos* Karaeos intelligit: Quid enim dici potuit diſertius? Erant ante excidium, verum poſtea, uti patet ex hiſce verbis *donec ſurrexit Anan*, attenuati; non enim condidit ſectam, ſed languentem denuo firmavit Anan. Plurimi Karaei ſectae ſuae antiſtitem R. Shammai agnoſcunt: Schiſma vero ortum eſt apertius, ſecundum ea quae tradiderunt Karaei temporibus Joannis Hyrcani, Judaeorum pontificis, atque ethnarchae, et filii ejus Jannei Alexandri, annis 100, et quod excurrit Chriſto antiquius. Vid. *Wolf. not. ad. Karaeor. p.* 12, 13. et *Trigland. Diatrib. de ſect. Karaeor.* 11 (*d*.)

(*d*) Mardochaeus quaedam loca Rabbanitarum, nominatim R. Gedaliae ex Schalſheleth Hakkabala et R. David Ganz ex Zemach David, profert, uti Karaeos a Sadducaeis diſtinctos, et his antiquiores

Puncta vocalia Karaeos non habuiſſe quidam iri docti crediderunt, et hoc argumento ad no- itatem punctorum probandam in univerſum ontra Buxtorfium uſi ſunt; ſed Karaeos habuiſ- puncta vocalia extra dubium nunc ponitur a Iardochaeo Karaitâ:" "Omnes ſapientes no- ſtri, inquit ille, uno ore affirmant et profiten- tur, totam legem vocalibus et accentibus in- ſtructam a Moſe, viro Dei, prodiiſſe." Vid. Volf. *ubi ſupra*, *p.* 150. "Abſit autem," ſcri- it idem, "ut inventio punctorum et accen- tuum facta ſit poſt obſignatum Talmud; hoc enim invictè confutari poteſt, ut ſtatim au- dies. Ecce enim ſchiſma Karaeorum et Rab- " banitarum

es eſſe, oſtendat, *p.* 10, 16. Idem urget, adductis R. Jehuda Levi, libro Coſari fil. Abraham, Levitae teſtimoniis, quibus additur cus ex R. Caleb. fil. Eliae Karaei MSS. in quo Maimonidae quidam cus in eandem cauſam trahitur. Vid. *p.* 16, 24. Originem Ka- orum a Sadducæis non repetendam eſſe ex eo evincit Mardochæ- , quod Karaei Sadocum et Bathoiſum nuſquam majores ſuos nu- erent; ſed deteſtentur potius; quod nunquam facturi fuiſſent, ſi lis ſuam deberent originem; ſicut plures alios, tanquam ſuae octrinae aſſeclas, adhuc recenſere ſolent, a quibus tamen in onnullis capitibus diſſentiunt. Vid. *p.* 24, 30. Producit etiam lem R. Aſariae de Rubeis locum, eo conſilio ut Karaeos ſub temp- ſecundo extitiſſe, et nomine Sadducaeorum comprehendi oſten- it; quippe quorum duo fuere genera, alterum eorum qui Sado- im et Bathoiſum ſectarentur, et articulos quoſdam fundamen- les negarent; alterum vero iſtorum, qui ſeipſos a ſtudio juſti- ae ita appellarent, qui ipſi ſunt Karaei: Rabbanitas vero pro- iſcuè ex odio hoc nomen utriſque imponere, eo quod in rejici- idis traditionibus conſpirarent. Vid. *Wolf. p.* 30, 41.

Karaitae dicti primum coetus Judae Ben Tabbai, ſecundum ardochaeum: "Cum itaque (ait ille) Simeon ex exilio ſuo, et Je- huda filius Tabbai ex latebris ſuis reſtituerentur, diviſa fuit doctrina duorum iſtorum ſociorum, et in duas abiit ſectas; quo- niam Jehuda filius Tabbai non amplexus eſt inventa Simeonis filii Schelach, quae ex ingenio conſinxerat. Jehuda igitur ſolus ſanctum depoſitum, *h. e.* S. ſacram a divino numine per legatum fidelem et nuntium ſincerum, literis traditam ſervavit; neque " convertit

" banitarum obſignationem Talmudis longè an-
" teceſſit, quod antea probavimus. Quod ſi
" itaque vocales et accentus tempore ſchiſma-
" tis illiûs non fuerunt, ſed inventi demum
" ſunt Talmude jam obſignato; ſequitur, in no-
" ſtris manibus diverſa fuiſſe legis et propheta-
" rum exemplaria, *h. e.* exemplaria quae apud
" Karaeos ſunt, punctata eſſe ſine adhibitâ punc-
" tatione exemplarium quae ſunt apud Rabba-
" nitas. Sic autem in illis locis in quibus mutâ-
" runt

" convertit ſe ad inſolentia et ſtulta mendacia in Dominum ſu-
" um, Dominum Deum exercituum, conjecta, quod ſcil. Deus Mo-
" ſen, ſervum fidelem, legem oralem docuerit; cum tamen eam
" nunquam tradiderit, nec tradere unquam conſtituerit." Vid. *Wolf. ubi ſupra, p.* 14.

Doctiſſ. Triglandus quaedam Karaitarum veſtigia planè in N. Teſtamento exſtare putat, praeſertim in *Luc.* xi. 45. αποκριθεις δε, τις των νομικων λεγει αυτω; ubi νομικοι alii ac Pharizaeorum γραμματεις fuiſſe videntur; nam verſu 46. *Immo, et vae vobis Legiſtae!* additur enim verſu 44. quum Chriſtus dixiſſet, *Vae vobis Scribae et Phariſaei,* tunc extemplò reclamat ſcriba, *Magiſter, talia dicens, nobis etiam contumeliam facis;* unde planè ſequitur νομικους a Phariſaeis diverſos fuiſſe. Contendit igitur Cl. Triglandus quandam hominum claſſem apud Judaeos extitiſſe, qui dicebantur eſſe γραμματεις, *Scribae,* quod eſſent textuarii, et ſcripturae unice addicti, quos etiam hic vocari νομικους vult quia ſcribae quoque appellati fuere publici inter Judaeos doctores, quorum Chriſti tempore plurimi Pharaiziſmo nomen dederant. Exinde perplexi iſtiûs loci intellectum et ſenſum genuinum pendere putat. Quum Chriſtus Dominus horrendum illud *Væ,* non ſolum in Phariſaeos, *v.* 43. verum etiam in ſcribas, *v.* 44. per νομικον, qui τῷ νομῷ *legi* ſoli obſequium deferebat, nempe ejuſmodi hominem quem jam nos Karaeum vocamus, innui vult. Vid. *Trigland. ubi ſupra, p.* 58,-9.

Karaeorum plane diſerta eſt mentio in Miſhna, ubi in cod. Megilla diſquiritur de figura Tephillim.: Ubi diſputantes Talmudici Doctores de interpretatione *Exod.* 23, 9. et *Deut.* 6. de Tephillim, et de loco capitis et manûs cui convenit aptari, dicunt Rabbanitae contrariam ſententiam damnari Miſhna hiſce verbis, Quod ſi aptarent fronti aut palmae manûs, הרי זה דרך קראים *Ecce hic modus agendi foret Karæorum.* Cl. Triglandus hic Morinum planè erráſſe oſtendit, qui Karaeos ſub finem ſeculi VIII. tantum innotuiſſe affirmat, quum ex hoc loco in Miſhnâ, Karaeos notos fuiſſe ante R. Judam Haccadoſh Miſhnae architectum ſub Antonio Pio, A. C. circiter, 150, manifeſtum eſt. Vid. *Trigland. ubi ſupra, p.* 20. et apud *Wolf. p.* 177.

" runt vocales et accentus, ac dixerunt, אל
" תקראי כך אלא כך, *i. e. Ne legas hoc modo ſed alio,*
" non dixiſſent illi, ne legas, ſed ſimpliciter
" pro lubitu et ſententiâ ſuâ puncta addidiſ-
" ſent. Sic, *e. g.* de commate 37. *cap.* xxiii.
" *Levit. &c.*" Vid. *Wolf. ubi ſupra, p.* 152.

Ad prophetarum inſtituta, utrum cum hiſce conveniant, animosè Rabbanitas Karaitae provocant; acutè non minus quam fortiter concludentes. Quorum anterior doctrina ſit, eorum et coetum et communitatem haberi priorem. Auctor Chillouk ait, " Vetus forma quae eſt in " manibus noſtris arguet, quod nos ſumus anti-" quiores; diſcamus ex inſtitutis, uter ſit prior; " dicamuſque in cujus manu inveniantur no-" va praecepta, et hunc eſſe novum."

Noſter itaque Mardochaeus (inquit Triglandus) ex punctato codice, quem cum Rabbanitis communem habent, ad vocalium antiquitatem argumentatur, quam viciſſim Joan. Morinus in exercitat. Biblicis, et Richard. Simonius, poſitâ et precariò aſſumptâ punctorum vocalium novitate, deſtruere conati ſunt, non ſine paralogiſmo, quem oſtendit Triglandus in diſſertatione ſua, *p.* 37. (*e*).

Doct.

(*e*) " Quando vero, (inquit Mardochaeus), Domine, interrogâſti, " num codex ſcripturae, quae apud nos idem ſit cum eo quem " habent Rabbanitae, ſcias velim, in hâc parte nullam eſſe inter " nos diſſenſionem, diſcrimen nullum: Diſpoſitio enim ſcripturae " debetur viris ſynagogae magnae, viris optimis, ſuper quibus " ſit pax, eo tempore facta, quo nulla fuit inter nos controver-" ſia. Propterea in codicibus noſtris nihil eſt vel ſuperflui vel " deficientis, nullum ὕστερον πρότερον, nullum Keri aut Chelib, extra " eam ſcripturae diſpoſitionem, quae adhuc apud Rabbanitas ex-" ſtat. Et correcti quidem codices apud nos praeſtantiſſimi, lec-" tionem Ben Naphtali ſequuntur." Vid. *Wolf. not. Kar p.* 156.

Ex

Doct. Scaliger aliquoties in Elencho Trihaereſii, *cap.* xxii. *p.* 169. Karaeorum mentionem faciens, proque admirabili ingenii acumine antiquitatem ipſis excidio reipublicae et ipſo Chriſti adventu priorem aſſeruerat, Karaeoſque etiam, quam prius foverat opinione, prae generoſo veri amore, revocatâ, candidè profeſſus eſt eos diverſum eſſe genus, contra quam vulgo crederetur, ab impiis Sadducaeis: Motus inter alia teſtimonio Philippi Frederici ex Judaeo Chriſtiani, qui Conſtantinopoli inter Karaeos ex uſu et conſuetudine multum verſabatur, Karaeos et Haſidaeos ſive Pharizaeos ſibi invicem opponit. Vid. *Wolf. Notit. Karaeor. p.* 167.

Denique exemplaria Bibliorum ſua Karaei cum illis Rabbanitarum conſentire profitentur, propterea quod illorum diſpoſitio et סדור facta ſit ab Ezra, qui ante ſchiſma vixit, quem aequaliter utrique venerantur: Puncta vocalia non omnino rejiciunt, ut Doctiſſ. Buxtorf. ipſe ſenſiſſe videtur, auctoritate Coſari adductus: Attamen nec caeco impetu ubique ſequuntur, ubi R. Aſher a R. Naphtali in variis lectionibus diſcrepat,

Ex hiſce verbis planè apparet, Karaeos omnes legere libros Biblicos, punctationemque receptam admittere; et non deeſſe illis obſervationes Maſorethicas; quod et olim monuit clariſſimus Morinus in epiſt. ad Joan. Buxtorfium et Lud. Capellum, *p.* 520 et 574. antiquitatum eccleſ. oriental. ad Aaronis Ben Joſeph librum Mubſchar provocans. Vid. *Wolf. Biblioth. Hebr. vol.* II. *p.* 436.

Hinc planè errare eruditiſſimum Herbelotium videmus, dum affirmat Karaitas et Rabbanitas diſſentire in hoc, quod illi tantum quinque libros Moſeos pro normâ fidei et morum recipiant:—" Les Karaites," ait Herbelot. " et les Samaritaines different " des Rabbaniſtes, en ce qu'ils ne reçoivent des vingt-deux livres " de l'Ancien Teſtament, que les cinques livres de Moyſe, et " qu'ils ne reconnoiſſent que trois prophetes, a ſçavoir, Moyſe, " Aaron, Joſue." Vid. *Herbelot. Biblioth. Oriental. p.* 854.

crepat, poſteriori magis perpetuâ ſuorum ſententiâ et codicum fide accedunt. (*f*). Argumentum pro antiquitate punctorum vocalium invictum erit, ſi ipſius ſectae Karaiticae antiquitas admittatur; quae revera cum a Scaligero, tum, a Mardochaeo, aliiſque, plane confirmatur. Veriſimile enim videtur, Karaeos a Rabbanitis, quos ſibi ſemper adverſari credebant, codicem punctatum recepturos nunquam fuiſſe. Biblia igitur Hebraica, tempore Chriſti Salvatoris noſtri, punctis vocalibus inſtructa fuiſſe videntur; quod, inter alia, errorem etiam illorum

(*f*) Etiamſi admirabilis ſane exemplarium ad fidem antiquitatis faciendam inter utroſque conſenſus ſit, tamen ubi ſuperſtitio Maſoretharum alicubi manus injecit, Karaei id graviter caſtigant. Hoc ſine dubio argumentum eſt, Karaeos qui caeteras traditiones Judaeorum extra ſcripturam rejiciant, puncta vocalia, ſi non ſcriptis Moſis et prophetarum coaeva eſſent, plane rejecturos eſſe. Notum eſt quibuſdam vocibus, parum, ut credebant, honeſtis, aliena puncta ſubdita eſſe propter ευφημιαν. Vehementer id diſplicet Karaeis: tanquam ſi iſtis auctoribus S. Sanctus neceſſe haberet diſcere ſermonis verecundiam; ideo auctor Chillouk MSS. inter alia minora exprobat: &c. כמו כן נכבים, " et ita ſcriptione " (punctorum quorundam) חריונים, 2 *Reg*. vi. 25. tranſmutari " voluerunt a legentibus in רביונים et עפלים, 1 *Sam*. v. 6. 9. 12. " et vi. 4. in טחורים, pluraque ejuſmodi. Nunc vero, ſi in iis " locis quae ſcripta ſunt, et tranſmiſſa ex ipſo ore prophetarum, " aliquid fuerit ab iis mutatum, quid factum erit de rebus et legibus non ſcriptis ex ore Prophetarum? tantoque facilius quod " ſcripto non mandarentur. Sic manifeſtè (addit Triglandus) " hanc mutandae lectionis damnant licentiam; et inſurgunt ex " hoc facto, contra legis ore acceptae portentum. Tam accurati obſervatores cenſoreſque rigidi Rabbanitarum cum a tot " ſeculis fuerant Kâraei, quis dubitare poſſit, ſi dolo malo S. " textum Rabbini tractâſſent, ſi conſilio aut neglectu graves, inque rebus magni momenti, errores admiſiſſent, hoc ſilentio haud " fuiſſe illos ſuppreſſuros, qui in leviora tam ſeverè animadvertunt, adverſarios et ſpeculatores. Atque adeo pro αξιοπιστια, et " integritatis codicis Hebraici fide invictiſſimum argumentum ſubnaſcitur, quod etiam errorem et ignorantiam eorum monſtrat, " qui Biblia punctata, vulgo titulo *Bibliorum Maſorethicorum*, per " contemptum, inſignire audeant." Vid. *Trigland. Diatrib. de ſect*. Karaeor. *p*. 190. et *Wolf*. *p*. 316, 17.

rum indicat, qui Biblia punctata Hebraica vulgo titulo Bibliorum Maſorethicorum inſigniunt. Cauſam ex contemptione et deſpicientia, et originem iſtiuſmodi tituli, nobis proferant; vel, quo jure biblia Hebraica ſic inſigniant, nobis dicant. Doct. Simonius ad Karaeos de ſtabiliendâ antiquitate punctorum ab traditione provocat, etiamſi falſo ſectam Karaiticam ortam fuiſſe circa tempora Talmudis conficiendi aſſeveraverat. (*g*).

Idem vero candidè argumentum ab uſu Karaitarum deductum non ſatis perpendi ſolere a viris doctis agnoſcit; et ad Karaitas de ſtabilienda punctorum antiquitate ab traditione provocat, uti Simonius loqui amat. Sed cum planè appareat ex Miſchnâ Karaeos extitiſſe, non tantum ante R. Judam Haccadoſh Miſchnae artificem ſub Antonino Pio, A. C. circiter 150, (uti vulgo traditur), ſed etiam ſecundum Mardochaeum centum et plures annos ante Chriſtum natum: Argumentum igitur ab uſu Karaeorum pro antiquitate punctorum firmium ſtat.

Planè igitur ex Karaeorum ſententia et uſu, qui traditiones Judaeorum Rabbaniſtarum rejiciunt, puncta vocalia non eſſe nova ſed antiquiſſima, et cum ipſis literis ſive conſonantibus connata

(*g*) “ Præter allatas ſupra rationes, (ait Simonius), quibus oſtendimus puncta rejici non debere, quandoquidem traditione ab uſu vetuſtiſſimo niterentur, aliam adhuc afferemus, quae non ſatis perpendi ſolet. Karaitae de quibus infra, quanquam fabuloſas et falſas Judaeorum traditiones in univerſum rejiciunt, Maſoretharum tamen puncta admittunt, et hodiernam lectionem aeque accuratè diligenterque ac Judaei ipſi ſequuntur. Quae res ſatis manifeſtum argumentum eſt pro veritate punctorum traditionis.” Vid. *Simon. hiſt. Releg. Jud. p.* 136.

connata, ſequitur. Secundum etiam ipſius Doct. Simonii principia, Karaitae puncta vocalia, ſi traditione tantum in manus earum tradita fuiſſent, aeque ac talia hujuſcemodi rejeciſſent.

5. Argumentum a Maſorâ ipſiſque Maſorethis depromitur: Maſora enim omnis, antiquiſſimique ejus ſcriptores, punctorum tanquam jam exſtantium mentionem faciunt, planeque ſe interdùm ignorare, cur quaedam puncta extra regulam hoc vel alio modo poſita ſint, fatentur; nihilominus tamen et talia religiosè retinent: Quod ſi recentius illa inventa fuiſſent, nunquam id admiſiſſent, ſed vel ad analogiam omnia reduxiſſent, vel cauſas anomaliae ab auctoribus didiciſſent. Si revera Maſorethae punctorum auctores eſſent, procul dubio rationes dediſſent ob quas unam vel alteram vocem contra communem regulam punctâſſent: Sed ſimpliciter dixerunt, hanc vocem in loco aliter quam omnibus in aliis locis punctari. (*h*). Vid. *Leuſdèn. Philolog. Hebr. p.* 124.

6. Argu-

(*h*) Extitiſſe puncta vocalia ante Maſorethartum tempora planè patet. Irregularis enim punctatio quam Maſorethae ad cenſuram revocârunt, indicio eſt, illos vocalium figuras non finxiſſe, ſed de vocibus prius punctatis tantum judicium ſuum tuliſſe.

Maſorethae fuerunt verſati circa voces punctis vocalium et accentuum veſtitas; et ad illas voces talibus vel talibus accentibus ſive vocalibus notatas, virgulam cenſoriam appoſuerunt. Si vox aliqua in textu contra communem regulam eſſet punctata, eam Maſorethae ſub cenſuram revocârunt, et dixerunt: Ubique vox illa talibus punctis notatur, ſed excipitur hic vel ille locus: Ergo Maſorethae non ſunt ſimul inventores punctorum. Quid enim illos moviſſet, ut voces quaſdam irregulariter punctâſſent? Dediſſent procul dubio rationes, ob quas unam vel alteram vocem contra communem regulam punctâſſent: Sed ſimpliciter dixerunt, haec vox hoc in loco aliter punctatur quam omnibus aliis in locis. Vid. *Leuſd. Philolog. Hebr. p.* 124.

6. Argumentum contra novitatem punctorum vocalium ab univerſali Judaeorum ſilentio de Maſorethis,[1] utpote horum auctoribus, deducitur.

Si doctores illi Tiberienſes primi punctorum illorum inventores fuerint, certe omnes hiſtorici Hebraei inventum tam admirandum, tantique momenti, non praeteriiſſent, ſed ejuſdem alicubi meminiſſent: Ergo veriſimilius, tales Mâſorethas Tiberienſes punctorum auctores nunquam extitiſſe.

Non convenit tamen inter auctores novitatis punctorum, quo tempore inventa fuerint. Quidam ſeculo poſt natum Chriſtum quinto vel ſexto, Morinus vero ſeptimo et octavo, Maſclefus 900 vel 1000, hoc opus Maſorethicum abſolutum eſſe contendunt; ſed nullis certis et indubitatis ex rerum praeteritarum monumentis haec probari poſſunt. Dicant, ſi poſſint, novitatis haec punctorum propugnatores, virum vel viros qui haec puncta excogitârint, locumque et tempus ubi inventa fuerint. (*i*).

Robur huic argumento (ait Leuſdenius) additur, quod hiſtoria Hebraica deſcribit curſum ſtudiorum et ſapientum ſingularium generationum

(*i*) Doctiſſimus Buxtorfius, qui omnia fere ſcripta Judaica de hac re legerat, ex hiſtoriâ Judaeorum de Maſorethis, utpote punctorum vocalium auctoribus, vel inventoribus, nihil planè conſtare affirmat. "Certè (dicit Buxtorfius) ſi non accurata hiſto-" ria, aliquid ſaltem vel per indicia de hâc re reperietur. Atque ne "*gry* quidem, ne vocula, immo ne iota quidem vel apex de Tibe-" rienſibus Maſorethis punctationis auctoribus, in omnibus He-" braeorum ſcriptis, quae mihi ſub manus et oculos hactenus " venerant, et qui ante Eliam ſcripſerunt, reperitur" Magna itaque vis, magnumque pondus, huic argumento manet. Vid. *Buxtorf. de Punctat. Antiquit. p.* 398.

num in Babyloniâ uſque ad annum Chriſti 1000; in Palaeſtinâ vero ad annum uſque 340; atqui nullibi hiſtoria res geſtas talium Tiberienſium enarrat, cum ſanè Hebraei rerum minoris momenti ad ſtudia tantum pertinentium perfectam faciunt mentionem: Utriuſque Talmudis, tam Babylonici quam Hieroſolymitani, inchoationem, elaborationem, et auctores, magnâ diligentiâ et indagine perſcrutati ſunt, et annotârunt. Quidni etiam mentionem feciſſent operis majoris momenti, tangentis ipſam ſacram ſcripturam, ejuſque veram et genuinam lectionem (*k*)? Vid. *Leuſd. Philol. Hebr. p.* 129.

Si vero tales extitiſſent Maſorethae Tiberienſes, mirandum eſt, nullum bonae fidei hiſtoricum hujus rei meminiſſe. Poſt mille annos vero prodiit Elias Levita, qui opus hoc, Maſorethas quoſdam Tiberienſes, poſt annum a nato Chriſto

(*k*) "Clariſſimus Capellus, non mirum eſſe hiſtoriam Hebraicam "eorum punctatorum Tiberienſium non meminiſſe, affirmat, quum "fortaſſe circa annum Chriſti 500 Tiberiade tantum habitaverit "unus aut alter doctiſſimus Rabbinus, qui punctorum auctor fuit; "non enim neceſſe eſt, plures huic punctationis operi primum "vacâſſe: Praeterea, ſaepiſſime contingit, viros magnos et doctos "nonnunquam latitare, et hiſtoriographis ignotos eſſe."
Reſpondetur, non mirum eſſe aliquem doctorum alicubi delituſcere; ſed revera inſtar miraculi videretur, unum aut alterum doctorum tantam auctoritatem ſibi conciliâſſe, ut omnes Judaei illius opus, quod ita privatus molitus fuiſſet, tanquam divinum et coelitus delâpſum approbârint: Praeterea, mirandum eſt, illius unius vel alterius Judaei nullam in hiſtoriis Judaeorum fieri mentionem, quia opus ipſius eſſet praeſtantiſſimum et utiliſſimum, reddens lectionem Biblicam pluſquam decuplo faciliorem.—Attendat hic Lector, quid Capellus reſpondeat, *ſcil.* "Quod fortaſſe tantum unus aut alter fuerit doctor Tiberienſis, qui primus punctorum inventor eſſet; quum antea cum Elia conceſſiſſet primos "Maſorethas fuiſſe multo plures." Vid. *Leuſd. Phil. Heb. p.* 130. Sed hoc non eſt exemplum unicum in arcano punctationis revelato, ubi clariſſimus Capellus a ſemet non parum in multis illius partibus di-

Chriſto quingenteſimum, confeciſſe ſuſpicatur. **An** credibile eſt, tanti conatus, proſpero exultantis cum ſucceſſu, famam apud gentem traditionum omnium, etiam de rebus futilibus tenaciſſimam, ultra brevis aevi ſpatium penitus interiiſſe?

De hâc re audiamus ſententiam eruditiſſimi Lightfooti, nulli ſuae aetatis in hiſtoriâ Judaicâ ſecundi: "Sunt (ait ille) qui punctata Biblia "credunt a ſapientibus Tiberienſibus; ego "impudentiam Judaeorum qui fabulam inve"nerunt non miror: Chriſtianorum creduli"tatem miror, qui applaudunt. Recogno"ſce, quaeſo, nomina Tiberienſium a ſitâ "primum illic academiâ ad eam exſpirantem; "et quidnam tandem inveniet, niſi genus ho"minum prae Pharaiſmo inſaniens et faſcina"tum, caecum, vafrum, delirum, ignoſcant, "ſi dicam, magicum et monſtroſum? Ad opus "tam divinum homines quam ineptos, quam "ſtolidos! Perlege Talmud Hieroſolymitanum, "et nota qualiter illic ſe habeant R. Juda, R. "Chanina, R. Judan. R. Chaija Barba, R. Joe"hanan, R. Jonathan, reliquique inter Tibe"rienſes grandiſſimi doctores: Quam ſerio ni"hil agunt; quam pueriliter ſeria! Quantum "ipſorum diſputationibus vafrities, ſpuma, ve"nenum, fumus, nihil; et ſi punctata Biblia in "iſtiuſmodi ſcholâ credere potes, crede et om"nia Talmudica: Opus Spiritûs Sancti ſapit "punctatio bibliorum, non opus hominum per"ditorum, excaecatorum, amentium." Vid. *Lightfoot, chronographia, cap.* lxxxi. *p.* 142.

Porro,

Porro, vir Doctiſſimus Joannes Gill, et qui in Rabbinicis ſcriptis verſatiſſimus eſſe videtur, in diſſertatione ſuâ de punctorum vocalium antiquitate, ſummâ cum induſtriâ et doctrinâ, ne veſtigium quoddam Maſoretharum, utpote punctorum vocalium auctorum, in totâ hiſtoriâ Judaicâ, a nato Chriſto ad annum 1037, adeſſe affirmat, probatque. (*l*).

Denique, puncta vocalia in ſcriptis orientalibus, et praeſertim Syriacis, tempore Conſtantini Magni, longè ante ſeculum ſextum, quo puncta vocalia a Maſorethis fuiſſe inventa, Capellus, Simonius, aliique fabulantur, extitiſſe conſtat. (*m*).

Doctiſſimus Michaelis, Profeſſor Gottingenſis, ex Ephraemo Syro, longè ante ſeculum quintum, puncta vocalia extitiſſe, clarè oſtendit. Hujus enim tempore (natus autem eſt Ephraemus ſub Conſtantino Magno) et fuiſſe Syris vocales, et jam fuiſſe antiquas, conſtat; diſputat enim Ephraemus de Ana aſinos patris in deſerto paſcente, *Gen*. xxxvi. 24. "Aſinas Syri (ait ille) pluraliter *Chemre*, et "*Chomre* paucitatis infra numerum denarium, "*Chemre*

(*l*) Vid. *A Diſſertation concerning the Hebrew Language, Letters, Vowel Points*, &c. *p*. 136. *8vo, Lond*. 1767. *by* John Gill, D. D.

(*m*) "In Syrorum punctis (ait Doct. Schultenſius) non figuratis illis quae e Graeco fonte hauſta ſeculo VIII. ſed ſimplicius, "idem veſtigium antiquioris ſcriptionis et notationis, ad vocales "indicandas; ac proinde non eſt quod dubitetur, etiam Hebraeis "tempore Moſis ac prophetarum, ſua fuiſſe punctula, quae tandem cumque illa, quibus lectionem intellectionemque et potuerint et voluerint, ubi neceſſe erat, ita figere et finire, quemadmodum ea nunc per ſubſidium vocalium nobis praeſtitetur. "Deſino in prudenti et moderato judicio Clar. Hotting. ibidem "ſubnectentis, Arabes, Syros, Chaldaeos, vocalium expreſſas notas "habuiſſe, nullus dubito. Idem mihi perſuaſum de linguâ Hebraeâ. An vero ab initio ſtatim hae quas habemus vocales "conſonis additae ſint, et figurâ, et numero, in medio nunc relinquo." Vid. *Schult. Inſtit. Ling. Heb. p*. 65.

" *Chemre* pluralis ſit multitudinis: Uterque pluralis, cum ſolis diſtinguatur vocalibus. Ephraemus tamen et damnat alterum, ut idioticum, et addit, ſciendum eſſe in codicibus utriuſque foederis, nuſpiam ſe niſi *Chemre* reperiiſſe."—" Verba (addit Michaelis) adſcribam." Locus de quo ſermo eſt, *in Ephraem. Op. tom.* I. *p.* 184. deprehenditur; ſpectatque *Gen.* xxxvi. 24. quod ſic vertitur a clariſſimo Michaelis: " Sciendum eſt, quod in utroque huc uſque teſtamento ſemper *Chemre* invenerimus, non *Chomre*, ut ex inſcitiâ putant aliqui." Obiter obſervandum eſt, Latinam Ephraemi verſionem haud eſſe accuratam; noſtrum ergo locum clariſſimus Michaelis, melius interpretatus eſt Romano interprete, qui modo addit aliqua, modo detrahit.—" Non poterat haec Ephraemus (addit Michaelis) ſcribere, niſi ipſius tempore puncta vocalia haberent Syri, ut quod verbum idioticum eſſet, quod probum ex codicum punctis judicandum eſſet." Nec tamen haec puncta quinque fuerunt; alioqui non opus habuiſſet Theophilus ſeculo VIII. vocales a Graecis mutuari, ſed tria, ut apud Arabes (*n*). Ex

(*n*) Fuerunt Syris initio tria duntaxat puncta, *a*, *i*, et *o* denotantia: Hae verò tres vocales Syriaca ſcribenti, ut nunc Arabica, ſufficere poterant; ex conſuetudine enim linguae ſtatim conſtat, ſitne Phata hoc loco ut *a*, an ut *e*, efferendum; Keſra ut *e*, an ut *i*; Dammane ſonat *o* an *u*.——Eruditiſſimus Aſſemannus, Jacobum, ſeculo VII. eccleſiae Edeſſenae epiſcopum, ſeptem tentâſſe vocalium figuras, Pauli Antiocheni rogatu, ſed has uſu non fuiſſe vulgatas, affirmat: At, cum ſeculo VIII. Theophilus Edeſſenus Homerum Graecè verteret, nec poſſet antiquis characteribus ſatis diſtinctè nomina propria ſcribere, primum eum auſum eſſe ambiguas voces quinque vocalibus Graecorum notare, quae deinde civitate Syriacâ ſunt donatae. In ſcripturâ hujus codicis, anno Chriſti 861 exarati, maximè notandae ſunt quinque vocalium Syriacarum figurae, ad ſimilitudinem Graecarum efformatae, quae punctorum loco vocalibus lectu difficilioribus apponuntur. Vid. *Aſſem. Biblioth. Rabbin.*

Ex praedictis a Ephraemo Syro, habuiſſe puncta vocalia Syros, plane patet; et hinc recte clariſſimus Michaelis veriſimillimum eſſe puncta vocalia obtinuiſſe apud Hebraeos caeteroſque orientales longe ante ſeculum ſextum, quo tempore novitatis punctorum vocalium auctores ſine ullâ bonâ fide hiſtoriae, puncta inventa fuiſſe a Maſorethis contendunt. (*o*).

Eruditiſſimus Gallus, qui in Encylopediâ hactenus memoratâ nobis literarum orientalium hiſtoriam contexuit, puncta quaedam vocalia linguae Hebraeae Arabicaeque coaeva fuiſſe, exiſtimat; atque numerum vocalium Hebraeorum tum auctum fuiſſe, poſtquam lingua illa vernacula eſſe deſierat, cenſet. (*p*). Nobis

(*o*) Doctiſſimus Michaelis ex hoc loco hæc conſectaria deducit: 1. "Ergo et Judaei videntur jam ante ſeculum IV. puncta vocalia habuiſſe." 2. "Ergo videntur Hebraei antiquitùs tres tantum vocales habuiſſe, *a*, *i*, *o*, nonnunquam tamen *e*, *u*, *y*, pronunciatas; neque haec mera conjectura, ſed ut Coſri libro tres modo vocales numerantur, *Kametz*, *Peticha*, et *Shiber*, h. e. *a*, *e*, *i*." 3. "Ergo eo ipſo tempore quo puncta vocalia habebant orientales, in lapidibus illis non utebantur; nec lapides et numiſmata Phoenicum et Hebraeorum quidquam ad quaeſtionem de antiquitate punctorum diſcernendam faciunt." 4. "Ergo vocales, quas in Maſorethicâ Bibliorum editione legimus, non ſunt antiquae, licet Hebraei vocales antiquitùs habuerint." Vid. *Comment. Gottingenſ. p.* 170. et *ſeq. 4to, Bremae*, 1763.

(*p*) "Les doctes Hébraïſans ont eu de grandes diſputes entre eux ſur l'origine et l'antiquité de ces points et de ces accens; les uns, par un excés de zele, ont prétendu ſoutenir que cette quantité prodigieuſe de points et d'accens étoit auſſi ancienne que les lettres mêmes; leurs adverſaires, au contraire, ont ſoutenû qu'ils étoient nouveaux, et de l'invention des Maſſoretes, qui trouverent le moyen de fixer la leçon du text ſacré, par l'appoſition de ces points-voyelles et des autres remarques marginales. Mais il y a, je crois, un milieu a prendre entre deux ſentimens ſi oppoſés; & il y ne s'agit que de réduire cette ponctuation Hebraique a la ſimplicité de la ponctuation Arabe, et on verra que tout le reſte n'a été imaginé que pour un plus grande exactitude, à cauſe de la profonde vénération que l'on a eu pour le texte Hébreu, &c." Vid. *Recueil de planches ſur les ſciences et les arts, et les characteres, et l'alphabet de langues, part* I. *p.* 1. 2.

Nobis itaque virorum eruditiſſimorum ſententia veriſimillima videtur, qui linguam Hebraeam, ab ipſis artis ſcribendi primordiis, puncta vocales *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, cum longas tum breves denotantia, utcunque formae et figurae horum punctorum variari poſſint, poſſediſſe judicent. Veriſimillimum vero eſt, Ezrae tempore, poſt captivitatem Babylonicam, numerum punctorum auctum fuiſſe; et, ut delicatior illa pronuntiatio quam lingua adhuc viva poſſederat clarius exprimeretur, Schevata illa ſimplicia et compoſita adjecta fuiſſe, quum lingua nullibi vernacula eſſet, ut genuina pronunciatio, quantum fieri potuit, in Moſe et Prophetis praelegendis conſervaretur. Cum enim lingua viveret, non opus fuit hiſce baccillis ad nutantem lectionem fulciendam, et pronunciationem genuinam dirigendam. Ezra enim, magis idoneus nobis veram et genuinam cum pronunciationis tum lectionis linguae Hebraicae ſuppeditandi auctor, quam ullus Maſoretharum, qui ſeculo ſexto, octavo, vel etiam undecimo, vixiſſe dicuntur. (*q*).

III. Argu-

(*q*) Fieri enim poſſit, quòd quidem errores in tranſcribendis exemplaribus Bibliorum ſacrorum irrepſerint: Hi ex fideli et diligenti MSS. collatione corrigendi ſunt; nam procul dubio diverſitas punctorum vocalium in ſacris Bibliis Hebraicis, aequè ac in Corano Arabico, diverſos ſenſus parit; et antea, eaſdem conſonantes variis punctis inſignitas, diverſos ſenſus habere, oſtendimus. In collatione MSS. porro puncti *Dageſch* vocati ratio habenda eſt; ſenſus enim loci ſaepiſſimè hinc pendet.—"Dageſch forti ſublato," (ait clariſſimus Schultenſius), "tertia pars linguae ita obſcuratur, "ut in eâ nihil diſcerni queat. Conjugationes *dageſchatae* omnes, "omnia derivata inde dicta, *conjug*. *Niphal* tria tempora poſtrema verborum defectivorum numeroſiſſimum agmen, cum formis "inde deſcendentibus, alia quae longum percenſere, ita a Dageſch forti pendent, ut id tam neceſſariò adſcribi debuerit, "quam character conjugat. et formae neceſſarius." Vid. *Schultenſ. Inſtit. Ling. Hebr. p.* 79.

Clariſſimus

III. Argumenta illa, quae quibuſdam videntur graviſſima, ad novitatem punctorum vocalium ſtabiliendam, examinare et refellere, conabimur.—Primum argumentum adverſus punctorum vocalium antiquitatem adducitur ex linguâ Samaritanâ, et praeſertim ex Pentateucho Samaritano, quem quidam ſemper exaratum fuiſſe ſine punctis contendunt.—Reſpondetur, non omnino probatum eſſe Samaritanos olim ſcribendo punctis vocalibus non uſos fuiſſe (*r*).

Eruditiſſimus Capellus, aliique porro, exemplaria omnia Pentateuchi Samaritani nulla puncta vocalia habere, magnâ cum fiduciâ affirmant; quia quaedam exemplaria in Europam invecta nullis punctis vocalibus ornentur. Celeber. Prideaux, verum quidem eſſe libros charactere Samaritano exaratos, et in Europam illatos, nulla

Clariſſimus Capellus Dageſch non proſcribere auſus eſt; attamen Judaeos et Chriſtianos peritiores illud facilè ſupplere divinando contendit. Iſta divinatio, quam lectioni ſacrae ſine punctis expediendae advocat ſaepiſſimè, non decora valde; ſenſus enim verbi divini a divinatione non ſuſpendendus. Fallitur porro maximè Capellus, quum Arabes ſuum *Teſdid*, quod planè idem quod *Dageſch* notat, negligere affirmat; nam nullo ſigno frequentius utuntur, etiam tum quum reliqua puncta omittunt: Dageſch enim forte, etiam vivente linguâ Hebraeâ, non commoditatis tantum fuiſſe, ſed abſolutiſſimae neceſſitatis, patet, ut ſine eo ſenſus in plurimis locis conſtare non potuerit.

(*r*) Doctiſſ. enim Poſtellus, Samaritanos, tempore Hieronymi, puncta habuiſſe, et eorum abſentiam a textu Samaritano cauſam depravatae eorum lectionis eſſe, affirmat: "Punctis hodie (ait Poſtellus) quae habebant Hieronymi temporibus carent: leguntque ſine punctis, admodum depravatè." Vid. *Poſtell. in alphabeto 22 linguarum, apud Buxtorfium, p.* 157.

Clariſſimus Capellus et Waltonus literas Samaritanas punctorum eſſe impatientes acriter contendunt: Sed, ſi hoc concederetur, (quod interim nondum probatum eſt), quo pacto Samaritanos characteres nulla unquam puncta habuiſſe evincent, quae non minus ac Arabica aliquando omitti potuerint. Vid. *Loeſcherum de cauſ. ling. Hebr. p.* 278.

nulla puncta vocalia habere agnoſcit; ſed hinc, nullum pro certo affirmare poſſe, Samaritanos nulla omnino puncta vocalia habuiſſe, jure contendit (*s*).

Exemplaria quaedam Samaritani Pentateuchi punctis vocalibus exarata fuiſſe videntur ex epiſtolâ Petri a Valle, Doct. Morino, in quâ Morinum certiorem facit de exemplari quodam Pentateuchi Samaritani quod ſibi punctis vocalibus inſtructum fuiſſe videbatur (*t*).

† K 2. Argu-

(*s*) "All that can be ſaid againſt this, (ait Doctiſſ. Prideaux), *viz.* of the Hebrew's having no vowel points, is, that the Samaritan hath no ſuch vowels; but although it be now grown to be a dead language, as well as the Hebrew, it is taught and learnt without them. To this I anſwer, that it is true, that all the books, which we have as yet brought us into theſe weſtern parts in the Samaritan character, are written only with the letters, and without any ſuch marks as the Hebrew Bibles now have to denote the vowels, or any other inſtead of them. But this doth not prove, that they have no ſuch vowels in uſe among them; multitudes of books are brought us out of the Eaſt in Hebrew, Syriac, Arabic, Turkiſh, and Perſian, all written with the letters only without any vowel-marks. But this doth not prove that they have none; for it is certain that they all have them, and uſe them where there is need of them; and therefore it is no evidence but that the Samaritan may have them alſo, though all the books which we have hitherto ſeen in it are written without them." Vid. *Prideaux, ubi ſupra, p.* 356.

(*t*) "De pronunciatione vocalium (ait a Valle) apud Samaritanos nil auſim dicere, cum neque eorum linguam intelligam, neque illos legentes unquam audiverim; illud tantum obſervavi, hujuſce exemplaris mei ſcriptorem, in quibuſdam dictionibus, quas evolvendo librum facilè reperies, ſuper aliquas literas virgulas quaſdam ſeu lineolas appoſuiſſe, vel jacentes, vel dextrorſum aliquantulum erectas, inſtar accentûs acuti Graecorum, quod praeſtitiſſe procul dubio opinor ad tollendam lectori omnem de earum pronunciatione ambiguitatem." Vid. *Morin. Antiquit. Eccleſ. Orient. p.* 199, 200.

Revera, hae virgulae, ſeu lineolae appoſitae, vel jacentes, vel dextrorſum aliquantulum erectae, inſtar accentûs acuti Graecorum, videntur ſimiles eſſe vel ejuſdem indolis cum hiſce punctis in antiquiſſimis Corani exemplaribus exarandis uſurpatis. Ecce reſponſum clariſſimi Morini huic epiſtolae: "Quod ad virgulas,

" quas

2. Argumentum, quod graviſſimum a quibuſdam creditur contra antiquitatem punctorum vocalium, a ſanctiſſimis legis voluminibus petitum eſt, quibus Judaei ultra hominum memoriam hodienum etiam in ſynagogis utuntur, quoties ſacrum codicem praelegunt. Hoc, cum punctis deſtituatur, certiſſimum multis videtur, primos etiam codices iiſdem caruiſſe; maxime cum punctati codices Judaeis profani, ſoli vero non punctati ſancti, dicantur.

Huic vero argumento reſpondetur, Judaeos doctiſſimos ſe iſtâ conſuetudine hoc docere nolle, Biblia antiquiſſima non punctata fuiſſe; eoſque omiſſionem ſive abſentiam punctorum in ſacris codicibus fateri a Cabalae ſtudio deſcendiſſe, patet, cum punctatae voces in vanos Cabaliſtarum ſenſus ſe diſtrahi non patiantur; quodque, nimia quam in ſacris codicibus requirunt, miraque accuratio et correctionum averſatio eadem excluſerit, cum, adſcriptis tot punctis, non ſaepius errores committere difficillimum ſit (*u*).

Doctiſſimus

" quas dictionum quibuſdam literis imminentes animadvertiſti, " multò frequentiores ſunt in noſtro codice, quam in tuo; uſu " autem didici, *illis ſignificari verbum in uſitatiore ſignificatione eſſe* " *ſumendum, vel verbum paſſive intelligendum, vel contra formam* " *ſcribi, vel quid ſimile.*"—Agnoſcit clariſſimus Morinus, illas virgulas frequentiores eſſe in ſuo codice: Sed vix intelligere poſſumus, quomodo diſcere potuiſſet Morinus, illas ſignificare verbum paſſivè eſſe intelligendum, niſi hae virgulae vocales deſignarent; nam notum eſt, paſſivas formas in Arabicis, uti etiam plerumque in Hebraicis conjugationibus, ſolum vocalibus diſtingui. Vid. *Morin. Antiquit. Eccleſ. Oriental. p.* 217.

(*u*) Vid. R. Aſarias in Meor. Enaim, *cap.* lix. Arcuvolti, alioſque, quorum teſtimonia collegit Buxtorfius, et qui ex verbis Bechai morem iſtum non punctandi libros ſacros ſero, et cum ſtudio Cabaliſtico, ortum eſſe affirmat. Vid. *Buxtorf. de Antiq. punct. p.* 53.——Quodque manifeſtè deprehenditur ex hiſce R. Bechai ad

Num.

Doctiſſimus Gallus, quem antea memoravimus, originem bibliorum ſacrorum ſine punctis Cabaliſtis adſcribit, qui, ut ſcripturam facilius in varios ſenſus detorquerent, hunc morem introduxerunt (*v*).

Denique, uſum puncta vocalia omittendi in exemplaribus in ſynagogis, toti genti in omnibus ubivis ſynagogis communem, nullo idoneo teſtimonio probatum eſſe patet. Noſtra autem nihil refert, quid pauci Judaei occidentales in ſynagogis ſuis faciant, quum nos penitus lateat plurimorum et celebriorum uſus et conſuetudo. Nobis veriſimilius, Karaitas exemplaria ſua legis Moſeos etiam in ſynagogis conſervata punctata ſemper habuiſſe, videtur: Quod plane ab iis, in tractatu illo ſcripto a Mardochaeo Caraita ad clariſſimum Triglandum, innui, etiam ſupponi, videatur. Nondum probatum eſt, ait Cl. Leuſdenius, Pentateuchos qui in ſynagogis conſervantur ſemper ſine punctis fuiſſe conſcriptos.

Num. xi. 5. Quia, addit ille, non niſi unicum vox punctata admittit ſenſum; voce verò non punctatâ, poteſt aliquis intelligere et invenire multos eoſque admirandos et eximios ſenſus. Atque hoc eſt, quare ipſe liber legis punctatus profanus dicitur, teſte Ephodeo, *cap.* 5. quod nimirum apud illos lex praeter ſenſum literalem habeat ſeptuaginta facies ſeu modos explicandi, ut ex Aben Ezrâ docet Munſterus in praefatione Bibliorum.

(*v*) " La diſcuſſion des points voyelles ſeroit ici terminée toute
" en leur faveur, ſi les adverſaires de ſon antiquité n'avoient
" encore à nous oppoſer deux puiſſantes autorités. Le Penta-
" teuche Samaritain n'a point de ponctuation, et les Bibles He-
" braiques qui liſent les Rabbins dans leur ſynagogues, pour l'in-
" ſtruire leur peuple, n'en ont point non plus, et c'eſt une regle
" chez eux, que les livres ponctués ne doivent jamais ſervir à cet
" uſage. Nous repondrons à ces objections: 1*mo*, Que le Penta-
" teuche Samaritain n'a jamais eté aſſez connu, ni aſſez multiplié,
" pour que l'on puiſſe ſavoir ou non, ſi tous les exemplaires qui
" en ont exiſté ont tous eté generalement denués des ponctua-
" tion. 2*do*, Que les Rabbins qui liſent les Bibles non ponctués
" n'ont

tos. Rabbi Bechai enim contrarium videtur innuere. Vid. *Leuſd. Philolog. Hebr. p.* 137.

3. Ab punctorum novitatis defenſoribus, ſeptuaginta-viralem verſionem, caeteraſque antiquiſſimas verſiones, ex libris non punctatis factas fuiſſe, urgetur. Reſpondetur, maniteſtum eſſe, pleraſque diſcrepantias inter textum Hebraeum et Graecum oriri, non a punctorum abſentià vel neglectu, ſed a literarum confuſione, omiſſione, et additione vocum, immo phraſium integrarum, qualia etiam in punctatis codicibus evenire potuerant.—" Hinc (ait doctiſſ. Druſius)

" n'ont nulle peine à le faire, parce qu'ils ont tous appris à lire
" et à parler leur langue dans le Bible qui ont tout l'appareil
" grammaticale, et qui ſervent à l'intelligence de cettes qui ne
" l'ont pas. D'ailleurs, qui ne ſait que ces Rabbins, toujours livrés
" à l'illuſion, ne ſe ſervent de Bibles ſans voyelles pour inſtruire
" leur troupeau, que pour y trouver, à ce qu'ils diſent, les ſour-
" ces du Saint-Eſprit plus riches et plus abondantes en inſtruc-
" tion; parce qu'il n'y a pas en effet un mot dans les Bibles de
" cette eſpece, qui ne puiſſe avoir une infinité de valeur par
" une imagination echauffeé, qui veut ſe repaitre de chimere,
" et qui veut en entretenir les autres. C'eſt par cette meme
" raiſon que les Cabaliſtes font auſſi ſi peu de cas de la ponc-
" tuation; elle les generoit; et ils ne veulent point être genés
" dans leur extravagances; ils veulent en toute liberté ſuppo-
" ſer les voyelles, analyſer les lettres, decompoſer les mots, et
" renverſer les ſyllabes; comme ſi les livres ſacrés n'etoient pour
" eux qu'un repertoire d'anagrames et de logogryphes. L'abus
" que ces pretendus ſages ont fait de la Bible dans tous le tems,
" et les reveries inconcevables où les Rabbins, le texte a la main,
" ſe plongent dans leur ſynagogues, ſemblent ici nous avertir
" tacitement de l'origine des livres non ponctués, et nous indi-
" quer leur ſource et leur principe dans le dereglemens de l'i-
" magination; les Bibles muetes ne pourroient-elles point être
" les filles du myſtere, puiſqu'elles ont été pour les Juifs l'oc-
" caſion de tant de fables myſterieuſes? Ce ſoupçon qui me-
" rite d'etre approfondi, ſi l'on veut connoitre les cauſes qui ont
" repandu dans le monde des livres ponctués et non ponctués,
" et les ſuites qu'elles ont eû, nous conduit au veritable point
" de vûe, ſous quelle on doit neceſſairement conſiderer l'uſage et
" l'origine même des points voyelles, *&c.*" Vid. *Encyclopedie des ſciences, tom.* viii. *p.* 79, 80. *ſub voce Hebraique.*

Druſius) " imperitiam, negligentiam ſingula-
" rem in legendo, et oſcitantiam tantis viris
" indignam, qui in eâ editione non videat, ni-
" hil videt." Vid. *Druſ. obſervat. lib.* vi. *cap.* 9.

Veriſimillimum, verſionem eam genuinam LXX interpretum non amplius nobis ſub manus eſſe, ut proinde ex adulteratâ et corruptâ verſione pro abſentia punctorum nihil firmiter concludi poſſit. (*w*).

Clariſſimus Capellus, Waltonus, etiamque Simonius, aliique, etiamſi antiquitatem punctorum

(*w*) Doctiſſimus Druſius in ſcholiis ad hoc caput: " Quod aio " ad editionem Graecam, quâ vulgo utimur, LXX Interpretum " non eſſe, ſed eam, quae ad nos pervenit, corruptam eſſe dico, " ſic adeo ut viris illis, ſine maximâ ipſorum infamiâ, tribui non " poſſit."

Doctiſſ. Schindlerus, in Lexico Pentaglotto, LXX Interpretes tantum quinque libros Moſeôs tranſtuliſſe, authenticumque exemplar horum librorum in Graecâ linguâ combuſtum fuiſſe a militibus Pompeii in oppugnatione Alexandriae, exiſtimat, in voce חמשי: " Ergo (inquit Schindlerus) tantum חומש ſeu quinque " libri Moſis a LXX tranſlati fuerunt ex linguâ ſanctâ in lin- " guam Graecam. Et ipſorum verſio periit, cum bibliotheca a " Pompeii exercitu combureretur."

Divus Hieronymus LXX Interpretum corruptionem non diſſimulat, cum in primo libro Commentar. ad Michae, *cap.* ii. ita ſcribit: " Interpretatio ſeptuaginta, ſi tamen LXX eſt, (Joſephus enim " ſcribit, et Hebraei tradunt, quinque tantum libros Moſis ab eis " tranſlatos, et Ptolomæo regi traditos), tantum diſcordat in prae- " ſenti loco ab Hebraicâ veritate, ut nec capita poſſimus ex ae- " quo ponere, nec eorum ſimul ſententias explicare."

Eruditiſſimus Praeſul Uſſerius negat quidem genuinam LXX verſionem adhuc ſupereſſe, ſed alteram communiſſimam, Vulgatam " vulgo dictam, (quae huic ſuccreſcens in locum et nomen illius " ſucceſſit), ad noſtra uſque tempora conſervatam eſſe fatetur, " ſed varie mixtam et corruptam." Vid. *Uſſer. de edit.* LXX, *cap.* ii.

Santes Pagninus, de hâc re diſſerens, ait: " Nos ſummo ſtudio, " curâ, et diligentiâ, LXX interpretationem cum Hebraeo contu- " limus; et tot invenimus addita, deſumpta, depravata, immu- " tata, et ab Hebraeo prorſus aliena, ut mihi perſuadere ne- " queam illam eſſe LXX Interpretum."

Ex hiſce videamus temeritatem Capelli, Houbigantii, aliorumque, qui textum Hebraeum ex variis verſionibus ſine auctoritate MSS.

torum vocalium impugnent, horum cum utilitatem, tum neceſſitatem, non tantum ad linguam Hebraeam diſcendam, ſed etiam ad Biblia Hebraica legenda, praeſertim ex quo lingua illa vernacula eſſe deſierat, agnoſcunt. Hocce vero ſeculo, quidam viri docti exorti ſunt, qui non tantum punctorum vocalium novitatem acriter propugnant, inutilitatemque eorum praedicantes, audacterque diſcipulis ſuis inculcantes, ea potius impedimenta eſſe ad linguam Hebraeam diſcendam, verùm etiam puncta illa planè

MSS. et quidem melioris notae, emendare auſi ſint. Variae vero lectiones proprie dictae ſunt diſcrepantiae in codicibus Hebraicis melioris notae; non vero manifeſti errores in quibuſdam MSS. multo minus ſphalmata typographica, et mendaces vocum Hebraicarum verſiones; talia enim nequaquam titulum variantium lectionum merentur. Cl. Lud. Capellus ex variis Vet. Teſt. libris, ex codice Samaritano, variiſque editionibus textûs Hebraici, ex verſione LXX Interpretum, Aquilae, Theodotionis, et Symmachi, ex Vulgatâ, Syriacâ, et Arabicâ verſione, &c. 1826 varias lectiones collegit, uti conſtat ex ſummâ quae ad calcem Criticae Sacrae a Capello filio ſuo, magnâ cum pompâ, apponitur. Verum, quâ lege omnes hae diſcrepantiae variarum lectionum nomine jure inſignirentur, nondum oſtendit. Ubi vero Capellus ſe accingit ad monſtrandas in codicibus Hebraicis diſcrepantias, notat ſolummodo quatuor circa puncta, novem circa literas, quatuor circa voces, unamque ſolùm circa integros verſiculos.—"Quantum ad alias, quae aliunde colliguntur, (uti notat doctiſſimus Templer), "variarum lectionum nomen minime merentur. Si nobis perſuadere voluiſſet ex varietatibus in antiquis verſionibus patere, "earum concinnatores coram habuiſſe exempla, quae perinde "diſcrepabant atque verſiones, ab hodierno codice Hebraico demonſtrare debuerat: 1. Tranſlatores ne vel latum pilum aberrâſſe in reddendis vocibus Hebraicis. 2. Librarios nunquam ſuo defuiſſe officio. Quandoquidem varietas imperitiae "aut incuriae in horum altero vel utroque aſcribatur, juxta atque defectui in exemplaribus Hebraicis. 3. Oſtendi oportuit, "quare Maſorethae, ad ſtuporem induſtrii in omnibus notandis "quae ſpectant ad textum Hebraicum, ſilentio praeterirent diſcrepantias in Hebraicis codicibus, quas olim extitiſſe opinatur. "Si quis Capelli veſtigiis inſiſtere, vel veritatem Hebraicam antiquis verſionibus conformem reddere, moliretur, perinde facturus eſt, ac ſi ſolem ipſum ad horologium aptaret. Non decet quenquam in libro Dei eſſe tam ingenioſum." Vid. *Templer Exercitat. Theolog. de Sacr. Canone, p. 74.*

planè ſenſum textûs Hebræi, contra cum indolem linguae ipſius Hebraeae, rectaeque rationis, aut virorum harum linguarum peritiſſimorum, tum etiam dialectorum orientalium auctoritatem, corrumpere fidenter acriterque contendunt. Inter quos clariſſimus Bulaeus, Le Sieur Rimeur, Maſclefus, Galli, Hutchinſonius, omneſque ejus diſcipuli Britanni, eminent.

Doctiſſimus Maſclefus canonicus Ambianenſis, Maſorethas veram S. codicis lectionem conſervâſſe omnino negat; faceſſere ergo jubet illa puncta vocalia reliquaſque notulas, quibus parum indigeat Hebraeus codex, ſuae ſibi lectionis per ſolas literas certiſſimus dux et index (*x*). Eum in finem aſſumit, ut dubio vacuum, literas אהוי non tantum, ſed etiam ח et ע, eaſque nihil aliud eſſe quam puras putas vocales: In quibus א facit *a* longum, ה *e* breve, ו *ou*, ſive potius medium quid inter *o* et *u*, utriuſque vices gerens; ח *ê*, ſive *e* longum; Jod י *i*; ע poſtremo *a* breve. Porro, haſce literas ſuas vocales ad promptam linguae lectionem non ſufficere plane perſpiciens, quia nulla ex hiſce in multis vocibus, multo minus ſyllabis, Hebraeis exſtent, vi ſui luxuriantis ingenii, vocales auxiliares ſibi finxit,

(*x*) Cl. Maſclefus, Maſorethas, in excogitandis inſcribendiſque Hebraeo textui punctis vocalibus, nequaquam certâ ac conſtanti traditione, ſed uno tantummodo Hebraeo textu ac anilibus et falſis hinc inde conquiſitis rumuſculis ac commentis, adjutos fuiſſe contendit; eoſque præterea ſuas opiniones præconceptas ſecutos eſſe, quae tantum abeſt ut veritati Chriſtianae conſentiant, ut ſaepiſſime ipſi e diametro adverſentur. Denique, grammaticam hactenus tradi ſolitam, ad diſcrimen literarum et punctorum, plenam eſſe nugis et tricis contendit, quae veram lectionem ſacri codicis, et linguae Hebraeae naturam, ita conturbet, ut nunquam ad certam et expeditam ejus notitiam penetrari queat. Vid. *Maſclef. Prolegom. p. 6. 36.*

finxit, quarum ope conſonantes ſuo modo pronunciat. Tum ponit, quotae ex reliquis literis verae conſonantes ſunt, duae, nulla interveniente vocali, eas in unam ſyllabam jungendas ope auxiliaris vocalis, extra textum adſciſcendae ad eum ſonum quem conſonans ſuâ ſponte trahit. Sic vocalis quae ſequitur Beth eſt E; igitur E eſt ſemper vocalis τῷ Beth; ſic etiam ג reſonat in *i*; ד *daleth* in *a*; ז *zain* item in *a*, ut et כ, ל, ס, et צ. Tet ט iterum in *e* cadit, cum מ, פ et ר. In נ Nun *u*; In ק *o*; prout *i* denuo in ש, auditur.

Ex indole vero linguae ipſius Hebraeae, ejuſque dialectorum, hoc figmentum Maſclefi inane et ab omni veritatis ſpecie alienum eſſe apparet. Literas enim אהוחיע eſſe conſonantes in linguâ Hebraeâ ex Arabicâ, ſupra evicimus; omneſque has literas habere ſibi conjuncta puncta quae vocales *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, deſignant, oſtendimus. Verum quidem eſt Doctiſſ. Simonium citâſſe Hieronymum non ſolum Aleph, Waw, Jod, ſed etiam Heth et Ain, inter vocales recenſentem. Sed hoc ex inſigni errore factum ab Hieronymo plane evicit Doctiſſ. Clericus, qui eruditionem Hebraicam Hieronymi multum abſuiſſe ab eâ perfectione, quam ei affingat Joannes Martinaeus, Monachus Benedictinus, oſtendit (*y*).

Eruditiſſ.

(*y*) Judice enim Clerico, " Tota nimirum mihi fuiſſe videtur (ait ille) " ſita in collatione interpretum antiquorum, atque in " nonnullis quæ acceperat a Judaeis quorum multa exigui pretii, " &c." Vid. *Quaeſt. Hieron. p.* 74. 12*mo*, *Amſtelod.* 1700.

Audiatur eruditiſſimus Schultenſius de hâc re diſſerens: " Ad " eam de matribus lectionum enucleatius, ut obſcuriſſima mate- " ria

Eruditiſſ. Gallus, in Encyclopœdia, Maſclefum, caeteroſque qui literas אהוי vocales fuiſſe in linguâ Hebraeâ contendunt, plane refutat. Hicce vir doctus, ignorantiam ſummam hujus ſyſtematis Maſclefi baſin eſſe, affirmare non dubitavit; ſeque illius mentionem non facturum fuiſſe profitetur, niſi plurimos ab errore avertere, qui hocce etiam tempore Pariſiis oleum et operam, in diſcendâ linguâ Hebraicâ ſecundum Maſclefi inane ſyſtema, perdant, in animo habuiſſet (z).

† L Hinc

" ria, quam paucos intellexiſſe video, clarâ in luce locetur. Nunc " dicam, ni Aleph, He, Waw, et Jod, aeque ac Heth et Hhhain " accenſeantur conſonantibus, et Hebraeam, et orientales ſimul " linguas, quae ejuſdem cum Hebraeâ originis et indolis, a fun- " damentis ita ſubverti, ut, pro pulchro aedificio, nil niſi defor- " mes habeas ruinas et coecum chaos. Hoc manibus oculiſque " palpandum praebet ingenii luxuriantis foetus, ab anonymo " Gallo in lucem editus Pariſiis anno 1716. Inſcribitur, *Gram-* " *matica Hebraea, a punctis aliiſque inventis Maſorethicis libera.*" Vid. *Schultenſ. Inſtitut. ad fund. ling. Hebr. p.* 22,-23.

(z) " Maſclef Chanoine d'Amiens, s'aviſa en 1716 de publier " une Grammaire Hébraïque, dans laquelle, rejettant et l'antiquité " des points, et l'autorité de la Maſſore, il prétendoit, qu'on " devoit donner aux lettres Hébraïques le ſon qu'elles ont dans " l'alphabet; ainſi par-tout où il ſe trouveroit un *Beth, Ghimel,* " *Dhaleth,* il prononçoit *Bi, Gi, Da,* &c. en ſorte que ſuivant ce " nouveau ſyſteme, au lieu de Moſcheh, Canaan, Manaſcheh, " Selamoh, il faudra lire, Meſcheh, Canouan, Menouſcheh, Se- " lamech: Syſtème auſſi ridicule que mal conçû, & qui ne tend " pas moins qu'a renverſer toute la Grammaire Hébraïque:"— Quo nomine tantam adficiam temeritatem! (dit le ſçavant M. Schultenz) " hoc non tantùm illudere orbi erudito, ſed etiam in- " ſultare publicum; ſuamque in eo famam parùm curent, neceſſe " eſt, qui talia ſcribere audent. Ne mentionem quidem feciſſem " tantae vanitatis, niſi materia coegiſſet."—" En effet l'ignorance " groſſiere qui fait la baſe de tout ce ſyſteme, eſt celle qui je " n'euſſe point rapporté moi même ces paroles de M. Schultenz, " ſi je n'avois eu deſſein de detourner pluſieurs perſonnes, qui " encore aujourd'hui à Paris perdent leur temps à vouloir ap- " prendre l'Hebreu d'apres ces principes." Vid. *l'Encycloped. Françoiſe de planches, caracteres, & alphabets de langues mortes & vivants, tom. II. p.* 2.

Hinc ſtatutum ab illuſtriſſimo Aureliae principe videmus, quum munus linguae Hebraeae docendae Pariſiis 1751 inſtituiſſet, ut literarum Hebraearum Profeſſor diſcipulos ſuos linguam Hebraeam cum punctis vocalibus, more antiquiſſimo Judaeorum, doceret (*a*).

Doctiſſ. Schultenſius temeritatem hujus Canonici tantam eſſe affirmat, ut non illudere tantum orbi erudito, ſed etiam inſultare, hoc modo conatus ſit: " Repeto ergo, (ait ille,) " quod ſupra poſui, et cum ſummâ fiduciâ con" firmo, nec linguam Hebraeam, nec dialectos " ejus, Chaldaeam, Syriacam, Arabicam, ſtare " poſſe, ſi literæ אהויחעי vocalibus annumerentur. " Id Hieronymo condonare poſſum, cui, pro " ratione ſui temporis ſatis magna, pro noſtri " exigua, fuit grammaticae Hebraeae cognitio. " Ignoſcere quoque poſſum tum noſtris, quod " ſub initio Reformationis ſeculo xvi. auctoritas " traxit Hieronymi, quum grammatica He" braea, per Reuchlinum, Munſterum, alioſque " delineata, rudis adhuc eſſet et informis, ne" que lux dialectorum ei eſſet illata. Sed " non video quî ignoſci queat Richardo Simo" ni, poſt grammaticam Chaldaeam, Syriacam, " et

(*a*) " Feu Monſeigneur le Duc d'Orleans, qui ſentoit mieux " que perſonne combien il eſt préjudiciable aux ſaintes lettres, " de negliger l'etude de la langue Hébraïque, a fondé, en 1751, " dans les Écoles de Sorbonne, une chaire pour interpreter l'ecri" ture ſelon le text Hebreu, &c.—Enſuite, pendant quinze jours, " ou un mois au plus, il interrogera ſes diſciples pour connoitre " s'ils ſont inſtruits des principes de la langue Hébraïque, & ſur " les points Hebreux, ſelon la methode accoutumée des Juifs, & " non point ſelon les nouvelles methodes, ou toutes autres, par " leſquelles on enſeigneroit l'Hebreu ſans ſe ſervir de points, &c." Vid. *Preface de la Grammaire Hebraique, par M. L'Abbe L'Advocat, p. 5, 11, 12. 8vo, a Paris*, 1765.

" et Arabicam, ſeculo xvii. feliciſſime conſti-
" tutam, idem illud recoquenti, et confiden-
" ter inculcanti. Si calluit linguas orientales,
" quid ſcribit ac ſi non calluiſſet et vix a li-
" mine ſalutâſſet ? Si non calluit, quid critico-
" rum agit criticum ac ſi eas percalluiſſet ? At-
" qui haec quidem, non ſtudium, ſed liquida
" expreſſit veritas, ob quam, in re gravis mo-
" menti, huc deſcendendum fuit, ne harum lin-
" guarum minus peritis, vel in totum experti-
" bus, oculi praeſtringerentur, quaſi incerta
" eſſent omnia, ubi adeo circa prima linguae
" elementa diſſidetur." (*b*).—Vid. *Schult. inſt. ling. Heb. p.* 23.

Clariſſimus

(*b*) Nuper vero Doctiſſ. Gregorius Sharp ſyſtema Maſclefi ſuo modo confirmare aggreſſus eſt, primigeniaſque vocales eſſe א *a*, ה *e*, ו *u*, י *i*, ע *o*, eaſque ſemper eſſe lougas, contendit, ita ut nulla alia vocalis brevis in linguâ Hebraeâ exſtet, praeter unicam (*e*) quam vocalis ſupplementalis (*a ſupplemental vowel*) titulo inſignivit, et quam addendam conſonantibus ubique eſſe affirmat, ubi nulla ex literis אהוחויע occurrant. Sed haecce vocalis ſupplementalis *e* ſive *e* aeque fictitia, et ab indole omnium linguarum orientalium aliena, ac illae Maſclefi, videtur; nam valde diverſam Hebraeam cum ab indole linguae Graecae tum Latinae, antea monſtravimus.

" The original vowels, (ait Doct. Sharp), or *matres lectionis*, are
" א (*a*) ה (*e*) ו (*u*) י (*i*) ע (*o*); theſe are always long. In a ſylla-
" ble where none of theſe occur, which requires a vowel to give
" it utterance, a ſhort vowel muſt be ſupplied; and though I don't
" think it of very great conſequence to determine which of the
" vowels ought to be employed in this ſervice, yet I cannot, for
" ſome ſubſequent reaſons, avoid giving the preference to (*e*). This
" ſupplemental vowel you will eaſily diſtinguiſh, by the rapidity of
" its pronunciation, from the long *e* (ה). And thus you may read
" Hebrew fluently, &c." Vid. *Letters on the Hebrew Language, p.* 5.

" Having reſtored the antient vowels, I ſhall now endeavour
" to reſtore their uſe in the antient and true manner of reading
" Hebrew; and this will open a new and ſolid argument in fa-
" vour of the old excluded vowels againſt the modern *apices*.
Vid. *Diſſertat. upon the original powers of letters, p.* 93.

Vir doctiſſimus ſeſe antiquas vocales Hebraeorum, priſcumque earum uſum, in antiquo et vero legendi Hebraica modo, reſtituiſſe

" jactat;

Clariſſimus Hutchinſonius Britannus, punctorum vocalium adverſarius acerrimus, Maſclefi hypotheſin ſuper conjecturâ aequé inani et vanâ ac unquam in mentem hominis ſubierat eſſe fundatam, affirmare haud dubitavit (*c*).

Hicce vir clarus, Hebraicam punctatam nullam cum ſcriptâ affinitatem colere, et vocabula ita mutari ut eorum ſenſus et ſignificatio plané mutaretur, ſine ullâ veritatis ſpecie, acriter contendit: Et hinc linguam Hebraeam, quum

jactat: Nos vero ſupra, talem hypotheſin eſſe non tantum contra linguae Hebraeae ſed omnium dialectorum orientalium analogiam fuiſſe, monſtravimus: Aequus vero lector obſervet, omnes novitatis punctorum propugnatores ſeſe naturalem linguam Hebraeam legendi modum inveniſſe jactâſſe, interim vero maxime inter ſemet diſcrepaſſe; quod vero indicio eſt, omnes plané a vero aberrâſſe; et revera argumentum ſolidum, contra fictitias illas vocales, pro antiquitate punctorum vocalium, videtur. Doctiſſ. Sharp, juxta ſua principia Hebraica legendi, vocem קרא legendum eſſe *quera*, contendit: Hic etiam a Maſclefo diffidens, qui קרא *koura* legendam vult contra Maſorethas, qui קרא pronunciandam eſſe velint. Utroſque teretibus auribus deſtitutos fuiſſe pronuntiat; "קרא *quera*, (ait Cl. Sharpius), *a partridge*, "which the Maſorites have pointed to be read קרא *quoree*, with "the two long vowels (ּ) and (ֵ). Nor is Maſclef at all nearer the note in his *u* of the diphthong, in the name of the "firſt letter of the word (ק), which he calls *kouph*, and קרא he "calls *koura*. Compare theſe ſounds with the bird's native note, "and be determined by that, which may ſerve to prove, once for "all, that neither the *Maſorets* nor *Maſclef* had an ear." Vid. *Sharp's ſeven Letters*, &c. *p.* 7.

(*c*) "Under covert of this diſcovery, Maſclef has done as Sir "Iſaac Newton did, taken up an idle rejected ſcheme, which none "durſt offer in Capellus's time, and which could not paſs when "Buleus firſt propoſed it; becauſe there was ſome knowledge and "ſome regard for the S. S. then, and has taken the ſeaſonable "opportunity to offer it again, when he thought there was neither. He propoſes to quit us of the trouble of learning, and "writing, and reading, by the Maſoretick points; and put us in "the ſtate the Jews were before they uſed thoſe points, without "knowing, much leſs ſtating, the condition they were in; and "puts us upon uſing a ſcheme inſtead of it, upon a falſe ſuppoſition, as his predeceſſor Le Sieur Rimeur, *de Racines Hebraiques*, "tells

quum punctis inſignita fuerat, conformem linguis tunc temporis in uſu redditam fuiſſe, audacter affirmat. Praeterea, puncta vocalia omnem linguae perfectionem genuinam, tam brevitatem, quam ſimplicitatem, ſine ullâ rationis aut argumenti auctoritate, ademiſſe aſſeverat; etiamque, puncta ſub pronunciationis lectioniſque conſtituendae ſpecie addita naturales partium orationis diſtinctiones abſtuliſſe, temere pronuntiat. Additque porro, puncta vocalia linguam Hebraeam arbitrariam, confuſumque chaos, reddidiſſe, eamque nativis perfectionibus prorſus exuiſſe, ita ut ne quidem Hebraica punctata tales habeat dotes, quales linguae recentiores poſſideant. Denique, puncta tantum memoriae oneri eſſe, adeoque auctores punctorum, ut nullus linguam diſcere poſſet, plane in animo habuiſſe.

Haec vero, utcunque abſurda, et ab omni veritatis ſpecie aliena, et ſine ullâ probatione prolata, tamen avidiſſime a multis in Britanniâ recepta fuere. Haecce maxime a vero aliena eſſe, tam ex naturâ et indole ipſius linguae Hebraeae, quam ex ejus dialectorum Syriacae et Arabicae, quas

" tells us, that the ſacred Hebrew Scriptures had vowels between " the conſonants, and that the Maſorets outed them to put in " their vowel points, which Maſclef undertakes to ſupply, with- " out conſidering conſequences, by inſerting a vowel between " each two conſonants, where there is none in the text, fixing " the ſounds of the conſonants and vowels without either rules " or reaſons, and fixing ſuch a vowel after ſuch a conſonant, " upon the moſt groundleſs conjecture that ever entered into the " head of a man; and, though he owns 'tis not as the ancient " Hebrews pronounced, yet Le Sieur has the aſſurance to tell us, " (*p.* 70. *Preface.*) they will find here the Hebrew of the holy " books, ſuch as the Antients had it." Vid. *Hutchinſon's Works*, *vol.* VII. *p.* 268,-9.

quas ſemper ab origine ſcribendi puncta poſſediſſe ſupra oſtendimus, patet (*d*).

Nobiſmet gratulari liceat, clariſſimum Capellum, Waltonum, etiamque Simonium, hic ad varias et inanes hypotheſes Maſclefi, Hutchinſonii, aliorumque, inutilitatem punctorum vocalium propugnantium, refellendas, benignâ manu nobis auxilium ſuppeditâſſe: Unde ſperandum eſt, argumenta ab illis allata majore cum favore ab iis acceptum iri qui horum ſententiam amplexi ſunt. Clariſſimus Hutchinſon. paſſim in operibus ſuis, Maſorethas malignè puncta paſſim addidiſſe, ut inſanam Judaeorum ſuperſtitionem adverſus Chriſtianam fidem adſtruerent, affirmat; clariſſimus Capellus vero contrarium

(*d*) "The pointed Hebrew (ait Hutchinſon) is nothing akin to "the written Hebrew; not only many of the words are ſo chan-"ged as to change their ſenſe, but it is conform to the langua-"ges in uſe when it was pointed; takes away all the perfecti-"on in the original, ſuch as the conciſeneſs and the ſimplicity "of the language, though it was done under pretence of ſettling "the pronunciation, and reading it; takes away even the na-"tural, audible, and infallible diſtinctions in the parts of ſpeak-"ing grammar, which, when it was ſpoken, was learned with one "tenth part of the labour or memory with which any other "language was ever learned; and, in writing, has not one third "of the number of characters uſed, as are uſed in other tongues, "to expreſs the ſame ſentence. Pointing has made it an arbi-"trary hodge-podge, with neither the native perfections, nor "with ſuch as are in the new languages, but with ſuch a burden "of things to be remembered, that the contrivers ſurely intended "that none ſhould ever learn it." Vid. *Hutchin. vol.* vii. *p.* 256, 7. Doctiſſimus etiam Bates, clariſſimi Hutchinſonii veſtigia premens, puncta vocalia nos in errores, in partibus Sacrae Scripturae quae ſunt maximi momenti, ducere; eaque totam S. Scripturam omnimodo vagam et incertam reddidiſſe, affirmat. "Point-"ing (ait D. Bates), under a pretence of giving a ſound to the "words, ſupplying the defects in grammar, hath burdened us "with a tedious, almoſt inſupportable, multiplicity of rules, "and miſled us in the conſtruction of the moſt material parts "of Scripture, and made the whole the moſt vague uncertain "writing in the world." Vid. *Bates Hebr. Gram. p.* 4.

tratium declarat. “ Quaſi ego vellem (ait Capel-
“ lus) Maſorethas pro animi libidine et coeco im-
“ petu, vel malignè, puncta paſſim addidiſſe, ut
“ inſanam Judaeorum ſuperſtitionem adverſus
“ Chriſtianam fidem adſtruerent. Si Gene-
“ brardus et alii cum eo nonnulli id voluerunt,
“ ego me illis non accenſeo.” Vid. *Praefat. ad Vind. Arcan. p.* 803.

Idem, Maſorethas punctatione ſuâ receptam et uſitatam ſuo tempore lectionem aptiſſimè repraeſentâſſe, ita ut in reprehenſionem aliorum et contradictionem ſequentium non incurrerent, agnoſcit; additque, “ Sic etiam apiculorum,
“ quibus lectionem repraeſentârunt, figuram,
“ ſitum, et collocationem, aptiſſimè et ingenio-
“ ſiſſimè excogitârunt, ut nihil in illis juſtè car-
“ pi et argui aut merito reprehendi poſſit, ni-
“ ſi ab inſolentiſſimo Zoilo, qui eo ipſo ſtultiſ-
“ ſimae invidiae reum, et atrâ loligine ple-
“ num, ſe proderet, omnibuſque deridendum
“ et deſpiciendum praebeant.” (*e*). Vid. *Vind.*
“ *arcan. punct. p.* 926.

Doctiſſ.

(*e*) “ At, inquam, (ait Capellus), Maſorethica punctatio auctori-
“ tatem primo non obtinuit, ut a Judaeis recepta eſt ex mero
“ imperio, ſed ob propriam ſibique inſitam bonitatem, quia nulla
“ alia convenientiorem et commodiorem parit ſenſum.” Vid.
Capell. ubi ſupra, p. 975.

“ Porro, (addit idem Capellus), ſi eam punctationem velint
“ jure repudiare, neceſſe eſt demonſtrare, eam non quadrare cum
“ conſonis, cum vocum ſerie et ſtructurâ, eam gignere aut nul-
“ lum aut inſulſum et abſurdum aut aperte falſum ſenſum et in-
“ commodum, nec antecedentibus aut conſequentibus cohaeren-
“ tem, &c. Nam, ſi nihil horum praebent, aut demonſtrare poſ-
“ ſint, iniquos plane et deridendos ſe praebent, ſi eam nihilo-
“ minus pergant rejicere, Etenim eo ipſo quod nihil horum de
“ eâ demonſtrari aut evinci poteſt, liquet manifeſtò, eam eſſe le-
“ gitimam, et ab omnibus hactenus pro legitimâ eſſe habendam.

“ Nec,

Doctiſſ. etiam Simonius tam temeritatem Maſclefi quam Hutchinſonii, in rejiciendis punctis vocalibus, plane damnat. "Vocum enim vero (ait Simonius) intelligendum eſt, etſi puncto-vocales hodierna hominum inventio ſit, non omnino et plane ab hominibus iſtis lectionem textûs pependiſſe, et penes eorum libitum ſtetiſſe, quippe qui ſolummodo lectionem jam uſu receptam et comprobatam iſtiuſmodi punctis firmaverant." Additque idem Simonius: "Summo tamen cum judicio et delectu puncta a Maſorethis appoſita variare audendum eſſe." (*f*). Vid. *Simon. hiſt. relig. Jud. cap.* 27. *p.* 135.

Aliter vero hodie ſe res habet; quilibet enim tyro Hebraeus, qui vix interpretari librum hiſtoricum, nedum poeticum vel propheticum, ſibi

"Nec, ut eam jure totam rejicere poſſint, ſatis fuerit demonſtrâſſe, eam in uno atque altero forſan loco, aut pauculis in locis, non eſſe unaquaque commodam aut ſatis cohaerentem, poſſeque aliam offerri commodiorem; nam eo quidem effecerint, ſe non eâ teneri iis in locis de quibus illud de hâc punctatione demonſtraverint. At non ita eo effecerint, ut eam in univerſum, jure totam repudiare illis liceat: Nam, ut una hirundo non facit ver, ſic nec unum nec alterum ſphalma ſive hallucinatio punctationis aut cujuſlibet interpretis totam in univerſum punctationem aut tranſlationem vitii aut falſi arguit, ut propter hoc unum tota rejici debeat, quaſi nihil in eâ ſit ſinceri." Vid. *Arcan. Punctat. lib.* II. *cap.* xxvi.

(*f*) Addit idem Simonius porro: "Probabile non eſt, Maſorethas aliam punctis lectionem definiviſſe, quam quae tum temporis in ſynagogis obtinebat. Hebraica quidem lingua tum mortua lingua erat; nihilominus in ſcholis et ſynagogis ſcriptura Hebraica legebatur. Hâc in parte minime ſuſpecti Judaei, quales forte in fidei negotio. Aben Ezra, qui videtur credere Maſorethas, contra quam communis doctorum fert opinio, puncta inveniſſe contendit; tamen eos ſervâſſe demum quod jam longâ traditione receptum erat. Juxta ipſius ſententiam Tiberiadenſes legerunt et diſtinxerunt textum quomodo ipſi Ezras et magnae viri ſynagogae." Vid. *Sim. Hiſt. Relig. Jud. p.* 135, 6. 4to.

ſibi non tantum puncta vocalia, ſed etiam ipſas literas, pro arbitrio ſuo ſine MSS. auctoritate, variare et permutare imprudens arrogat.

Eodem modo Maſclefi et Hutchinſonii ſyſtema refutat clariſſimus Waltonus: "Tandem," ait ille, "et hoc notandum, Maſorethas, dum "puncta invenerunt, non novos vocalium ſonos "vel pronunciationem novam induxiſſe, ſed, juxta "conſuetudinem ipſis traditam, libros ſacros "punctâſſe: Ideoque lectionem non ab illis "pendere, licet ipſi apices excogitârint, nec "ideo veram eſſe lectionem, quia eſt a Maſorethis, "ſed quia verum Spiritûs Sancti ſenſum "exprimit, quem ſcriptoribus ſacris dictavit, "et per eos literis conſignavit, quemque tum "Judaei tum Chriſtiani conſervârunt. Non "enim punctârunt Maſorethae ſacros codices "pro arbitrio, ſed ſecundum veram et receptam "lectionem, quam diligenter poterant, "puncta appoſuere. Ipſos vero plerumque "rectè punctâſſe liquet, tum ex antiquis verſionibus "ante puncta affixa factis, quarum lectio "cum hâc Maſoretharum in omnibus, quae "ad fidem et mores ſpectant, concordat; ut "Graeca, Chaldaica, Syriaca, *&c.*" (*g*). Vid. *Walt. Proleg. cap.* iii. *ſect.* 51.

† M Addit

(*g*) "Circa vocales, (ait Waltonus), eamque punctationem, "et accentuum notas, magnam eamque utiliſſimam operam navârunt "Maſorethae, idque primò in punctorum inventione; "quibus textum, non pro arbitrio, ſed ſecundum veram et receptam "lectionem a ſacris ſcriptoribus, ad ipſorum tempora "conſervatam, punctârunt: Unde facilior lectio, et textus ambiguitati "ac conceptioni minus obnoxius redditur, &c." Hic vir eruditiſſimus plane lectionem textûs ſine punctis fore difficiliorem, textumque ambiguitati minus obnoxium fore, fatetur; Unde

Addit idem, "Nam ante puncta eodem modo "textum lectum fuiſſe, quoad vocales et accentus, concedimus, eaſdemque cauſas fuiſſe, "quae poſt punctationem. Non enim punctârunt Maſorethae Biblia pro arbitrio, ſed ſecundum lectionem et pronunciationem quam "a majoribus habuerunt, quamque a ſacris "ſcriptoribus primo traditam crediderc." Vid. *Proleg. ſect.* 53.

Erudițiſſ. Vitringa nullum mortalem, licet in Hebraeis literis doctè verſatum, ſine punctis vocalibus, genuinum ſenſum prophetae Jeſaiae reddere potuiſſe affirmat. "Immo vero cenſeo, ait "ille, nullius mortalis, licet in Hebraeis literis "doctè verſati, tantum eſſe acumen, peritiam, "perſpicaciam, ut prophetae noſtro longe pluribus locis reddere potuerit genuinum ſuum "ſenſum, niſi *lectio antiqua* ſynagogica per traditionem in ſcholis Hebraeorum fuiſſet conſervata, ut eam nunc Maſoretharum punctulis expreſſam habemus: *Quorum* proinde ſtudium et laborem nemo pro merito depraedicet (*h*). Quod enim in hoc viridiario deliciari "poſſumus, ipſis debemus, viris perinde doctis et

Unde plane utilitas punctorum vocalium patet.—Et poſtea addit: "Tamen, quin utiliſſimum hoc eorum inventum fuerit, nemo "iverit inficias, &c." Vid. *Walt. Proleg.* VIII. § 10.

Doctiſſ. etiam Calvinus, etiamſi veteres ſcribas puncta vocalia excogitâſſe eo tempore exiſtimat, quo jam linguae Hebraeae non eſſet tam communis et familiaris uſus; tamen eos qui vel puncta negligunt, vel prorſus rejiciunt, certè carere omni judicio et ratione pronuntiat. "Qui ergo (ait Calvinus) puncta vel negligunt vel prorſus rejiciunt, certè carent omni judicio et ratione." Vid. *Calv. in Zechar.* xi. v. 7.

(*h*) Idem doctiſſ. Vitringa, etiamſi novitati punctorum vocalium favere videatur, eorum inventionem ad excidium templi ſecundi

"et acri judicio praeditis." Vid. *Vitring. Praefat. in Jeſai. vol. I. p. 3.*

Clariſſimus Waltonus, Simonius, et Capellus, lectionem S. literarum veram et genuinam ſecundum puncta vocalia traditione perpetuâ uſque ad Maſorethas Tiberienſes circa annum Chriſti 500, qui tum demum ea puncta ad ſacrum textum adſcripſerunt, conſervatam fuiſſe affirmant. Judicet vero aequus lector, num hoc fieri potuiſſet, cum tamen plures quam mille anni, ab Ezrae tempore (quando vernacula eſſe deſiit) ad Maſorethas punctorum inventores, interceſſerint. An poſſibile erat, per tantum temporis intervallum, verae lectionis et pronunciationis regulas de tot vocalibus et accentibus conſervari? Et tamen doctiſſ. Waltonus affirmat, "Punctationem Maſorethicam concordare cum vero "vocalium ſono, quem Spiritus dictavit; quum "non aliud fecerint Maſorethae, quam vocales "exprimere ſecundum veram lectionem, quam "a majoribus per traditionem acceperunt." (i). Vid. *Walton. Diſſertat. de Ling. Orient. p. 27.*

Incredibile,

cundi refert: "Puncta illa vocalia (inquit ille) quae hodie ſub "literis noſtris ſignata videmus, eam ob cauſam Judaeis diligen"tioribus adinventa ſunt, ut vera legendi ſcripturam ratio con"ſervaretur, atque ad ſeros nepotes tranſcriberetur. Illi enim, "cum deſtructum viderent templum, commune quaſi ſuae gen"tis monumentum et aſylum, ſacra quoque ſua interire, ſcriptu"rae ſtudium negligi, atque ſe a terrâ ſibi a Deo haereditate "quondam datâ plurimam partem ejectos, animadverterunt, om"ni ſtudio et induſtriâ in ea incubuerunt, ut ſcriptura ſacra illi"bata exſtaret, et à poſteris ſuis legeretur." Vid. *Vitring. obſervat. ſacr. lib. I. p. 175.*

(i) "They, *viz.* the Maſorites, (ait Doctiſſ. Waltonus), point"ed the text according to the true and received reading which "expreſſed the true ſenſe of the Holy Ghoſt, and not as they plea"ſed; nor is it lawful for any one to reject their reading at

"pleaſure;

Incredibile, immo impoſſibile, videtur, ut, poſt prophetarum et Ezrae tempora, per tot calamitates, perſecutioneſque, totque exſilia et diſperſiones, veram lectionem S. Codicis, ſine punctis vocalibus, traditione verbis factâ, conſervari potuiſſet (k). Revera, quodammodo abſurdum, veram genuinam lectionem Moſis et prophetarum perpetuâ traditione conſervatam fuiſſe, affirmari videtur, ita ut poteſtas vocalium, ſine figuris, nihil interpretes juvare potuerit; ut ipſe Capellus diſerte ſtatuit; "Perſpicuum eſt, (ait Capellus), quod, propter abſen-
" tiam punctorum, tam ambigua lectio exſtiterit
" interpretibus, ut alius ſic, alius aliter legerit;
" prout unuſquiſque conjecturâ aſſequi potuit."
Vid. *Capell. Praefat. ad Crit. Sacr. p.* 2. Vid. etiam *Arcan. punct. p.* 279.

Clariſſimus etiam Waltonus agnoſcit, "Perſpicuum eſſe, ex antiquis verſionibus, ob defectum

" pleaſure; but all are tied to it, unleſs ſome error or better read-
" ing can be clearly proved." Vid. *Biſhop Walton's Conſiderator conſidered, p.* 200.

(*k*) Quidam viri docti Judaeos linguam vernaculam in captivitate Babylonicâ oblitos fuiſſe et perdidiſſe contendunt; ſoliſque ſacerdotibus et eruditis, eo more quo Latina apud nos eſt, Hebraeam poſt captivitatem Babylonicam propriam faciunt; ſed veriſimillimum potius videtur, Judaeos in Babyloniâ, etſi ſub jugum miſſos, cohabitantes, tamen, eodem modo quo eam in Ægypto per quadringentos annos conſervaverant, linguam Hebraeam conſervâſſe, communemque linguae Hebraeae uſum non interiiſſe. Hoc plane confirmari videtur, ex eo quod libri ſacri poſt reditum Hebraice ſcripti ſunt; e. g. Haggei, Zachariae, et Malachiae vaticinia, Ezrae et Nehemiae libri, quos linguâ populo ignotâ, cum populi cauſa ſcripti ſunt, conſignatos eſſe, fidem nullam meretur. An credibile eſt, vates illos populum allocuturos, ſi intelligi ab illis non potuerint? Duobus poſt reditum e captivitate Babylonicâ ſeculis, ſeculo nempe Zerobabelis et Ezrae, Hebraiſmus (in) gente Judaeorum conſervatus eſt, at tertio ſequentibuſque res aliter ſeſe habere coepit. Vid. *Loeſcher. de cauſ. ling. Hebr. p.* 68. 72

“ ſectum punctorum voces quaſdam ambigui-
“ tate laboraſſe.” (*l*) Vid. *Walt. proleg. p.* 26.

Doctiſſimus Joannes Prideaux, puncta nonnulla et accentus, ad textus diſtinctionem et lectionis directionem, ab Ezra ipſo excogitata fuiſſe contendit. Sed illas notas ſive figuras vocalium in diſtinctis chartis ſive membranis ſeparatis conſervatas fuiſſe, prius variae a variis excogitatas, vel textui fuiſſe additas, (ut hodie habemus), putat. Hinc virum doctiſſ. quaſdam vocalium notulas omnino neceſſarias ad lectionis directionem, textumque rite intelligendum, cenſuiſſe plane conſtat. (*m*)

Eruditiſſ.

(*l*) Clariſſimus Capellus, Waltonus, et Simonius, veram ſacri codicis lectionem conſervatam fuiſſe uſque ad Maſorethas Tiberienſes, contendunt: Haecce vera lectio vel traditione perpetuâ, vel ope literarum אהוי, conſervari debuit. Clar. Capellus vero, contra probabilitatem punctorum vocalium, hominum memoriâ conſervandorum, a Moſe ad Maſorethas, recte arguit; additque, “ Ex
“ tot ſaeculorum lapſu, hominum memoriâ indubitato conſervata,
“ dicere eſt monſtrum, ſuper omnia prodigia portentiſſimum;
“ homini cordato videri debet commentum inſulſiſſimum.” Vid. quoque *Capell, Arcan. Punct. lib.* II. *p.* 279.

Doctiſſimus Waltonus, de hac re etiam diſſerens, ait, “ Impoſ-
“ ſibile eſt, illis 1000 annis qui inter Ezram et Maſoretharum
“ labores interceſſere, tot varias lectiones ullâ hominum memo-
“ riâ conſervari infallibiliter potuiſſe.” Vid. *Proleg. p.* 28.

Atqui alibi idem vir doctus ait, “ Punctationem Maſoretharum
“ convenire cum vero vocalium ſono quem Spiritus Sanctus dicta-
“ vit, quum non aliud fecerunt Maſorethae quam vocales exprime-
“ re ſecundum veram lectionem, quam a Maſoribus, N. B. per
“ traditionem, acceperunt.” Vid. *Walt. differt. de ling. orient. p.* 27.

Judicet vero lector, num haecce inter ſe conveniant. Nobis plane ſibi contradicere videntur. Literas porro אהוי nec ſubſidia univerſalia eſſe ad linguam Hebraeam legendam ſupra monſtravimus. Nullus enim vir doctus monſtravit, quomodo ex hiſce literis אהוי, ſine punctis ad linguam Hebraeam facile, et expedite legendam, docendam, et intelligendam, canones conficere poſſint, qui naturae et indoli linguae Hebraeae ejuſque dialectorum conveniant. De hac re enim, quot capita, tot ſententiae.

(*m*) “ Quod ad punctum ſtat, (ait clariſſimus Prideaux), diſtin-
“ guendum eſt primo de Maſorethis; deinde de notis iſtis, ſive

“ punctis,

Eruditiſſ. Bartoloccius puncta vocalia ſemper in linguâ Hebraeâ exſtitiſſe putat. Idem tamen legem Moſaicam punctis non inſignitam fuiſſe, uti populus ſacerdotibus et majoribus in rebus ſacris ſubjectus eſſet, affirmat; puncta vero vocalia, ab ipſius linguae incunabulis, ſemper in ſcripturis civilibus, etſi non in ſacris, uſitata fuiſſe contendit. "Adde (ait Bartoloccius) "quod, quum ſine punctis vocalibus ſcriptura "aequivocationibus quamplurimis ſit expoſi"ta, nimiam in civilibus confuſionem et rix"andi materiam peperiſſet, et proinde populi "durae cervicis gubernio non rectè eſſet con"ſultum. Igitur neceſſe eſt aſſerere, puncta "vocalia, etiam tempore Moſis, in profanis et "non in ſacris exſtitiſſe codicibus." (*n*). Vid: *Bartoloc. Bibl. Rabbin. vol. I, p.* 142,-3.

Eandem

"punctis, de quibus controvertitur. Maſorethae iſti fuerunt, "vel Ante-Tiberienſes, vel Poſt-Tiberienſes. Ante-Tiberienſium "conſtituimus Ezram, Coryphaeum; et terminum figimus in R. "Aſer et Nephtalim. Poſt-Tiberienſes, illos qui Tiberienſes "Pompilos longâ ſerie poſt ann. 476 ſunt ſecuti. Notae deinceps "iſtae, ſive characteres, vel in diſtinctis conſervabantur chartis, "prout variis a variis excogitatae et prolatae; vel textui fuerunt "(ut hodie habemus) additae. Quibus poſitis, aſſerere ſaltem "(ubi nil certi conſtat) probabiliter poſſumus, puncta nonnulla "et accentus ad textûs diſtinctionem et lectionis directionem "ab Ezrâ fuiſſe excogitata, et à ſuccedentibus Maſorethis Ante"Talmudicis in membranis ſive chartis ſeparatis conſervata, u"ſurpata, et aucta, uſque ad Maſorethas Tiberienſes Poſt-Talmu"dicos. Siquidem veriſimile non eſt, tam multiplices et accura"tas obſervationes (ut rectè Buxtorfius et alii) unius fuiſſe ſe"culi aut conventûs. Quinimo, impoſſibile pene videtur, ut Tibe"rienſes tot παντοπαραδόξων, tam implicatas et minutatas memoriâ "comprehenderent, et tam ſubito et fideliter diſtinctis charac"teribus et apicibus exprimerent." Vid. *Prideaux Lect. de cap. relig. p.* 196. *Oxon.* 1648.

(*n*) Clariſſimus Bartoloccius, puncta vocalia ſemper in linguâ Hebraeâ agnoſcens, attamen Pentateuchum non punctis inſignitum

Eandem vero neceſſitatem punctorum vocalium in ſacris codicibus, aeque ac in civilibus vel profanis, affatim oſtendimus.

Clar. Capellus plane operoſiſſimum, immo pene impoſſibile eſſe, uti is, cui lingua Hebraea ſit plane peregrina, diſcat expedite legere Hebraica non punctata, fatetur: "Necnon (ait "ille) diffitemur, operoſiſſimum, immo pene im"poſſibile eſſe, uti is, cui lingua iſta plane pere"grina, (uti erat Origeni homini Graeco, et La"tino Hieronymo), diſcat expedite legere He"braica non punctata; nam prius eſt illi ad"diſcenda et tenenda lingua quam accura"tiſſime." Vid. *Arcan. punct. p.* 272.

Nullus

tum fuiſſe vult, ut populus ſacerdotibus et majoribus in rebus ſacris ſubjectus eſſet: "Quae ſubjectio, ait ille, facile declinata "fuiſſet, ſi quiſque, etiam idiota, ſine magiſtro et directore, legem "et ceremonias addiſcere ex ſe poſſet: Unde decentiſſimum, ſa"cros codices ſine punctis exarare, et eâ tantum formâ, quâ "peritiores doctioreſque legere et ſcribere ſolent, ſcriptos cuſto"dire, ad hoc ut populus pro iis intelligendis ad majores ſuos "confugeret."

Idem canit Clariſſ. Morinus, dum puncta vocalia omiſſa fuiſſe ait, et hujus vero in textu Hebraeo ambiguitatis cauſam inter alia aſſignat, "Conſilium divinum, ut omnes eccleſiae judicio ſe ſub"mitterent."—Riſum teneatis amici! Hic plane latet anguis in herbâ. Vid. *Morin. Exercitat. Bibl. c.* vi. 211. 3. *et alibi.*

Doctiſſimus Bartoloccius, inter alia, neceſſitatem punctorum vocalium in ſcripturis civilibus, non vero ſacris, affirmans, addit: "Quia aliter non perfecta fuiſſet lingua Hebraea; neque ſatis "proviſum eſſet linguae conſervationi, ſi hujuſmodi vocalium "notae tantum mente eſſent cuſtoditae, et non ſcriptis conſig"natae."

Reputet, quaeſumus, ſecum, æquus lector, ſi puncta vocalia non æque in ſcriptis ſacris ac in civilibus neceſſaria eſſent. Agnoſcit enim Bartoloccius, ſcripturam ſacram aequivocationibus quamplurimis, ſine punctis vocalibus, obnoxiam eſſe. Fruſtra enim nobis refert idem, Moſen, ore tenus, Iſraelitarum ſenioribus, modum legendi volumen legis, et vocales conſonantibus addendi tradidiſſe, illoſque alios erudire potuiſſe.

Supra enim, veram lectionem textûs Hebraici uſque ad Maſorethas Tiberienſes neutiquam traditione perpetuâ conſervari potuiſſe, oſtendimus.

Nullus vero tempore Hieronymi addiſcere et tenere linguam Hebraeam quam accuratiſſimè potuit, niſi prius linguam legere didiciſſet; quia longè ante hoc tempus nullibi vernacula fuit (*o*).

Merum figmentum eſt clariſſimi Maſclefi, Hutchinſonii, aliorumque, quum pueros et rudes planè facile lectionem linguae Hebraeae ſine punctis vocalibus edoceri poſſe prae ſe ferant.

Doctiſſ. enim Capellus, Waltonus, etiamque Morinus, non tantum utilitatem, ſed etiam punctorum vocalium neceſſitatem, ad diſcendam linguam Hebraeam plane affirmant (*p*).

Nihil vero abſurdius fingi poſſit, quam uti quis ullum rectè in verâ linguae Hebraeae cognitione, abſque punctorum vocalium interventione, erudire prae ſe ferat. Hoc vero non fieri ab ullo, immo vivâ et vernaculâ linguâ Hebraeâ, cum ex indole ipſius linguae ejuſque dialectorum, tum ex Arabum, Perſarum, etiamque Turcarum exemplo, qui pueros ſemper haſce

(*o*) Communis vero ſenſus, lectionem linguae Hebraeae non punctatae fuiſſe aeque difficilem Judaeis ipſis tempore Hieronymi ac aliis, oſtendit; nam nullibi tunc temporis vernacula fuit. Reputet vero ſecum aequus lector, ſi concipi poſſit quomodo Judaeus, qui aeque peregrinus, quoad linguam Hebraeam, ac homo Graecus vel Latinus, ex quo illa lingua vernacula eſſe deſierat, addiſcere vel tenere linguam Hebraeam quam accuratiſſimè, antequam eam legere didiciſſet.

(*p*) "Nam (ait clariſſimus Morinus) ſine punctis ſcribi non "poteſt grammatica, ut rectè adnotavit Elias, et res per ſe clara "eſt: Experiatur enim quis, exempli cauſa, conjugationem *Kal* "ſine punctis deſcribere, et ſtatim illi aqua haerebit; multo "magis in *Pihhel.* Grammaticalia enim illa ſine punctis ore tan-"tum et ſono exprimi et doceri poſſunt." Vid. *Morin. Eccleſ. Oriental. Antiquitat. p.* 557.

Supra, eruditiſſimum Humphred. Prideaux, puncta vocalia, eum ad linguam legendam, docendam, et diſcendam, omnino neceſſaria fuiſſe, ſtrenuè contendentem, etiamque planè probantem, adduximus. Vid. *p.* 5. hujus diſſertationis,

haſce linguas etiam hodie vernaculas ope punctorum vocalium edocent, etiamſi in ſcriptis, praeſertim facilioribus, haecce puncta omittant (*q*).

Audiatur doctiſſimus Graevius, de hâc re diſſerens, in praefatione ad binas Abulphedae tabulas geographicas a ſe editas: "At quod noſtris (ait ille) "ridiculum videtur, Arabibus, Perſis, "Turcis, quin et Hebraeis et Syris, planè neceſ- "ſarium eſt, qui non, ſicuti Græci et Latini, *vo-* "*cales eadem linea cum conſonis connectunt, ſed ex-* "*tra lineam vel ſupra vel infra locant*, aut omni- "no feſtinandi ſtudio abjiciunt; inde maxima

† N "in

(*q*) Intra biennium, nos Perſam, qui ex Indiâ Orientali huc venerat, convenimus; et illum ut nobis alphabetum Perſicum deſcriberet, eo modo quo pueros ſuos ſyllabatim et legere linguam Perſicam ſoleant, rogavimus, quo certius de hâc quaeſtione judicaremus. Is vero ſingulas literas in toto alphabeto Perſico primum cum punctis vocalibus, پيش *piſh*, *ſupra*, quod idem notat ac Arabicum Phata; زير *zir*, *ſub*, idem ac Arabum Keſra; et زبر *zeber*, *ſupra*, idem etiam ac Arabum Damma notat; deſcripſit hoc modo:

اَ بِ تُ ثَ جِ حُ خَ دِ &c.

Obſervandum, apud Arabes, Perſas, etiamque Turcas, literas اهوحيع, quae literis Hebraicis אהוחיע reſpondent, punctis vocalibus inſigniri, ut apud Hebræos; quod haſce literas in omnibus hiſce linguis conſonantes eſſe monſtrat.—Ubi ad conficiendam ſyllabam concurrunt duae conſonantes et vocalis una, ſic deſcribitur:

اَب اِت اُث اَج اِح اُخ اَد &c.

Punctum quod reſpondet τω Phata apud Turcas vocatur *üſtün*, ſignificans idem ac Perſica vox *piſh*, *ſupra* lineam vel literam: Uti etiam punctum infra literam vocatur *eſre infra*, quod convenit cum Keſra Arabum et *zir* Perſarum: Uti etiam punctum *ütrü ſupra*, Turcis vocatur; Perſis vero *zeber*; et Arabibus *damma*.

Eodem modo ſyllabae apud Arabes, Perſas, Turcaſque, ac apud Hebraeos componuntur. Hancce vero rem abſolvamus verbis Clar. Meninſki: "Et haec tibi exhibui, non tam exigente doctrinâ, "quam curioſitati tuae ſatisfacturus, ut videas methodum, quâ ſuos "erudiunt Turcae pueros, noſtrae non admodum abſimilem." Vid. *Meninſki Inſtitut. Ling. Turc. Perſ. et Arab. p.* 29. 4*to. Vindob.* 1756.

" in legendis eorum libris difficultas, major in " intelligendis labor, et inſuperabilis, praecipuè " in hominum locorumque nominibus, errandi " neceſſitas; quod quam abſonum ſit primi et " prudentiſſimi legiſlatoris ſapientiae, viderint " illi qui Moſen legem ſcripſiſſe ſine vocalibus " enixè contendunt."

Nulla enim lingua orientalis ſine ſubſidio punctorum vocalium edoceri poſſit. Verum quidem eſt, clariſſimum Capellum et Waltonum avide arripuiſſe et propagâſſe fabulam ab Eliâ Levitâ, de tribus Habbeſſinis pueris Pſalterium, ſine punctis adjectis, legentibus et canentibus.

Sed qui prima rudimenta linguae Æthiopicae callet, facilè temerariam credendi facilitatem Eliae Levitae perſpiciet, uti obſervavit clariſſimus Michaelis (*r*).

Non tantum vero Maſclefus et Hutchinſonianus, eorumque diſcipuli, puncta vocalia extruſerunt, ſed etiam ſpecies verborum, ſive conjugationes, Pihhel et Pyhhal vulgo dictas, e numero conjugationum ejecerunt; etiamſi ſint revera Hebraicae civitatis et originis, aeque ac ullae aliae in illâ linguâ, et quae etiam in variis locis Bibliorum occurrant, et ubi ſignificatio ab eâ quae in Kal, ſive primâ ſpecie, plane diverſa eſt.

Hancce

(*r*) " Unum te rogo, (ait Doct. Michaelis), erudite Lector, ut " quâ fide vel levitate Elias ille in factis narrandis utatur cognoſcas, tantum inſpicias, *i. e.* quae ille in ſuo Maſoreth Hammaſoreth. edit Venet. *p.* 22. *ſeq.* velut oculatus teſtis *de tribus Habbeſſinis* narrat; et, ſi vel prima rudimenta rerum et literarum Æthiopicarum edoctus es, temerariam hominis garrulitatem non poteris non magnopere non mirari, teſtemque oculatum et auritum falſum, et a vulgo ejus temporis deceptum eſſe, liquidiſſimè comperieris. Plus etiam in caeteris loquacitatis quam ſoliditatis ei fuit; unde et paſſim a R. Menachemo caſtigatur." Vid. *Michael. Praef. ad Biblia ſua Hebr. vol.* I. *p.* 13.

Hancce tertiam ſpeciem, vulgo dictam *Pihhel*, cum paſſivâ ſuâ *Phyhhal*, diverſam eſſe a primâ, diverſumque ſenſum planè fundere, ex exemplis planè patebit.—Sic, *e. g.* חִיָּה *vivum conſervavit*, vel *vivere fecit*; Anglicè, *to preſerve alive*; quod planè aliud ſignificat quam חָיָה *vixit*, *he lived*; uti patet ex חִיִּיתָ, et cum affix. נִי, חִיִּיתַנִי *vivum me conſervaſti*; Anglicè, *Thou haſt kept me alive*, Pſal. xxx. 4. cxix. 93. לְחַיּוֹת *ad vivum conſervandum*, uti optimè redditur a noſtris interpretibus, ſecundum verum ſenſum loci, utpote inf. 3 ſp. ſive Pihhel, *Gen.* vii. 3. — Sic etiam לְחַיּוֹתָם *ad eos vivos conſervandos*, *To preſerve them alive*, or *to let them live*, Joſh. ix. 15. — Extat etiam imperat. hujus ſpeciei; ſic חַיֵּנִי *vivifica me*, *vivum me facias*; Graecè, Ζωοποιει; Anglicè, *Quicken me*, Pſal. cxix. 25, 27, 40, 93.——Sic etiam exſtat imperat. hujus 3 ſp. חַיֵּהוּ *vivum conſervato*, vel *reviviſcere facias opus tuum*; Anglicè, *Revive thy work*, &c.—Sic טָהֵר (Arab. طَهَر) *purus*, *mundus fuit*; Anglicè, *He was pure* or *clean*: In 3 ſp. טִהַר (Arab. طَهَّر) *purum* ſive *mundum declaravit*, *To pronounce one clean.* Vid. *Levit.* xiii. 3, 22, 44, 59. et xx. 26.—Sic טָמֵא, (Arab. طمث) *impurus fuit*, *He was unclean*: In Pihhel ſive 3 ſp. טִמֵּא *immundum declaravit*, *To pronounce or declare one unclean*, e. g. וְטִמְּאוֹ אֹתוֹ *et immundum declarabit*; Anglicè; *And pronounce him unclean.* Vid. etiam *ver.* 22, 25, 27, 30.—Sic etiam טִמֵּא ſignificat *polluit*, *He defiled.* Vid. etiam *Num.* xix. 13, 20.——Judicet vero quiſque, ſi hi viri docti, qui haſce conjugationes, verè Hebraeas, civitate Hebraicâ ejiciunt,

ciunt, non magis textum Hebræum corrumpere videantur, quam hi qui nobis textum Hebræum punctis inſignitum, juxta analogiam et veram indolem linguae Hebraeae, ejuſque dialectorum, tradiderunt. (*s*).

Denique,

(*s*) Haecce tertiam ſpeciem, ſive Pihhel, extitiſſe in linguâ Hebræâ, planè ex innumeris exemplis, quae proferri poſſint, patet: *e. g. Quia verbum tuum* חִיִּתָנִי *vivificavit me*, Angl. *hath quickened me*, Pſal. cxix. 50. Planè enim haec vox חִיִּתָנִי eſt ex affixo נִי et חִיִּת, 3 ſing. f. g. praet. 3 ſp. quæ plus notat quam חָיַת *illa vixit, ſhe lived*, 3 ſing. f. g. praet. 1 ſp. ſive Kal; חָיָה *vixit, he lived.* Sic *quas* חִיּוּ *vivas ſervaverant*, Angl. *which they had preſerved alive*, Jud. xxi. 14. Sic הַחִיִּיתֶם *Num in vita conſervaſtis?* Angl. *Have ye ſaved all the women alive?* Num. xxxi. 15. Sic etiam אִבֵּד *perdidit, perire fecit*, Angl. *to deſtroy, to cauſe to periſh*, plus quam אָבַד *periit*, ſignificat; *e. g. Quae* אִבַּד *perdiderat Hezekiah*, Angl. *And which Hezekiah his father had deſtroyed*, 2 Reg. xxi. 3. Sic אִבַּד וְשִׁבַּר *perdidit penituſque perfregit vectes ejus*, Angl. *He hath deſtroyed and utterly broken her bars*, 2 Reg. xxi. 3. Sic אַבֵּד תְּאַבְּדוּן *perdendo penitus perdetis*, Deut. xii. 2. vid. etiam Pſal. cxix. 95. Haecce ſpecies Pihhel, 1. ea quae in Kal ſive primâ ſpecie intranſitiva ſunt tranſitiva reddit, ut ex exemplis allatis conſtat. 2. Simili ratione etiam intendit et auget ſignificationem tranſitivam in Kal, ut שִׁבֵּר *penitus vel omnino confregit*, ut *Exod.* ix. 25. xxiii. 24. xxxiv. 13. In hâc tertiâ ſpecie quaedam in Kal tranſitiva dupliciter tranſitiva redduntur, ut a יָלַד *peperit*, eſt יִלֵּד *fecit parere*; unde מְיַלֶּדֶת *faciens parere, obſtetrix*, Exod. i. 15.—Extant etiam exempla nonnulla indubitata hujus ſpeciei in hiſce radicibus quarum media radicalis eſt Waw, ut in מוּת *mortuus eſt, he died*; ubi, ad evitandum geminandi et Waw ingratum ſonum, Waw quieſcit in Cholem, et tertia radicalis geminatur. Vid. *Gram. Hebr. p.* 171.—ut מוֹתְתַנִי *interfecit me*; Anglicè, *Becauſe he ſlew me not from the womb*, Jer. xx. 17. Sic מוֹתֵת inf. *interficere, to ſlay*, Pſal. cxix. 16. et מוֹתְתֵנִי imp. *Interfice me, Slay me.*—Eodem modo ſe res habet in קוֹמֵם *ſtare fecit*: Sic אֲקוֹמֵם *ut ſtare faciam*; Anglicè, *And I will raiſe up*, Iſa. xliv. 26. Sic תְּקוֹמֵם *ſtare facies*; Anglicè, *Thou ſhalt raiſe up*, cap. lviii. 12. et lxi. 4.

Sic

Denique, *Benevole Lector*, ex naturâ et indole linguae Hebraeae, Arabicae, Chaldaicae, et Syriacae, omnes literas in Alphabeto Hebraeo ſuâ naturâ conſonas eſſe, linguamque Hebraeam puncta vocalia, utcunque horum figurae et numeri diverſis ætatibus variari potuerint, ab eo tempore quo ars exarandi libros apud Hebraeos cognita fuerit, poſſediſſe oſtendimus: Literaſque אהוי nunquam, vel in linguâ Hebraeâ, vel in dialectis ejuſdem, vocales fuiſſe probavimus. Clariſſ. Capellum vero fruſtra ad Arabes Perſaſque de hâc re provocâſſe monſtravimus: Et dum Hebraicam ejuſque dialectos ita conſtitutas eſſe agnoſcamus, ut, et in bene multis, praeſertim in hiſtoricis et rebus familiaribus, facilè ſine punctis vocalibus adjectis tam legi quam intelligi potuerint; attamen, linguas orientales nuſquam adjectione et ſubſcriptione punctorum vocalium indigere, omnino negavimus, et contrarium

Sic etiam יְעוֹפֵף *continuo, frequenter volabit*, vel *volitabit*, fut. 3 ſp. *Gen.* i, 30. *Jeſ.* vi, 2. Vid. etiam *Jeſ.* xiv. 29. xxx. 6. et *Ezech.* xxxii. 10. Manifeſta veſtigia hujus ſpeciei extant etiam in קַיְּמֵנִי *ſtare fac me*, *Pſal.* cxix. 28. vid. etiam *v.* 106. *Eſth.* ix. 21, 30, 31. et *Ruth*, iv. 7.

Sexcenta exempla proferri poſſint, ita ut revera, viros doctiſſimos, Bates, Sharp, et Parkhurſt, contra indolem et auctoritatem cum linguae Hebraeae tum ejuſque dialectorum, hancce tertiam ſpeciem e Grammaticâ Hebraicâ lexiciſque ſuis Hebraicis extruſiſſe, et ſine ullâ veri ſpecie fictam declarâſſe, mirum videatur: Haecce vero conjugatio in linguâ Arabicâ et Syriacâ exſtat, quod planè illam in linguâ Hebraeâ extitiſſe confirmat. In MSS. porro Arabicis, ubi caetera puncta omittuntur, haecce ſpecies per Teſhdid diſtinguitur, quod neceſſitatem hujus notulae aequè ac Dageſch Fortis apud Hebraeos clarè demonſtrat. Æquus lector neceſſitatem hujus punctuli Dageſch notandi in hâcce conjugatione, in MSS. collatione, planè perſpiciet, quum verus ſenſus ipſius loci inde dependeat.

contrarium ex ipſa harum linguarum naturâ et indole probavimus.

Antiquitatem porro punctorum vocalium ex eo plane patere conſtat, quod vix fieri potuit, ut ſacer textus ubique, praecipue in libris propheticis et poeticis, abſque punctis legi et intelligi queat. Non vero credibile eſt, Deum verbum ſuum populo Judaico ita exhibere voluiſſe, ut ubique fuerit illis obhaerendum, et de verâ lectione divinandum; quod ſe planè ita haberet, ſi textus Hebraeus ſine punctis vocalibus a Moſe et prophetis traditus fuiſſet.

Punctorum vocalium etiam antiquitatem, exemplaribus bibliorum antiquiſſimis, punctis vocalibus inſtructis, confirmavimus; necnon univerſali Judaeorum conſenſu, uno ferè Eliâ Levitâ excepto: Karaeorum vero teſtimonium hic eſt graviſſimum et firmiſſimum; namque hi, legi ſoli ſcriptae, traditionibus rejectis, adhaerentes, punctorum vocalium antiquitatem affirmant acriterque defendunt. Quinetiam Maſora, antiquiſſimique ejuſdem ſcriptores, punctorum tanquam jam exſtantium mentionem fecerunt: Necnon omnes ferè Judaei de Maſorethis, utpote punctorum inventoribus, ſilent. Puncta vocalia diu ante Maſorethas Tiberienſes, immo ab ipſo artis ſcribendi primordio, cum apud Hebraeos, tum apud Arabes Syroſque, extitiſſe oſtendimus; hypotheſinque clariſſimi Capelli indoli linguae Hebraeae ejuſque dialectorum plane contrariam eſſe monſtravimus; et ejuſdem argumenta a Pentateucho Samaritano, et a ſacro volumine legis non-punctato, in ſynagogis Judai-

eis conſervato, atque a LXX-virali verſione, deducta, omnia pertenuia et infirma eſſe, nulloque modo ex hiſce probari puncta vocalia apud Hebraeos non extitiſſe, contendimus.

Syſtemata etiam cum Maſclefi tum Hutchinſonii, aliorumque, qui puncta vocalia textum Hebraeum corrupiſſe et depravâſſe aſſeverant, falſa, nullâque omnino veritatis ſpecie propugnata fuiſſe, clarè oſtendimus; et puncta vocalia non tantum utilia ad linguam Hebraeam diſcendam et legendam, ſed maximè neceſſaria ad verum ſenſum Moſeos et prophetarum intelligendum, probavimus.

Sententias porro virorum doctorum, ſummo ingenii acumine praeditorum, qui antiquitatem punctorum vocalium impugnaverint, tam diverſas et varias eſſe, de verâ legendi Hebraica ratione, uti tot ſententiae quot capita ſint, et planè illos a vero aberrâſſe nobis indicio ſit. Nunc demum controverſiam hancce de antiquitate punctorum vocalium breviter evolvimus, et indies in eâ ſententiâ, quâ origo eorum ad ipſos ſacrorum voluminum ſcriptores refertur, confirmamur. Et, uti verbis clariſſ. Caſparis Ledburii utar, "Argumenta contraria clariſſimi "Capelli, antagoniſtarum facilé principis, non "vero tanti ſunt roboris quanto pinguntur." Vid. *Ledbur. praefat. ad* שלשלת הסקרא ſive *Caten. Script.*

Candide nunc Lector, ut argumenta hinc et inde aequo animo et ſerio expendas, ſedulò oramus. Nos autem non victoriam, ſed veritatem quaerimus, et ut oracula divina, ex ſum-

mâ

mâ miſericordiâ Dei O. M. nobis conceſſa, ſive dolo malo ſive errore et falſis opinionibus impugnata, pro viribus noſtris defendamus. Si vero quis, in hiſce rebus magis expertus, noſtram ſententiam, non auctorum teſtimonio, ſed documentis ex ratione et indole linguarum orientalium petitis, impugnaverit, nos, argumentis ejus candidè perpenſis, vel ſententiam noſtram placidè ſtrenuèque defenſuros, vel, veritatis lumine victos, ei palmam lubentiſſimè conceſſuros, ingenuè profitemur.

Dabam ex Muſæo Academico Edinburgi,
3tio Calendas *Januarii*, anno 1770.

FINIS.

CLAVIS PENTATEUCHI;

SIVE

ANALYSIS omnium VOCUM HEBRAICARUM ſuo ordine in PENTATEUCHO MOSEOS occurrentium:

UNA CUM

VERSIONE LATINA et ANGLICA:

NOTIS CRITICIS et PHILOLOGICIS adjectis; in quibus, ex Lingua Arabica, Judæorum moribus, et Doctorum itinerariis, plurium locorum S. S. ſenſus eruitur, novaque verſione illuſtratur.

Ινα ἐπιγνῷς περι ὧν κατηχήθης λόγων την ἀσφαλειαν. LUC. i. 4.

[illegible]

ERUDITISSIMI

ALBERTI SCHULTENSII,

NUPER

In Academia Lugduni Batavorum S. T.

Linguarumque Orientalium

Professoris Celeberrimi,

[illegible] et literis

[illegible]

Præceptoris [illegible] Cariſſimi,

DISSERTATIONEM HANC,

[illegible]

[illegible]

SACRAM ESSE VOLUIT

AUCTOR.

In Memoriam

Eruditissimi

ALBERTI SCHULTENSII,

Nuper

In Academia Lugduni Batavorum S. T.

Linguarumque Orientalium
Professoris Celeberrimi,

Nulli suæ ætatis in hisce literis
secundi,

Præceptoris optimi, carissimi,

DISSERTATIONEM HANCCE,

In perpetuum observantiæ

Gratique animi Monumentum,

sacram voluit

Auctor.

CLAVIS PENTATEUCHI.

GENESEOS

CAPUT I.*

Versus 1.

1. בְּרֵאשִׁית IN principio. Vox compoſita ex praepoſitione בְּ in, et רֵאשִׁית ſœm. nomen a fine auctum, contractè pro רֵאשִׁית. Vid. Gram. Hebr. p. 85. Propriè capitale, praecipuum: Vid. Amos vi. 6. 2. Principium. *The beginning, the original ſtate of things.* A רֵאשׁ راس, caput fuit, praeceſſit, praefuit.

2. בָּרָא (Ipſa radix) vel 3 ſing. praet. 1 ſpeciei, Arabicè برا, prop. ſecuit, ſecando polivit, inſtar fabri fabricavit; creavit, ſive ex nihilo per virtutem omnipotentem, ſive manu artifice ex materiâ inhabili et praejacente, ſive in aliâ quâvis ratione mirabili. Anglicè. *To create, to bring into being* (a).

3. אֱלֹהִים Nom. plural. a ſing. אֱלוֹהַּ, Arab. اله, Numen venerandum, tremendum, omnique cultu divi-

A no

* Genesis continet hiſtoriam Eccleſiae Patriarchalis, ab Adamo et mundo condito, uſque ad mortem Joſephi; plus quam 2300 annorum.

(a) Vox בָּרָא tum infinitum opus creationis, tum ſolertiam artificii, in mundo condendo, vividiſſimis coloribus pingit. Quandoquidem in hoc continetur quicquid ens habet potentiſſimum. Vis hujus vocis apparet ex Jeſ. xliii. 7. ubi tria ſynonima junguntur: בְּרָאתִיו creavi eum, יְצַרְתִּיו finxi eum, עֲשִׂיתִיו effeci eum; ubi יָצַר finxit, idem ac πλασσω apud Graecos, notat. עָשָׂה Prop. elaboravit quid incumbendo in illud, totâ vi tum animi tum corporis.

no proſequendum, Deus. *God.* Ab אָלָה, Arab. الـه, prop. ſtupuit: Hinc coluit. Quidam viri docti contendunt אֱלוֹהַּ derivatum eſſe ab אָלָה, cum tertiâ ה vicariâ pro Jod, Arab. الى, juravit, jurejurando obſtrinxit: Sed revera haecce derivatio videtur eſſe contra analogiam linguae Hebraeae; nam ſi אֱלוֹהַּ derivata eſt ab אָלָה pro אָלַי, tunc in plurali regulariter, et ſecundum analogiam linguae, deberet eſſe אֱלוֹיִים, et non אֱלוֹהִים; nam literae ו et י non tantum in inflexionibus verborum, ſed etiam in derivatis, retinentur, ut vera radix dignoſcatur, ut חַיָּה vita, in plur. habet חַיִּים, ab חָיָה pro חָיַי vixit. Vid. Gram. noſtr. Hebr. p. 25. et p. 183. in notâ (*d*). 8vo. Edinburgi, anno 1758.

4. אֵת Eſt particula, ſed ſuâ naturâ nomen, notans eſſentiam, ſubſtantiam rei, quicquid occurrit. *Nearneſs, approach; the very eſſence or ſubſtance of a thing.* Propriè notat objectum, ſubjectum, ſeu id quod obvenit, adeoque pro notâ accuſativi poſt verba activa, itemque pro notâ nominativi poſt vel ante verba paſſiva habetur, ſignificans, cum, apud. Vid. Noldii Concordant. part. Hebr. Ab אָתָה اتى venit, obvenit, occurrit. Alii viri docti contendunt, אֵת prop. notare tenſionem. Ab אָתַת, Arab. اثث, tendit, inſtitit.

5. הַשָּׁמַיִם Coeli. *The heavens.* Ex ה demonſtr. vid. Gram. p. 102. lin. 28. et שָׁמַיִם per quietem, pro שְׁמָיִים ſublimia, regiones ſublimiores. *The higher places, the heavens.* A ſing. שָׁמָה, vid. Gram. p. 81. in not. (*f*). A שָׁמָה, Arab. سمى, ſublimis fuit.

6. וְאֵת Et. *And.* Ex conjunct. ו, et אֵת nota accuſ. Vid. num. 4.

7. הָאָרֶץ Ex ה articulo demonſtr. et אֶרֶץ, et in pauſa אָרֶץ terra; c. gen. ſaep. f. pl. אֲרָצוֹת. *The earth.* Ab אָרַץ, Arab. ارض, humilis, depreſſus fuit.

VERSUS

VERSUS 2.

8. וְהָאָרֶץ Et haecce terra. *And the earth.* Ex ו conjunct. *et*, et articulo ה et אֶרֶץ, vid. num. 7. cum articulo ה et praefixo ו ſub prima radicali (ָ) accipit.

9. הָיְתָה Fuit. *Was.* Ter. perſ. ſing. foem. praet. primae ſpeciei, pro הָיְיָה ; ſed ante afformantem ה in verbis deſinentibus in ה, Hebraei mutant ה vicariam literam pro Jod in ת ; et hinc הָיְתָה, vid. Gram. p. 185. lin. 22. Ab הָיָה fuit. *To be.*

10. תֹהוּ Vaſtitas, res informis, chaos ; Arab. تيه deſertum, Arabiae pars deſertiſſima. *A chaos ; a deſart void of plants and living creatures.* A תָּהָה تها (ultima Waw) vacuus fuit ; vel a תָּוָה Arab. تاه (media Waw) attonitus fuit, per terram vagatus fuit attonitus et errabundus.

11. וָבֹהוּ Et inanitas, ex ו conjunct. et בֹּהוּ vacuitas. (Arab. باه vacua et inculta domus). *Emptineſs, void of ornament and inhabitants.* A בָּהָה بها vacuus fuit ; dicitur de domo omni ſuppellectili vacua : Summa vaſtitas et deſolatio pingitur hâc et praecedente voce, Jeſ. xxiv. 11. et Jer. iv. 23. ubi ad hunc locum alluditur.

12. וְחֹשֶׁךְ Et horrida caligo. Conſtat ex ו conjunct. *et*, et חֹשֶׁךְ horrens, et craſſa caligo ; antiquum chaos. *Thick darkneſs, carrying horror along with it.* Horreſcere applicatur tenebris, quippe quae quaſi horrenti aculeo pungunt, uti vox Graeca νὺξ ἀπο τȣ νυσσειν, vid. Amos v. 8. tam etiam quod horrorem incutiant, quum quod ipſe horreant, Job iii. 4. Jeſ. v. 30. A חָשַׁךְ حسك horruit. 2. Obſcuravit.

13. עַל على Super, prop. ſuperioritas. *Upon.* A עָלָה aſcendit.

14. פְּנֵי In ſtat. conſtr. pro פָּנִים prop. partes corporis conſpicuae primo conſpectu ſe obvertentes, ut ſunt partes rei anteriores, vel exteriores, ſive ſuperficies ; a ſing. inuſitato פָּנֶה prop. obverſio vultûs : Hinc facies,

cies, adſpectus, externa ſpecies, forma, ſuperficies, *The face, countenance, aſpect ; a ſurface.* A פָּנָה فنى obvertit, aſpexit.

15. תְּהוֹם Abyſſus. *The abyſs, deep.* A תָּהַם تهم intenſiûs ferbuit aeſtus ; vel a הוּם هام tumultuatus eſt.

16. וְרוּחַ Et ſpiritus, ex conjunct. ו *et*, et רוּחַ foem. ſpiritus. *A ſpirit.* A רָוַח راح (med. Waw) reſpiravit.

17. מְרַחֶפֶת Motitans ſe, molli fotu incubans, part. 3 ſp. Vid. Gram. p. 133. A רָחַף Arab. رخف mollis, tener fuit, et tanquam liquefactus prae mollitie. *To move gently, tremulouſly ; to brood, to agitate, in order to move what is ſluggiſh and inactive.* Dei ſpiritus hic motitâſſe ſe ſuper faciem aquarum dicitur ; nempe ut incubatione ſuâ vim vivificam aquis inderet, ut ex iis caetera emergerent ; mollique fotu incubans exhibetur gallinae ad inſtar ova dura inſidentis, et ad maturitatem perducentis.

18. הַמָּיִם Aquae. *The waters.* Pl. contract. cum ה articulo pro מַיִם, vid. Gram. p. 226. l. 23. a ſing. מַי aqua. A מָיַי vel מָוַי ماء ſcatuit aqua.

Versus 3.

19. וַיֹּאמֶר Et dixit, 3 ſing. maſc. fut. 1 ſp. pro יֶאֱמַר, Aleph quieſcente in cholem, vid. Gram. p. 159. cum ו converſ. quae connectit futurum cum praeced. praet. בָּרָא ; et id reddit per praeteritum ex illa relatione, et non ex vi arbitrariâ, ut vulgo dicitur. Vid. Gram. p. 254. Ab אָמַר Arab. امر edixit, juſſit, mandavit. *To ſay, to command.*

20. יְהִי Sit, per apocopen, pro יִהְיֶה 3 ſing. maſc. fut. 1 ſp. vid. Gram. p. 201. Ab הָיָה pro הָיַי fuit. *To be.* Figuratum fut. et imp. habent Hebraei in mandatis, aliiſque circumſtantiis, aliquod animoſum notans (*b*).

21.

(*b*) In hoc ſane loco, religio eſſet praeterire toties laudatum illud ſacri hiſtorici, in quo rei et conceptûs magnitudinem (quid autem majus mens humana poteſt concipere) commendat brevitas et ſimplicitas

21. אור Maſc. prop. lumen ſurgens, lux. *Light.* Ab אור ار pro ور aeſtuavit : Hinc illuxit, illuminavit.

22. וַיְהִי Et fuit, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. per apocop. pro יִהְיֶה cum ו converſivo. Ab הָיָה fuit. *To be.*

23. וַיַּרְא Et vidit, ex ו converſ. et יַרְא, per apocopen τῦ ה et retractionem accentûs, pro יִרְאֶה 3 ſing. m. fut. 1 ſp. Chirek in Patach mutato ad pleniorem ſonum ante gutturales et Reſch. A רָאָה رأى vidit. *To ſee.*

24. הָאוֹר Illa lux. *The light.* Ex ה demonſtr. et אור lux. Vid. num. 21.

25. כִּי Quod. *That.* Etiam eo quod, nam. *For, becauſe.* Notare plane videtur rationem et impulſionem rei. A כָּנָה vel כָּנַי كوى urſit ; et hinc uſſit †.

26. טוֹב M. Bonus, praeſtans. *Good, excellent, beautiful.* F. טוֹבָה prop. uber, quae primaria ſignificatio extat 1 Chron. iv. 40. in paſcuo ubere, et Gen. xlv. 18. Hinc notat pulchritudinem, omnem hilaritatem felicitatemque, ut Pſal. lxv. 12. *coronâſti annum ubertate.* Ab טוב Arab. طاب (med. Waw) prop. uber fuit : Hinc bonus, praeſtans fuit.

VERSUS 4.

27. וַיַּבְדֵּל Et diſtinxit, 3 ſing. fut. 5 ſp. הִבְדִּיל ſeparare fecit, perforando diſtinxit, vid. Amos iii. 12. cum ו converſ. A בָּדַל بدل mutavit : Hinc 2. ſeparavit, *i. e.* mutavit locum rei vel perſonae. *To ſeparate, to diſtinguiſh.*

20.

plicitas dictionis, Deus dixit, " Eſto lux," et fuit lux. Quantum addideris verbis, tantum de ſublimitate detraxeris. Vid. Doct. Louth. de Sacra Poeſi Hebr. p. 144. Varia exempla verae ſublimitatis dictionis, cum ſublimitate conjunctae, in libris ſacris extant. Vid. Pſ. cxlviii. 5. xxxiii. 9.

† Aliquando cauſam antecedentis notat, quia, nam, quandoquidem. *For, becauſe.* Aliquando interrogative uſurpatur, ut reddendum eſt per Num? Utrum? *Whether?* כִּי הִצִּילוּ Num liberârunt, &c.? 2 Reg. xviii. 24. vid. Jeſ. xxxvi. 19. Sic כִּי num? vertendum eſſe videtur כִּי אִישׁ הָרַגְתִּי Num virum occidi? Gen. iv. 23. Cui quandoque praemittitur ה interrog. הֲכִי Annon quod? Num quid omnino? Vid. Gen. xxvii. 36. et Noldii Concordant. in locum.

28. בֵּין Inter. *Between*. Prop. ſectio, interſtitium inter partes ſectas. A בִּין بان ſecuit, diviſit.

29. וּבֵין Et inter. *And between*. Ex conjunct. ו quod Schurek ſub ſe poſſidet ante literam labialem, vid. Gram. p. 219. et בֵּין inter. Vid. num. 28.

30. הַחֹשֶׁךְ Illa caligo. *The darkneſs*. Ex ה demonſtr. et חֹשֶׁךְ tenebrae. Vid. num. 12.

VERSUS 5.

31. וַיִּקְרָא Et vocavit, 3 perſ. ſing. maſc. fut. 1 ſp. cum ו converſivo. A קָרָא قرا vocavit. *To call*.

32. לָאוֹר Haecce lux. *This light*. Ex ל emphatico, et אוֹר lux. *Light*. Vid. num. 21.

33. יוֹם M. يوم Dies. *A day*. Sic dicitur ab ardore et luce ſolis flagrante in oriente. A יָם يوم flagravit.

34. וְלַחֹשֶׁךְ Et haecce caligo. *And the darkneſs*. Conſtat ex tribus, *viz*. conjunct. et, et ל emphatico, et חֹשֶׁךְ caligo. *Darkneſs*.. Vid. num. 12.

35. קָרָא قرا Vocavit. *To call*. Ipſa radix, ſive 3 ſing. praet. 1 ſp.

36. לָיְלָה Et לַיִל ليل Nox. *The night*. Et cum ה articulo, הַלָּיְלָה. A לַיִל, apud Arabes in 4 ſp. اليل, noctem ingreſſus eſt.

37. עֶרֶב M. veſper, crepuſculum veſpertinum. *The evening*. Dual. עַרְבַּיִם duae veſperae. Propriè notare videtur, illud dulce et gratum tempus quo ſol in oriente colori maximo ſuccedit. A עָרַב عرب prop. leniter ſubiit : Hinc occidit ſol. Vid. num. 1927. Hinc vox Graeca ἔρεβος tenebrae.

38. בֹּקֶר Matutinum tempus, mane ; et cum ה articulo הַבֹּקֶר. *The morning*. Prop. fuſio et eruptio lucis matutinae. Mane ita dici videtur, quod findat et diſpellat tenebras. A בָּקַר بقر fidit, penetravit. Vid. n. 2950.

39. אֶחָד Et אֶחָד, et in regimine אַחַד, Unus. *One*. Eſt nomen cardinale, quod pro ordinali venire amat, quemadmodum Latini unus pro primo dixerunt : Idem apud Graecos obtinet : Hic ſignificat *primus*. *The*

The firſt. Valet praeterea idem ac *unicus*. Ab אָחַד احد prop. acuit, terminavit, vid. Ezech. xvi. 10. Hinc unitus, conjunctus fuit.

VERSUS 6.

40. רָקִיעַ Arab. رقيع, prop. expanſum, aër, atmoſpheria. *The expanſe, the air, atmoſphere.* Etiam nubium (infima) pavimentum ſolii divini, Ezeck. i. 22. 23. quibus tanquam ſolidis inſiſtit Deus, nubibus curruque tonante vectus. A רָקַע رقع, prop. calcavit, expandit. *To expand, to ſtretch out every way* ‡.

41. בְּתוֹךְ In medio, ex praefixo בְּ in, et תּוֹךְ medius, prop. ſecans, dividens. *The middle.* A תָּוַךְ تاك ſecuit.

42. מַבְדִּיל Separare faciens, part. 5 ſp. A בָּדַל ſeparavit. *To divide.* Vid. num. 27.

43. לַמָּיִם Aquae. *Waters.* Ex לְ emphatico, et מַיִם aquae. Vid. num. 18.

VERSUS 7.

44. וַיַּעַשׂ Et effecit, ex וַ converſ. et יַעֲשֶׂה 3 ſing. m. fut. (tertia enim ה ſyncopen patitur ob ו converſ.) 1 ſp. A עָשָׂה Arab. غشى prop. operuit: Hinc 2. elaboravit.

45. הָרָקִיעַ Expanſum illud. Nom. cum ה demonſtr. Vid. num. 40.

46. אֲשֶׁר Qui, quae, quod. *Who, which.* Prop. nota coruſca, veſtigium pedis altius impreſſum terrae; inde relativum induit ſignificatum, quo res connexae, et ſua invicem veſtigia prementes, exprimantur. Ab אָשַׁר اثر veſtigium impreſſit: Hinc 2. inceſſit.

47. מִתַּחַת Prop. de, ſub. *Under.* Ex praef. מ de, et תַּחַת تحت ſub. A תָּחַת تحت humilis fuit.

48.

‡ Solem et ſidera, ſi, quando in pavimento coelorum ponit Moſes, improprie atque optice loqui cenſendus eſt, non quod in illo revera ſint, ſed tantum appareant. Vox רקיע proprie notat metallum ſolidum mallei ictu diductum: Ad coelos transfertur, Job xxxvii. 18. expandes, deduces cum illo nubila tenuiſſima, firma, ut ſpeculum fuſum: Pavimentum divini ſolii, quod ex glacie concretum viderat, vocatur רקיע, Ezech. i. 22. 23. quod cum pedibus Dei tonantis ſubjectum ſit, a calcando dicitur. Vid. etiam 2 Sam. xxii. 43.

48. לָרָקִיעַ Expanſum illud. Nom. cum ל emphat. et רָקִיעַ expanſum. Vid. num. 40.
49. מֵעַל De ſuper. *Above.* Ex praef. מ de, et עַל ſuper. Vid. num. 13.
50. כֵּן Sic, ita. *So, thus.* Eſt particula etiam rei aptitudinem, firmitatem, veritatemque exprimens. A כון كان extitit, aptavit, conſtituit.

VERSUS 8.

51. שֵׁנִי M. ſecundus. שֵׁנִית F. ſecunda. *The ſecond.* Pronom. ordinalis. A שָׁנָה ثني iteravit, duplicavit.

VERSUS 9.

52. יִקָּווּ Congregabuntur, pro יִנָּקְווּ. 3 plur. fut. 2 ſp. Vid. Gram. p. 112. lin. 15. A קָוָה قوي prop. contorſit. *To fold together.* Hinc 2. congregavit. *To gather.*
53. אֶל In, ad. *Into.* Etiam apud, juxta, coram, pro naturâ contextus. Ab אָלָה ונו adſtrinxit.
54. מָקוֹם M. مقام Locus. *A place.* Nom. formatum per מ ſervile, vid. Gram. p. 85. A קום قام ſurrexit.
55. וְתֵרָאֶה Et viſa ſit, appareat, 3 ſing. foem. gen. 2 ſp. נִרְאָה viſus fuit, apparuit. Vid. Gram. p. 133. A רָאָה Arab. رأي vidit. *To ſee.*
56. הַיַּבָּשָׁה F. cum ה demonſtr. arida terra. *The dry land.* A maſc. יַבָּשׁ aridus, ſiccus. *Dry.* A יָבֵשׁ يبس exaruit, ſiccus fuit. *To be dry.*

VERSUS 10.

57. וּלְמִקְוֵה Et collectio. *And the gathering.* Ex praef. ו et, et ל et מִקְוֶה confluentia, locus ad quem aquae confluentes tendunt. A קָוָה collegit. Vid. num. 52.
58. יַמִּים Maria, pl. a יָם m. mare. *The ſea.* A יָמַם يمم recta extendit.

VERSUS 11.

59. תַּדְשֵׁא Germinet, prop. germinare faciet, 3 ſing. foem. 5 ſp. הִדְשֵׁא germinare fecit. A דָּשָׁא دسا germinavit. *To ſpring up, to bud.* Apud Arabes valet, opertus, obtectus fuit ; reddi igitur hic poſſit, operiat ſe terra herbâ, tanquam operimento denſiore.

60.

60. דֶּשֶׁא Germen, herba tenera ſimul denſa. *A tender bud, graſs.* Figurate, copia, tranquillitas. Vid. Joel. ii. 22. A praecedente דָּשָׁא.

61. עֵשֶׂב Herba, pabulum virens, gramen. *An herb, herbage.* Arab. عشب, a עָשַׂב عشب herbam, pabulum viride produxit.

62. מַזְרִיעַ Seminificans, ſemen ferens. *Cauſing to ſeed.* Part. 5 ſp. a זָרַע زرع prop. ſtrinxit, diſtrinxit. Hinc 2. ſparſit, ſeminavit, unde notio ſerendi ducta, q. d. diſtrinxit et deprompſit quod brachio jactum ſpargitur. *To ſow ſeed*; 5 ſp. *to bring forth or produce ſeed.*

63. זֶרַע Semen. *Seed.* Et cum affixo ו, זַרְעוֹ ſemen ejus, a זָרַע ſparſit, ſeminavit.

64. עֵץ Arbor, lignum. *A tree.* A conſtipatione; a עָצָה عصا prop. ſtipavit, ſtipatus fuit, hinc durus fuit.

65. פְּרִי Fructus, vel arbor fructifera. *Fruit.* A פָּרָה فري prop. fidit, ſecuit. 2. Hinc fructificavit, q. d. corticem fidit.

66. עֹשֶׂה Faciens, ferens. Part. praeſ. 1 ſp. a עָשָׂה fecit. Vid. num. 44.

67. לְמִינוֹ Secundum ſpeciem ſuam; ex praef. ל juxta, et aff. ו illius, et מִין ſpecies. *A kind.* A מון مان finxit.

68. זַרְעוֹ Semen ejus. Nom. cum aff. ו. Vid. 63.

69. בוֹ In eo. Ex praef. ב in, et aff. ו, ex הוּא ille (*c*).

VERSUS 12.

70. וַתּוֹצֵא Ex ו conver. et תּוֹצֵא pro תּוֹצֵא Sed in verbis incipientibus a י Waw, illud quieſcit

 in

(*c*) Hebraei, uti Arabes et Syri, duobus pronominibus relationem indicare ſolent, cum unum videatur ſufficere, ut זַרְעוֹ־בוֹ אֲשֶׁר cujus ſemen ejus in eo, pro בַּאֲשֶׁר in quo ſit ſemen ſuum. Vid. Gr. p. 243.

fut. 5 sp. sive Hiphil

in ו. Vid. Gr. p. 164, eſt 3 perſ. ſing. f. g. a יָצָא ſive יָצָא وضا, prop. emicuit. Vid. Prov. xxiv. 5. 2. Exiit, prodiit. *To ſpring up, to go forth.*

71. לְמִינֵהוּ Ex praef. ל, et aff. הוּ. Vid Gr. p. 98. et מִין ſpecies. *A kind, a ſpecies.* A מון finxit.

Versus 13.

72. שְׁלִישִׁי Tertius. *The third.* Pronom. ordin. Vid. Gr. p. 90. a שָׁלַשׁ ثلث in tres partes diviſit; item tertius fuit.

Versus 14.

73. מְאֹרֹת Pl. a מָאוֹר luminare. *A light.* Vid. Gr. p. 35 et 90. Ab אוּר أور illuxit.

74. בִּרְקִיעַ Ex praef. ב in, et רָקִיעַ expanſum. *The expanſe.* Vid. num. 40.

75. לְהַבְדִּיל Inf. 5 ſp. cum praef. ל ad. Vid. Gr. p. 113, l. 26. A בָּדַל ſeparavit. *To ſeparate.* Vid. num. 27.

76. וְהָיוּ Et ſint. Ex ו et, et הָיוּ pro הָיְוּוּ. Vid. Gr. p. 185, l. 23. 3 perſ. pl. praet. 1 ſp. a הָיָה fuit.

77. לְאֹתֹת In ſigna. Ex praef. ל in, ad, et אֹתֹת pl. ab אוֹת ſignum, flexio in via publica, Anglice, *A ſign-poſt, a ſign.* Indicium publicum alte erectum, quod viam veluti mortalibus praemonſtrat. Quam pulchre pingit Moſes uſum et officium ſolis, lunae, &c.! Hinc 2. per metaph. miracula; quatenus ſunt publica indicia manûs potentiſſimae, quid de iis ſentiendum ſit, docentia. *A miracle, a token of the interpoſition of God.* Ab אָוָה أوى flexit. Vid. Pſ. cv. 28.

78. וּלְמוֹעֲדִים Et in ſtatuta tempora. Ex ו conjunct. vid. Gr. p. 103, l. 1, et praef. ל in, ad, מוֹעֵד موعد ſtatutum tempus, ſive, ut Arnobii verbis utar, circumſcriptiones ſtatae, ſpatiis menſium et dierum dinumeratione concluſae. *A ſtated*

time,

time, *ſeaſon*. A יָעַד وعد conſtituit, condixit ſtatuto tempore. Vid. Habac. ii. 3.

79. וּלְיָמִים Et in dies. Ex praef. ו et ל et יָמִים pl. a יוֹם dies. Vid. num. 23.

80. וְשָׁנִים Eſt plur. cum ו conjunct. a שָׁנָה annus. *A year*. A שָׁנָה ثنى iteravit.

VERSUS 15.

81. לְהָאִיר Ad illuminandum. Ex praef. ל ad, vid. Gr. p. 103, l. 14, et הָאִיר pro הַאְוִיר. Sed media radicalis cum praecedente puncto extruditur in verbis habentibus mediam Waw. Vid. Gr. p. 174. Ab אוּר ور prop. fluxit, manavit. Hinc 2. illuxit, illuminavit. In omnibus enim linguis lumen dicitur fluere, manare, quatenus eſt limpidiſſimum elementorum. *To ſhine, to enlighten.*

VERSUS 16.

82. שְׁנֵי Duo. In ſtatu conſtructo, pro שְׁנַיִם dualis. Vid. Gr. p. 237. A שָׁנָה iteravit.

83. הַגְּדֹלִים Pl. cum ה demonſtr. a גָּדוֹל magnus. *Great*. A גָּדַל جدل prop. firmiter torſit, intortus fuit. 2. Grandis fuit, crevit, magnus fuit. q. d. bene tortus fuit. Eodem modo frequentatur apud Chaldaeos et Syros, metaphora deſumpta a filis tortis, quae et ipſae גְּדִלִים vocantur. Vid. Deut. xxii. 12.

84. לְמֶמְשֶׁלֶת In dominium. Ex praef. ל in, ad; et מֶמְשֶׁלֶת poteſtas. *Dominion, rule.* Nomen ſaegolatum formatum additione מ ſervilis. Vid. Gr. p. 85. A מָשַׁל مسل preſſit, premente manu tractavit; notat ſtudium, robur, quo aliquod efficacius premitur et efficitur. 2. Dominium exercuit, transfertur ad dominium et vim imprimendi cum effectu, ut hic ad vim prementem ſolis in diem, et lunae in noctem. *To have power and authority over a perſon or thing, to rule.*

Vid.

Vid. Jud. xiv. 4. 2 Sam. xxiii. 3. Neh. ix. 37. Pſ. viii. 7. ciii. 22.

85. הַקָּטֹן Parvus. *Little, ſmall.* Nom. adject. cum ה demonſtr. a קָטֹן قتن parvus, tenuis fuit.

86. הַכּוֹכָבִים Pl. a כּוֹכָב كوكب ſtella, res quaevis micans et rotunda. *A ſtar.* A כּוֹכָב كوكب radiavit inſtar ſtellae, micuit; verbum quadriliterum a כָּבַב كبب in globos convolutus fuit (*d*).

VERSUS 17.

87. וַיִּתֵּן Ex ו converſ. et יִתֵּן pro יִנְתֵּן. Nun inſerta in 2. radicali. Vid. Gr. p. 144. l. 4. A נָתַן نتن dedit, conſtituit. *To give, appoint, conſtitute.*

88. אֹתָם Ea. Accuſ. pl. ab הוּא ille.

VERSUS 18.

89. וְלִמְשֹׁל Infinit. 1 ſp. cum praef. ו et, ל ad, a מָשַׁל dominium exercuit. Vid. num. 84.

90. בַּיּוֹם In die. Pro בְּהַיּוֹם ex praef. ב in, et ה demonſtr. quod extruditur per ב, et ejus punctum ſibi vindicat. Vid. Gr. p. 103. Et יוֹם dies, a יָם يوم flagravit. Vid. num. 33.

91. וּבַלַּיְלָה Et in nocte. Ex conj. ו et, et praefix. ב in, et לַיְלָה nox. Vid. num. 36.

VERSUS 19.

92. רְבִיעִי Quartus. *The fourth.* Vid. Gr. p. 93. A רָבַע ربع quadratus fuit, quartus fuit.

VERSUS 20.

93. יִשְׁרְצוּ Abunde progignant, 3 perſ. pl. fut. 1 ſp. a שָׁרַץ repſit, movit ſe, produxit in multitudine, genuit copioſe, more reptilium ſcaturivit. Anglice, *To ſwarm with reſpect to exiſtence, to breed or multiply abundantly, to exiſt in great ſwarms.*

94.

(*d*) Obſervatu dignum eſt quanta ſimplicitate ſtyli et vera ſublimitate Moſes hic pingit creationem globorum ſidereorum, qui manum Artificis omnipotentis palam depraedicant. Pſ. xix. 1, 2.

94. שֶׁרֶץ Movens, reptilis. *Moving, prolifick, breeding.* Et cum conjunct. ו וְשֶׁרֶץ. Vid. ver. 24. A שָׁרַץ. Vid. num. 93.

95. נֶפֶשׁ Prop. ſpiratio, actio ſpirandi, halitus, aura vitalis, qua anima ſuſtinetur. 2. Anima immortalis.* *A ſoul, the breath.* Ut ψυχη apud Graecos. 3. Voluntas, appetitus, a נָפַשׁ نفس ſpiravit, flavit.

96. חַיָּה Pro חַיִּיָה, et cum ה demonſtr. הַחַיָּה vivens, animans. *A living creature.* Sed tertia Jod inſeritur in ſecunda radicali. Vid. Gr. p. 228, l. 18. A חָיָה حيي vixit, prop. compegit, compactus fuit: notat compactum ſtatum corporis, et opponitur diſſoluto illius ſtatui, qui notatur per מוּת mortuus eſt. *To live.*

97. וְעוֹף Et avis. *A fowl.* Sic dicta, quia gyrat in aëre. A עוּף عاف gyravit, hinc volavit.

98. יְעוֹפֵף 3 perſ. ſing. m. g. fut. 3 ſp. ubi, mediâ Waw in quietem miſſâ, geminatur tertia פ. Vid. Gr. p. 172. A עוּף عاف gyravit. *To turn ſwiftly about in the air, to whirl about.* Prov. xxiii. 5. Hinc 2. laſſatus fuit, quia laſſitudinem conſequitur gyratio. *To be dizzy, weary.* 3. Caligavit, tenebris offundi. Jud. iv. 21.

VERSUS 21.

99. וַיִּבְרָא 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum ו converſ. Vid. Gr. p. 254. A בָּרָא creavit; manu artifice fabricavit, perpolivit. Vid. num. 2.

100. אֶת הַתַּנִּינִם accuſ. pl. a תַּנִּין تنين cete dentatum, omnis piſcis major; item draco, ſerpens ingentis molis. *A whale, a ſea-monſter, a dragon, a ſerpent. See Shaw's Travels, p. 430, Lond. edit.* 1757. A תָּנַן تنن prop. ſorpſit, abſorpſit aquam diductis dentibus. Vid. Pſ. cxlvii. 8.

101. כֹּל Omnis, prop. univerſitas. *All.* Arab. كلّ a כָּלַל كلل perfecit, completus fuit, omnibus partibus et numeris abſolutus fuit.

102. הָרֹמֶשֶׂת Praef. part. 1 ſp. cum ה demonſtr. f. g. a רָמַשׂ ſerpſit, movit. *To move with a progreſſive motion, as animals, fiſhes, reptiles, move on the earth, or in the ſea.*

103. שָׁרְצוּ 3. pl. praet. 1 ſp. a שָׁרַץ repſit. Vid. 94.

104. לְמִינֵהֶם Secundum ſpecies ſuas, conſtat ex praef. ל juxta; affix. הֶם et מִינֵי pro מִינִים. Sed ם pluralis abjicitur ante affix. Vid. Gr. p. 223, a מִין ſpecies. *A ſpecies, a kind.* A מון finxit.

105. עוֹף Avis. A עוּף gyravit, inde volavit. *To move with a tremulous motion, to fly, to turn ſwiftly in the air.*

106. כָּנָף كنف ala, protectio, ora. *A wing.* Latus, a כָּנַף كنف cinxit, ſepſit, circumſepſit.

VERSUS 22.

107. וַיְבָרֶךְ 3 perſ. ſing. m. g. 3 ſp. pro יְבַרֵּךְ. Sed verba habentia mediam ר vel literam gutturalem, non admittunt dageſch forte; compenſatur vero per vocalem longam kametz. Vid. Gr. p. 133. A בָּרַךְ برك prop. genua flexit. Hinc. 2. genibus flexis benedixit. *To bow the knee, hence to bleſs:* Inde 3. valedixit, omnia fauſta precatus eſt in valedicendo, Anglice, *Adieu.*

108. לֵאמֹר Ex praef. ל et אָמַר. Vid. Gr. p. 219. Inf. 1 ſp. ab אָמַר امر dixit.

109. פְּרוּ Imper. 1 ſp. pro פְּרְיוּ. Sed ante afformantes aſſyllabas ו et י tertia radicalis ה plane ſupprimitur. Vid. Gr. p. 185. A פָּרָה fructificavit. *To be fruitful, to increaſe.*

110. וּרְבוּ Praeſ. imp. 1 ſp. Vid. Gr. p. 185. A רָבָה multiplicavit. *To multiply.*

111. וּמִלְאוּ 2 perſ pl. m. g. praeſ. imper. cum ו conjunct, a מָלָא ملا prop. farcivit, effarcivit 2. Implevit. *To repleniſh, to fill.*

112. בַּיַּמִּים Pl. cum praef. ב in, a יָם mare. Vid. num. 58.

113. וְהָעוֹף Nom. cum ו conjunct. et ה demonſtr. a עוּף gyravit, volavit.

114. יִרֶב Pro יִרְבֶּה 3 perſ. ſing. m. g. fut. 1 ſp. figuratum enim futurum habent Hebraei in mandatis, votis, &c. etiam ſine ו converſivo, a רָבָה ربى prop. ſpiſſus fuit. 2. Multiplicavit.

VERSUS 23.

115. חֲמִישִׁי Quintus. *The fifth.* A חָמֵשׁ quinque, a חָמַשׁ خمس aggregavit, fuit quintus, ſeu cum quatuor eſſent, ſemel addito effecit quinque, quia numerus incipit creſcere, et ex quadratura ſua latius ſe fundere.

VERSUS 24.

116. לְמִינָהּ Juxta ſpeciem ſuam. Ex praef. ל et aff. ה, ex הִיא illa, vid. Gr. p. 100, et מִין ſpecies. Vid. num. 104.

117. בְּהֵמָה Prop. bruta beſtia. *Cattle, the brute creatures.* F. g. a m. בְּהֵם a בָּהַם بهم obſtrictus fuit; obſtrictis fuit ſenſibus. 2. Mutus fuit. Sic Latini dicunt mutum pecus.

118. וְחַיְתוֹ Et beſtiam ſibi. Ex ו conjunct, et aff. ו per plionaſmum, et חַיָּה beſtia viva, animal; ה ante affixum mutato in ת, uti etiam fit in ſtatu conſtructo in commate 25, in חַיַּת הָאָרֶץ animal terrae. Vid. Gr. p. 222. l. 18. Ab חָיָה vixit (*e*).

VERSUS

(*e*) Doctiſ. Morinus et clariſ. Houbigant hic textum corruptum eſſe volunt, et חַיְתוֹ perperam ſcriptum eſſe pro חַיַּת. Sed hoc non ex auctoritate cujuſvis MSS. confirmant; verum exſtat non tantum haecce lectio in hoc loco, ſed Pſ. civ. 11, 20, Iſa. lvi. 9. ubi occurrit bis, etiamque apud Zeph. ii. 14.

Kimchius aliique grammatici literam ו in voce חַיְתוֹ eſſe paragogicam docent, uti etiam clariſ. Schultenſius, qui obſervat literam ו eſſe paragogicam, quae nihil in origine videtur eſſe, quam affixum ad normam ſingularis vel pluralis accedens per plionaſmum. Vid. Schultenſ. Gram. Heb. p. 453. manifeſtum exemplum in num. 24. ver. 3. et 15. in בְּנוֹ בְעֹר quod ſatis bene verti poſſit, *filius illius Beoris.* Aliud exemplum hujus generis conſtructionis

VERSUS 25.

119. הָאֲדָמָה Prop. ſuperficies terrae ; linitura, compacta terra, prop. *the ſurface of the earth*, *by Synecd. the earth*, *the ground*. Ab אָדַם ادم prop. linendo aequavit, appegit, coloravit ſpeciatim rubro colore. *To be red*, *reddiſh*.

VERSUS 26.

120. נַעֲשֶׂה 1 perſ. pl. fut. 1 ſp. a עָשָׂה fecit, prop. elaboravit quid incumbendo in illud. Vid. 44.

121. אָדָם Homo. Et cum ה demonſtr. הָאָדָם ita dictus quod linendo compegit et coloravit eum Creator ejus ex pulvere rubri coloris. Ab אָדַם ادم linendo aequavit, coloravitque peculiariter rubro colore.

122. בְּצַלְמֵנוּ In imagine noſtra. Ex praef. בּ in, et aff. נו vid. Gr. p. 101, et צֶלֶם umbra, adumbrata delineatio. *A ſhadow*, *an image*. A צָלַם ظلم obſcurus fuit, in colore obſcuro adumbravit, delineavit.

123. כִּדְמוּתֵנוּ Secundum ſimilitudinem noſtram. Ex praef. כּ ſecundum, et aff. נו vid. Gr. p. 101, et דְמוּת effigies, ſimilitudo. *Likeneſs*, *ſimilitude*. Praeſertim ea quae Archetypum adaequat. A דָמָה دمى prop. illevit, linendo aequavit, complanavit. Hinc 2. effinxit, efformavit (*f*).

124. וְיִרְדּוּ Et dominentur. 3 perſ. pl. 1 ſp. cum ו converſ. pro יִרְדֵּהוּ Sed ultima ה ante afformantes

tionis habemus, Gen. xxxi. 9. de quo ſuo loco. Verum quidem eſt, Cl. Houbigant emendaſſe hunc locum etiam, ſed ſine auctoritate ullius MSS. Praeterea pleonaſmus adfixi in dialecto Syriaca ſolennis eſt, quod maxime probabile reddat huncce pleonaſmum apud Hebraeos etiam obtinuiſſe.

(*f*) Hic videmus quam accurate et eleganter Moſes oſtendit, quod Deus genus humanum ſecundum ſuam imaginem finxerat ; prius enim צֶלֶם notat adumbrationem, delineationem ; poſterius vero דְמוּת aequationem. adaequationem. Pictores enim primo umbratam ſpeciem delineant, cui mox vividiores allinunt colores, ut Archetypo magis reſpondeat, idque quodammodo adaequet.

tes aſſyllabas abjicitur. Vid. Gr. p. 186. A רָדָה ردي prop. calcavit ſub pedibus. 2. Subegit, dominio ſubjecit, calcavit vehementiore niſu. *To hold in ſubjection, to reign over.* Vid. Jeſ. xlv. 1. Pſ. cxliv. 4. Iſ. xiv. 6. lxiii. vi. Ez. xxix. 15.

125. בִּדְגַת In piſces. Ex praef. ב in, et דְּגַת in ſtatu conſtr. pro דָּגָה piſcis. *A fiſh.* Vid. Gram. p. 222. l. 21. A דוג prop. tremuit, tremulum moveri.

126. הַיָּם Mare. *The ſea.* Nomen cum הַ demonſtr. a יָמַם recta via tetendit.

127. וּבְעוֹף Ex conjunct. ו et, et praef. ב in, et עוֹף avis, a עוף volavit.

128. וּבַבְּהֵמָה Et in brutum pecus. Ex conjunct. ו et, et ב in, et בְּהֵמָה brutum pecus, a בָּהַם. Vid. num. 117.

129. וּבְכָל Et in univerſitatem. Ex praef. ו et, et ב in, et כל omnis, a כָּלַל perfecit.

130. הָרֹמֵשׂ Praeſ. part. cum ה demonſtr. a רָמַשׂ repſit.

VERSUS 27.

131. בְּצַלְמוֹ Et in imagine illius. Ex praef. ב in, et aff. ו, et צֶלֶם imago, umbra, a צלם adumbravit, et cum praef. ב in, בְּצֶלֶם in imagine.

132. אֹתוֹ Eum. Accuſ. ſing. et in accuſ. pl. אֹתָם a הוא ille, ipſe.

133. זָכָר Maſculus, mas. *Male.* A notione acris vigoris; ut נָשִׁים foeminae a laxatione molli. A זָכַר ذكر prop. viguit praeſertim acri vigore et odore. Vid. Jeſ. lxvi. 3. Qui odore acri adolet thus. 2. Metaph. recordatus eſt, q. d. fragravit acri vigore.

134. וּנְקֵבָה Et femellam. Ex conj. ו et, et נְקֵבָה foemina. *A female.* A נָקַב نقب diſtinxit, praecipue notâ quâdam; hic diſtinctio ſexus notâ certâ innui videtur.

VERSUS 28.

135. וְכִבְשֻׁהָ 2 perſ. pl. imp. 1 ſp. Vid. Gr. p. 121. nota (*s*). Cum conj. ו et, et aff. ה, a כָּבַשׁ كبس ſubegit. *To ſubdue, to reduce to a ſtate of ſubjection and ſervitude..*

136. וּרְדוּ 2 perſ. pl. imp. 1 ſp. Vid. Gr. p. 185. Cum conj. ו a רָדָה dominium exercuit. Vid. 124.

VERSUS 29.

137. הִנֵּה Ecce. Ex ה paragogico, et הֵן ecce A הָנַן هنى ſtriduit, ſtridorem argutum reddidit.

138. נָתַתִּי 1 perſ. ſing. praet. 1 ſp. pro נָתַנְתִּי Nun inſerto in aff. תִּי Vid. Gram. p. 157. l. 19. A נָתַן dedit.

139. לָכֶם Vobis. Dat. pl. ab אַתְּ Vid. Gr. p. 94.

140. זֹרֵעַ Part. praeſ. 1 ſp. a זָרַע ſparſit, ſeminavit. *To ſow.*

141. אֲשֶׁר־בּוֹ Cujus in ea. בּוֹ ex praeſ. ב in, et aff. ו quod, ab הוּא. Vid. Gr. p. 94. Hebraiſmus elegans, ubi pleonaſmus pronominis uſurpatur. Vid. Gr. p. 243. l. 4.

142. יִהְיֶה 3 perſ. ſing. m. g. fut. 1 ſp. ab הָיָה fuit.

143. לְאָכְלָה Ex praeſ. ל in, ad, et אָכְלָה cibus, ab אָכַל اكل comedit.

VERSUS 30.

144. רוֹמֵשׂ Serpens, movens, praeſ. part. 1 ſp. a רָמַשׂ ſerpſit.

145. יֶרֶק Arab. ورق frons, folium arboris. *A leaf of a tree, a green ſhoot or twig.* A יָרַק ورق fronduit, frondoſa fuit arbor.

VERSUS 31.

146. עָשָׂה غشى prop. operuit: Hinc 2. elaboravit, effecit aliquod. Vid. num. 44.

147. מְאֹד Prop. niſus, conniſus: Hinc valde vehementer. *Exceedingly, very much.* Ab אוּד flexit. 2. Conniſus fuit.

148.

148. הַשִּׁשִּׁי Sextus, contractum ex שִׁדֵּשׁ, ut אַחַת contrahitur ex אַחֶדֶת, cum ה demonſtr. a cardinali numero שֵׁשׁ Sex, addendo (ʼ.) Vid. Gr. p. 93. A שָׁדַשׁ سدس ſextavit, in ſex partes diviſit.

CAPUT II. VERSUS 1.

149. וַיְכֻלּוּ ET maximâ ſolertiâ abſoluti ſunt, 3 perſ. pl. fut. 4 ſp. cum ו converſ. a כָּלָה كلى prop. complicuit, convolvit: Hinc 2. complevit, conſummavit, omnibus partibus et numeris abſolvit. *To finiſh, to perfect; and in the 3 ſp. to finiſh with ſkill, or wiſdom.*

150. צְבָאָם Exercitus eorum. Ex aff. ם, ex הֵם, vid. Gr. p. 98. et צָבָא exercitus, militia, ſtatio militaris. *An army, an hoſt.* A צָבָא صبا emicuit, ſpeciatim dicitur de ſtella oriente; hinc uſurpatur de exercitu in aciem prodeunte; agminatim prodiit in aciem.

VERSUS 2.

151. וַיְכַל Et abſolutum reddidit. 3 perſ. ſing. m. g. fut. 3 ſp. pro וַיְכַלֶּה a כָּלָה perfecit, conſummavit. Vid. num. 149.

152. הַשְּׁבִיעִי Septimus. A שֶׁבַע ſeptem, a שָׁבַע سبع ſeptimavit, ſeptem numero alios fecit.

153. מְלַאכְתּוֹ Opus ſuum. Ex aff. ו et מְלָאכָה, ה ante affixum mutatâ in ת, legatio: Hinc 2. alicujus officii et operis functio, opus. *Any work.* Et Jon. i. 8. *An occupation, employment.* A לָאַךְ Arab. et Ethiopice, miſit.

154. וַיִּשְׁבֹּת 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum ו converſ. a שָׁבַת سبت quievit. *To reſt.*

VERSUS 3.

155. וַיְקַדֵּשׁ Et a communi uſu in ſacrum ſeparavit; 3 perſ. ſing. m. g. fut. 3 ſp. cum ו converſ. a

קָדַשׁ

קָדַשׁ قدس prop. luſtravit, purificavit: Hinc a communi uſu in ſacrum ſepoſuit, ſeparavit. 3. Conſecravit. Vid. Exod. xix. 10. *To ſeparate from a common to a ſacred uſe, to ſanctify* (*g*).

156. שָׁבַת سبت quievit. 3 perſ. ſing. m. g. 1 ſp. *To ceaſe from, to reſt.*

157. כִּי Quia. Prop. ſignificat uſtionem, adeoque et rationem, et impulſionem; item omne id quod urget ſeu conditionem, ſeu veritatem rei; dicitur, pro כְוִי ad formam פְרִי ſicut רִי dicitur pro רְוִי a כָוָה كوي prop. uſſit, aduſſit, urſit. Haecce vero particula כִּי aliis nata videtur eſſe ex pleonaſmo, et ſignificat, ut cum, quoniam; idem quod Graeca particula ὡς μοι, nempe conflatur. Ex aff. ׳, quod ex אֲנִי ego, et כ notante ſimilitudinem, v. g. כִּי עָשִׂיתָ זאת ut mihi feceſti hoc; quandoquidem, item Pſ. viii. 4. ut mihi video coelos tuos. *Becauſe, ſince.*

158. לַעֲשׂוֹת Ad perficiendum, elaborandum. Infinit. 1 ſp. cum praeſ. ל, a עָשָׂה fecit.

VERSUS 4.

159. אֵלֶּה Illi, illae, com. gen. plur. Vid. Gr. p. 96.

160. תוֹלְדוֹת Pl. a תוֹלֵדָה generatio. *A generation, a birth.* A יָלַד ولد, genuit (*h*).

(*g*) Obſervantia diei ſeptimi religioſa cum ipſis rerum primordiis obtinuiſſe, et non coepiſſe demum cum lege Moſis, ſed cum lege naturae veriſimillime videtur. Sabbathum inſtitutum ac praeceptum fuiſſe ante lapſum et obſervatum a populo Dei ante legem Moſaicam, Aben Ezra agnoſcit ad Levit. xix. 3. propterea additur, Ego Dominus Deus Veſter, ut faciatis ſicut ego feci, qui ceſſavi ab omni opere in die Sabbathi. Huic ſententiae R. Eliezer et Maimonides favent. Vid. Joan. Nicolai annotat. ad Bertrandum de Repub. Hebr. p. 46. 47. Praeterea ob quietem Dei, ſeptimus dies a Deo non tantum benedictionem accepit, ſed additur וַיְקַדֵּשׁ et *a communi in ſacrum uſum ſeparavit* ab aliis diebus, ut feſtus atque ſolennis mortalibus eſſet. In ſolenni promulgatione legis facta tantum eſt repetitio praecepti primis parentibus dati.

(*h*) Hic vero diverſus ſtilus plane apparet; nulla enim mentio fuit,

161. בְּהִבָּרְאָם In creari ea. Ex praef. ב in, et aff. ם Vid. Gr. p. 98. et הִבָּרֵא infin. 2 ſp. Vid. Gr. p. 112. l. 16. a בָּרָא creavit. Vid. num. 2.

162. יְהוָֹה Jehovah. Prop. ſubſiſtens ſuomet niſu, nutu, pondere quaſi exiſtentiae neceſſariae, aeternae et infinitae. A הָוָה هوى Prop. notat eum, qui neceſſariam poſſidet exiſtentiam, et ex ſe, et per ſe ſubſiſtit; rectiſſime propterea nomen proprium Dei appellatur, quatenus nulli extra Deum competit per excellentiam iſtum titulum gerere, ὁ ὢν, qui ſubſiſtit ſuomet nutu, niſu, ac pondere quaſi, atque illuc haud dubie reſpicitur quoque Iſa. xlvii. 8. Ego Jehovah hocce nomen meum, Hoſ. xii. 6. Jehovah eſt fragrantia ejus, id eſt nomen fragrantiſſimum. Vid. etiam Iſa. xxvi. 8, 13.

VERSUS 5.

163. שִׂיחַ Frutex, ſtirps. *A ſhrub.* Cujus pulluli in ſumma tellure expatiantur. Ab שִׂיחַ ejuſdem ſignificationis

fuit nominis Jehovae in primo capite; hic vero conjungitur cum voce Elohim אֱלֹהִים in plurali numero: Unde quidam viri docti, Moſen, in contexenda ſua Geneſi, quaedam monumenta antiquitatis, quae ſuo tempore exſtitere, tranſtuliſſe, exiſtimant. Pertinent haud dubie, quae capite hoc ſecundo a verſu uſque quarto referantur, ad hiſtoriam creationis diei ſexti. Probabile etiam videtur, die ſexto, paratum fuiſſe paradiſum, Deumque tum marem, tum foeminam finxiſſe, uti conſtat ex cap. i. 27. Quis vero rationem reddat, cur Hiſtoriographus, quae ad operum ſexto die productorum deſcriptionem pertinebant, inter opera ſexti diei non recenſuerit. Sed poſt deſcriptionem quietis diei ſeptimi, novum quaſi tractatum compoſuerit, novo munitum titulo (nempe אֵלֶּה תוֹלְדוֹת) in quo, eorum quae jam dicta erant, paucis repetitis, quaedam quae ſatis declarata non erant, exponere ordiatur. Quis (inquit doctiſ. Vitringa) hujus reddat rationem, ſi haec non ſit ratio, quod Moſes ad confirmandam veritatem ſuae hiſtoriae illas Patriarcharum ſchedas memoriales integras, quantum pote, cum ſuis ἐπιγραφαῖς voluerit tradere poſteris? Vid. Vitring. obſervat. ſacras, tom. I. p. 42. 43. et Joan. Clericum in Prolegomen. ad Commentarium in Pentateuchum.

nificationis eum שׂוּחַ ساح Media Je, exſpatiavit. *To expatiate freely.* Proprie notat reciprocationem motûs, qualis eſt umbrae, aquae, hominis huc illuc verſantis. Eadem idea fruticum nobis exhibita eſt a Plinio lib. xvii. hiſt. nat. cap. 12: "Nullis arboribus pulluli proveniunt, niſi quarum "radices amore ſolis atque imbris in ſumma tel-"lure ſpatiantur".

164. הַשָּׂדֶה Nomen cum ה demonſtr. ager, locus irriguus, rore madens. *A field.* A שָׂדָה Arab. ثدي et سدي rigavit, madefecit, uberi venâ maduit, irriguus fuit. Ita Latini *uberem* de ſolo fertili adhibent, ut in illo Virgilii Æneid. vii. l. 261. divitis uber agri.

165. טֶרֶם Eſt forma ſegolata. Prop. abruptio, ſtatus abruptionis; denotans rem necdum inchoatam vel etiam hactenus interruptam: Hinc adverbialiter ſumitur ad notandum pleniſſimam negationem, quam Latine reddere poſſimus ſatis bene per hactenus non, nondum, plane non. *Not, not yet.* A טָרַם Arab. طرم quae proprie videtur ſignificare *ſecuit*; quae ſignificatio clarius patet in ſororiâ radice صرم reſecuit, interrupit. *To break off, to interrupt.* Sic in hoc loco, et omnis planta agri (טֶרֶם) nondum hactenus fuerat in terra, et omnis herba agri (טֶרֶם) nondum hactenus effloruerat, quia non pluere fecerat, &c. (*i*).

166.

(*i*) Noſtra verſio in quibuſdam locis vertit טֶרֶם nondum hactenus, "Not yet"; ubi plane ſenſus hanc verſionem requirebat, ut Exod. x. 7. הֲטֶרֶם תֵּדַע nondum hactenus noſti? "Knoweſt not thou yet?" Sic Exod. ix. 30. Etiamſi vero in aliis locis haec vox טֶרֶם ſatis bene reddi poſſit per *antequam, ante*, ſenſu ſalvo; attamen vis et ſententioſa illa brevitas et pulcherrima elegantia ling. Hebr. in verſionibus plerumque amittitur, ut Pſ. cxix. 67. in noſtra verſione vertitur, "Before I was afflicted I went aſtray;" ſed ſecundum originem vertenda eſt nondum afflictus;

166. יִצְמָח 3 perſ. ſing. m. g. fut. 1 ſp. a צָמַח طمح prop. micavit, ſplenduit. 2. Floruit, germinavit, pullulavit. *To bud, ſpring, or grow up as graſs, trees,* &c.

167. לֹא Non. *Not.* Prop. eſt nomen ſubſtantivum, ſtatum rei vel perſonae, quae non agat, non exiſtat, nihil valeat, ſignificans. A radice antigua לָאָא vel לָאָה لاي prop. intortus fuit, obhaeſit, defatigatus, adflictus fuit.

168. הִמְטִיר 3 perſ. ſing. praet. 5 ſp. a מָטַר مطر prop. mulſit, emulſit: Hinc commoda pluviae, quae eſt aqua in nubibus quaſi ſtringendo, emulſa. 2. Pluit. *To rain.*

169. אַיִן Non fuit. *Not.* Prop. vacuitas, ſubſt. formae פַּיִד. Vid. Gr. p. 231. l. 3. Ab אָיַן اين levis, cavus, vacuus fuit.

170. לַעֲבֹד Ad excolendum. Inf. 1 ſp. a עָבַד عبد coluit. *To cultivate.*

VERSUS 6.

171. וְאֵד Arab. وايد Et vapor. Ex וְ conj. et אֵד prop. quicquid mole ſuâ praegravat: Hinc moles ſpiſſitudine ſuâ praegravans. 2. Vapor gravis, Job xxxvi. 27. vapor nebuloſus. *Vapour, condenſed water.* 3. Ex eadem origine, grave infortunium, exitium. A אָיַד ااد torſit, intorſit in majorem molem, ſic ut aliquid condenſetur, et ſpiſſum reddatur. *To twiſt together, to condenſe.*

172.

flictus, "Not yet afflicted I went aſtray. Sic Iſ. lxv. 24. Joſh. iii. 1. Exod. xii. 34. ubi ſtatus abruptionis, quem ſupra indicavi ſignetur. Sic ſecundum hanc verſionem omnis obſcuritas removebitur, "And every plant of the field was *not yet* in the earth, and every herb of the field had not yet ſprung up, for Jehovah God had not cauſed it to rain upon the earth, and there was no man to till the ground." Praeterea ex hac verſione connectio inter prius et poſterius verſûs membrum perſpicua eſt, et cauſae manifeſtae ſterilitatis terrae redduntur: Particula enim כִּי quia, poſteriorem verſûs partem cum priore plane connectit.

172. יַעֲלֶה 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. Gutturalis ע accipit ſibi (-:) pro (:) Vid. Gr. p. 25. et conformem ſibi reddit praecedentem vocalem per patach pro chirek. A עָלָה علي aſcendit, ſuperavit, ſuperior factus fuit; excrevit in altum. *To aſcend, to mount upward.*

173. מִן Ex, de. *From.* A מָנַן مني ſcidit, fidit.

174. וְהִשְׁקָה 3 perſ. ſing. m. g. praet. 5 ſp. cum ו conjunct. a שָׁקָה سقي rigavit, irrigavit. *To water, to moiſten.*

VERSUS 7.

175. וַיִּיצֶר 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. ubi Jod quieſcit explicite in chirek. Vid. Gr. p. 164. et ו converſ. a יָצַר finxit. *To form, faſhion or ſhape, as the potter forms and ſhapes the clay*, Iſa. xliv. 12. xlix. 5. lxiv. 8.

176. עָפָר عفر Pulvis. *Duſt.* Prop. cruſta exterior terrae, ei velut ſuperlita, a עָפַר عفر texit, obtexit.

178. וַיִּפַּח Et inflavit. 3 perſ. ſing. m. g. fut 1 ſp. Nun inſertâ per dageſch forte in mediam radicalem pro יִנְפַּח. Vid. Gr. p. 144. Cum ו converſ. a נָפַח نفح flavit, inflavit. *To breath into.*

178. בְּאַפָּיו In nares ejus. Ex praef. ב in, et aff. יו vid. Gr. p. 98. et אַפַּיִם nares. *Noſtrils.* Mem abjectô ante aff. Vid. Gr. p. 223. Ab אַף naſus. Metap. ira. Ab אָנַף انف prop. in naſo commotus fuit: Hinc fervido naſo praeditus, in iram conjectus fuit, cujus ſigna per naſum erumpunt,

179. נִשְׁמַת Spiraculum, In ſtatu conſtructo pro נְשָׁמָה Vid, Gr. p, 222. ſpiratio, aura vitalis, ſeu ſubtilior illa aura, unde vita dependit. *The breath, by which animal life is preſerved.* A נָשַׁם نسم ſpiravit, adſpiravit. Vid. Eſ. xi. 22. Num. xxii. 30. Jer. xxix. 49.

180. חַיִּים Vitarum. Pl. a חַי contracte pro חָיָי prop. coagmentatio, vel compactio undique conſerta et convoluta; Hinc vita. Eſt pulcherrima imago

ſtatus

ſtatûs integri, valentis et vitam in vigore ſuo continentis. A חָיָה حيي coagmentatus, compactus, fuit. 2. Vixit. *To be in a firm, vigorous ſtate, to live.* Opponitur τῳ, מָוֶת macerationem, vel diſſolutionem tabidam, quâ quid lente liqueſcit, ſignificanti (*k*).

181. לְנֶפֶשׁ In animam vivam. Nomen cum praef. ל in, a נֶפֶשׁ نفس ſpirávit.

VERSUS 8.

182. וַיִּטַּע Et plantavit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum ו converſ. Vid. Gr. p. 144. A נָטַע نطع prop. pepigit. 2. Plantavit. *To plant.* Uſurpatur proprie de ſtirpibus, Eſa. v. 2. Gen. ix. 20. etiam de tentoriis, Dan. xi. 4. eleganter transfertur ad coelos, Eſa. li. 16. Ad plantandum coelos: quod pulcherrimam praebet figuram tentorii bene et firmiter compacti ſuſpenſique ſuper terram.

183. גַּן جن Hortus. *A garden.* Prop. locus tectus et clauſus. Et cum ה demonſtr. הַגַּן hortus ille. A גָּנַן جنن texit, protexit. *To cover, to defend.*

184. בְּעֵדֶן Nomen cum praef. ב in, proprie ſignificat

D

(*k*) In plurali adhibetur חַיִּים non tantum amplitudinis et dignitatis cauſâ; ſed Moſes hic etiam Deum, hominem inſpiraſſe cum anima vitali, tum immortali innuiſſe videtur. Primaria vis hujus vocis חָיָה compegit, coagmentavit, apparet Nehem. ix. 6. Tu Jehovah, feciſte coelos, coelum coelorum, et omnem exercitum ejus, terram et omne quod ſuper ea, mariaque et quicquid in iis tu מְחַיֶּה non vivificans, ut vulgo redditur, ſed coagmentans quà animata, quà inanimata, ac veluti conglobans per firmiſſimam conglobationem, in ſtatu ſuo vigeto et valido conſervans. "Thou preſerveſt in a vigorous, firm and compacted ſtate, the heavens and the earth, &c." Vid. etiam 2 Chron. xiv. 12. Job x. 1. Eſ. lvii. 10. Cicero ipſe illuſtravit hanc ideam orientalem, lib. 1. de ſenect. cap. xx. Finis vivendi eſt optimus, cum integra mente caeteriſque ſenſibus, opus ipſa ſuum eadem quae *coagmentavit*, natura diſſolvit: Hic plane vitam vigetam tanquam undique coagmentatam, conglobatam atque compactam, pingit.

ficat locum delicatum cum tenera mollitie. A עֵדֶן عدن delicatus fuit tenera mollitie (*l*).

185. מִקֶּדֶם Ab oriente. Nom. cum praef. מ ex, קֶדֶם قدم prop. pars mundi vel cujuſvis loci anterior, oriens. *The eaſt.* Reſpectu terrae ſanctae, e. g. Chaldaea, Arabia, &c. Sicut occidens dicitur אָחוֹר, quod a tergo Judaeae ſitus ſit; meridies יָמִין qui ad dextram; ſeptentrio שְׂמֹאל qui ad ſiniſtram, ſita ſint. A קֶדֶם قدم anterior fuit, praeceſſit.

186. וַיָּשֶׂם Pro יָשׂוּם 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum ו converſ. Sed media radicalis ו extruditur cum praecedenti puncto. Vid. Gr. p. 171. A שׂוּם سام poſuit. *To place.*

187. שָׁם Ibi. *There.* Q. d. locus ante oculos exſtans. A שָׁמָה سمى eminuit ob oculos.

188. יָצַר Finxit. *To form, faſhion, or ſhape.* Vid. num. 175.

VERSUS 9.

189. וַיַּצְמַח Et germinare fecit. 3 perſ. ſing. m. g. fut. 5 ſp. cum ו converſ. A צָמַח germinavit. *To ſpring, or to grow up.*

190.

(*l*) Patet ex verſu 8. Edenem fuiſſe verum locum; quia Moſes diſtinguit locum illum Paradiſi ab aliis, quum dicit fuiſſe locum in Edene מִקֶּדֶם *ab oriente,* ut diſtinguat ab alio Edene, qui ſit vel in occidente vel in alio mundi tractu. Mentio enim fit de Edene 2 Reg. xix. 12. Et filii Edenis qui ſunt in Thalaſſar; patet hoc eſſe Euphratem, ut oſtendit Doct. Van Til. Alter Eden memoratur in Ezech. xxvii. 23. ubi notandum, quod mercatores, qui ibi vocantur, Schebae, ſunt mercatores Arabiae; proinde, uti obſervavit cl. Vitringa in tractatu de ſede parentum noſtrorum primorum in Paradiſo. (Vid. obſervat. ſacr. tom. 2. p. 7.) Eden eſt regio ſeu in Meſopotamia, ſeu non procul inde. Obſervandum eſt hancce ſententiam Calvini, quam parum emendaverat cl. Huetius, veriſſimam omnium videri. Hoc demonſtravit cl. Vitringa, qui paululum in quibuſdam circumſtantiis etiam Huetium emendaverat. Vid. Vitring. geograp. ſacr. p. 6. et 7. Vid. etiam Univerſal. hiſt. vol. 1. p. 115, 116. Doctiſ. Sanſon, Relandus et Calmetus volunt Edenem eſſe in Armenia.

190. נֶחְמָד Deſiderabilis. *Deſireable, or to be deſired.* Part. 2 ſp. a חָמַד حمد flagravit. 2. Flagrantius cupivit, celebravit tanquam laude dignum. *To deſire ſtrongly, to praiſe much.* Ab hac radice derivatur in lingua Arabica inſignis illius impoſtoris Mohammedis nomen.

191. לְמַרְאֶה Ad aſpectum. *The ſight, appearance.* Nomen formatum cum praef. מ. Vid. Gr. p. 85. et praef. ל. A רָאָה vidit.

192. לְמַאֲכָל In cibum. *Meat.* Nomen cum praef. ל, formatum praeponendo מ, ab אָכַל comedit.

193. וְעֵץ Et arbor. Ex conj. ו et, et עֵץ arbor. *A tree.* Ex ſtipatione, compactione vel conſtipata duritie. A עָצָה عصب prop. ſtipavit, vel ſtipatus fuit.

194. הַדַּעַת Inf. fem. gen. 1 ſp. cum ה demonſtr. prop. ſcire, ſcientia. A יָדַע ودع prop. poſuit, depoſuit penes ſe, condidit, ſpeciatim vaſe aut ciſtâ aſſervandum: Hinc 2. Scivit, recondidit in mente. *To know.*

195. וָרָע Ex conjunct. ו et, et רַע malus. *Evil.* A רוּעַ رزع malus fuit. *To be evil, wicked.*

VERSUS 10.

196. וְנָהָר Prop. et liquidus fluor ſive fluxus. 2. Fluvius, ob liquidem fluorem. *A river.* 3. Lumen, ob lumen liquidiſſimum. A נָהַר نهر fluxit, copioſe manavit.

197. יֹצֵא Exiens, prop. emicans, a יָצָא prop. emicuit. 2. Exiit.

198. לְהַשְׁקוֹת Ad irrigandum. Inf. 5 ſp. cum praef. ל, a שָׁקָה rigavit, irriguus fuit. *To water (m).*

199. וּמִשָּׁם Et ex inde, ibi. *And from thence.* Ex praef. ו et, et מ ex, et שָׁם ibi.

200.

(m) Et fluvius exibat ad irrigandum hortum, &c. fluvius ergo permeavit vel alluit Edenem, et diviſit in duas partes. Vid. univerſ. hiſt. vol. 1. p. 115.

200. יִפָּרֵד Separatus fuit. 3 perſ. ſing. fut. 2 ſp. Vid. Gr. p. 112. A פָּרַד فرد prop. vulſit. 2. Diſjunxit, ſeparavit. *To ſeparate, to divide.* Redditur vero fut. per praet. ob conj. ו in praecedente voce וּמִשָּׁם, quae connectitur cum hocce futuro.

201. לְאַרְבָּעָה In quatuor. Nomen cum praef. ל.. Vid. Gr. p. 90. et num. 92.

202. רָאשִׁים Pl. a ראש caput, a רָאַשׁ. Vid. n. 1.

VERSUS 11.

203. שֵׁם Prop. nota exſtans, ſignum diſtinguens, nomen, omne ſignum eminens. *A mark, diſtinguiſhing ſign, a name.* A שָׁמָה سمى eminuit cum elatione, altus fuit. *To be high, elevated, eminent.*

204. פִּישׁוֹן Prop. magna aquae diffuſio. A פוש vel פִּישׁ diffudit ſe. Vid. Univerſ. Hiſt. vol. 1. p. 16.

205. הוּא Arab. هو ille, ipſe. Ab הָוָא vel הָיָה exſtitit.

206. הַסֹּבֵב Circumdans. Praeſ. part. 1 ſp. a סָבַב circumdedit. *To ſurround.*

207. הַחֲוִילָה Prop. commotio. *Terror.* Pavor, nempe hoſtium. A חול حال contorſit ſe, gyravit, etiam nomen filii Cuſchi, cui ex ſimili argumento nomen inditum, Gen. x. 7. A quo nomen ſuum accepit haec terra Chavilah (*n*).

208. הַזָּהָב et
209. וּזְהַב } Aurum illud, et aurum; ita dictum ob rutilantem micationem. *Gold.* A זָהַב ذهب micuit, ſplenduit.

VERSUS 12.

210. הַבְּדֹלַח Variant hic interpretes. Vulgo redditur Bdellium. Compoſitum videtur ex בָּדַל diſtinctus fuit, et לַח contractum pro לָחַח recens fuit. Secundum

(*n*) Chavila videtur fuiſſe trans Tigrim, et non longe ſita a terra Cuſch. Chavilaei vero ſedes ſuas trans Tigrim ad fines uſque Indi extenderunt, ut obſervavit cl. Vitring in geographia ſacra annexa obſervationibus ſacris, vol. 2. p. 8.

cundum quam etymologiam, eſt Margarita recens, de cujus nativo candore nihil adhuc delibatum. Alludere videtur nomen ad perforationem, quâ ſolet haec praeſertim gemma perforari (*o*).

211. וְאֶבֶן Et lapis. *A ſtone.* Prop. maſſa firmiùs concreta: Hinc 2. Pondus librae, quod factum primò videtur fuiſſe ex lapide. 3. Perpendiculum. Ab אבן ابن concrevit, in duritiem coaluit.

212. הַשֹּׁהַם Nomen gemmae. Prop. lapis coruſcis micans ignibus. A שָׁהַם شهم igneo ardore praeditus fuit. Vid. Job. xxviii. 16. Doct. Relandus putat eſſe Smaragdum. *The emerald.*

VERSUS 13.

213. גִּיחוֹן Prop. magna aquarum eruptio. A גָּחַ vel גִּיחַ جاح prorupit aqua magno impetu. Vid. Job xl. 18. 23. (*p*).

214. כּוּשׁ Cuſch. Prop. terror. A כָּוַשׁ كاش Arab. terrore correptus eſt, timuit. Terra Cuſch videtur

(*o*) Bdellium. Qui vero paradiſum eſſe in Armenia affirmant; volunt illud ſignificare cryſtallum, "Cryſtal," quia hunc lapidem in hac regione inveniant. Illi vero qui Edenem in Chaldea eſſe putant, juxta ſinum Perſicum volunt illud ſignificare Margaritam. "A pearl." Quarum magna copia eſt in Bahrein, prop. Al Katif, in ora Arabiae, ubi Havilah eſt. Haec hypotheſis veriſimilior, quia Manna quod ad colorem Bdellio comparatur, Num. xi. 7. Talmudiſtae enim manna deſcribunt eſſe inſtar ſeminis Coriandri, et candidum inſtar Margaritarum. Quod dicitur Bdellium et aurum ibi inveniri, illud de toto tractu intelligendum eſt, inde in ſacra ſcriptura aurum Arabicum depraedicatur. Vid. Bochart. hieroz. part. ii. lib. v. cap. 5.

(*p*) Gihon, qui circumdat Cuſch, fluvius ignotus eſt profanis auctoribus, qui rapitur maximo cum impetu; quod illi fluvio proprium eſt, quando ſe effundit in mare Balticum, quemadmodum Huetius docte demonſtravit. Terra Cuſch eſt Arabia, et quidem utraque deſerta et felix, ut oſtendit Bochartus, vol. 3. p. 213. Ergo in eo tractu quaerendus eſt fluvius Gihon.

tur eſſe Arabia tum felix, tum deſerta. Vid. Bochart. vol. 3. p. 213.

VERSUS 14.

215. חִדֶּקֶל Chiddekel, fluvius Tigris. Sic dictus ex mente Judaeorum, quod ejus aquae ſunt, חַדִּים וְקַלִּים *celeres et veloces* (*q*).

216. הַהֹלֵךְ Part. praeſ. 1 ſp. cum ה; a הָלַךְ هلك prop. volvit, volubilis fuit. 2. Ivit, vadit, q. d. ſemet volvit.

217. קִדְמַת Ad orientem. In ſtatu conſtr. Vid. Gr. p. 222. pro קִדְמָה anterior pars, oriens. *The east.* A קָדַם قدم a parte anteriore verſatus eſt, praeceſſit.

218. פְּרָת Prop. fertilitas. Euphrates a fertilitate illius regionis, ſic dictus, a פָּרָה فري fertilis fuit.

VERSUS 15.

219. וַיִּקַּח Et accepit. Ex ו converſ. et יִקַּח pro יִלְקַח ל inſerto per dageſch forte in ק. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. Vid. Gr. p. 148. l. 8. A לָקַח لقح accepit. *To take.*

220. וַיַּנִּחֵהוּ Et cubare fecit, collocavit. Ex aff. הוּ vid. Gr. p. 98. et ו converſ. et יַנַּח pro יַנִּיחַ 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. a נוּחַ ينح procubuit. *To ſit, to place.*

221. לְעָבְדָהּ Ad excolendum eum. Ex aff. הּ vid. Gr. p. 98. et ל ad, et infinitivus 1 ſp. a עָבַד coluit. Vid. num. 170.

222.

(*q*) Hiddekel eſt fluvius Tigris. Phrat eſt Euphrates fluvius omnibus notus; nam Euphrates eſt unum ex hiſce corruptis nominibus, quod noſtrae verſiones mutuatae ſunt a Graecis interpretibus; et quod, ut videtur, Graeci, (uti doctiſ. Relandus obſervavit), a Perſis acceperunt, qui ſaepiſſime praeponunt vocem آب *Ab*, vel او *Aw*, aquam ſignificantem, ante nomina fluviorum; ex hac enim voce Aw et Phrat componitur Euphrates. Vid. Reland. diſſert. de ſitu Paradiſi, p. 45. Sed vero in montibus Armeniae Tauro ſciz. ortum ſuum ducit et Euphrates et Tigris, ſecundum Vitringam et alios, habet vero Euphrates varios alveos, et conjungitur bis cum Tigride, quod Marſellinus obſervat.

222. וּלְשָׁמְרָהּ Et ad cuſtodiendum eum ; ex praef. ו et, et ל ad, et שְׁמֹר inf. 1 ſp. a שָׁמַר شمر prop. ſuccinctus fuit. 2. Vigilavit, cuſtodivit, q. d. ſuccinctus advigilavit. *To guard, to watch over.*

VERSUS 16.

223. וַיְצַו Et praecepit. Ex ו conjunct. et יְצַו pro יְצַוֶּה 3 perſ. ſing. fut. 3 ſp. per apocopen tertiae radicalis ה, Vid. Gr. p. 254. A צִוָּה Arab. per metatheſin وصى prop. injunxit alicui aliquod. 2. Praecepit, mandavit. *To command to do, to order, to charge.* Praepoſitiones in linguis orientalibus non conjunguntur verbis uti in lingua Graeca et Latina, ſed praepoſitio poſtponitur, et hinc fons variarum ſignificationum ſub eadem radice, quae penitus inſpectae, plane fluere apparebunt : cum ſequente עַל notat, interdixit. *To interdict, to forbid.*

224. אָכֹל Comedendo. Infinit. 1 ſp. ab אָכַל commedit. *To eat.*

225. תֹּאכַל Comedes. 2 perſ. ſing. m. g. fut. 1 ſp. Vid. Gr. p. 159. Ab אָכַל.

VERSUS 17.

226. וּמֵעֵץ Et de arbore. Ex praef. ו et, et מ ex, et עֵץ arbor. Vid. num. 64.

227. מִמֶּנּוּ Ex illa. Abl. ſing. ab הוּא ille. Vid. Gr. p. 94.

228. אֲכָלְךָ Comedere te. Inf. 1 ſp. cum aff. ךָ. Vid. Gr. p. 98. Ab אָכַל comedit.

229. מוֹת Moriendo. Inf. 1 ſp. a מוּת مات prop. diſſolutus fuit maceratione. 2. Mortuus eſt. *To die, to be diſſolved.* Notat ſolutum ſtatum corporis, et opponitur τῳ חָיָה compactus fuit.

230, תָּמוּת Morieris. 2 perſ. ſing. fut. 1 ſp. Vid. Gr. p. 171. a מוּת mortuus eſt. Vid. num. 229.

VERSUS 18.

231. הֱיוֹת Eſſe. *To be.* Inf. 1 ſp. ab הָיָה fuit. Vid. Gr. p. 184. l. 32.

232.

232. לְבַדּוֹ In ſolitarium ſibi. Prop. ad ſolitudinem ſibi; ex aff. וֹ, et praef. לְ, et בַּד ſolitarius, ſolus ab omnibus ſejunctus; A בָּדַד بدّ prop. fidit, findendo ſejunxit. 2. Separavit, disjunxit. Vel poteſt eſſe, ex aff. וֹ, et לְבַד ſolus, per ſe ſubſiſtens; a לְבַד لبد ſubſiſtit, conſtitit. *Alone, ſolitary.*

233. אֶעֱשֶׂה Faciam, elaborabo. 1 perſ. ſing. fut. 1 ſp. a עָשָׂה fecit.

234. לוֹ Illi, dat. ſing. ab הוּא ille, ipſe.

235. עֵזֶר Auxilium. *Help, aid.* A עָזַר عزر copioſus, abundans fuit: Hinc 2. opem tulit promptiſſimam, auxiliatus eſt; et, inter alia, apud Arabes notat concubitum debitum conjugalem. Poteſt etiam reddi, *conjux, materfamelias,* quaſi adjutricem dicas vel auxilium. Uſus hujus vocis et ſequentis נֶגֶד nos ducere videtur ad uſum matrimonii honeſtum.

236. כְּנֶגְדּוֹ Secundum ſexum ipſius. *Correſponding to his ſex.* Prop. ſecundum vel juxta anteriorem vel eminentiorem partem ejus. Ex praef. כְּ ſecundum, et aff. וֹ, quod ab הוּא, et נֶגֶד, quod vulgo redditur *coram,* e regione. Sed proprie notat partem anteriorem ſive eminentem; cui reſpondere et conformis debuit eſſe uxor in uſu conjugii, ut cl. de Dieu et Ledburius loquuntur; a נָגַד نجد eminuit, prominuit. (*r*).

VERSUS

(*r*) Clar. Schultenſius obſervat ſenſum, quem multi huic loco tribuunt de comite Adamo dando non ſatisfacere, et τὸ כְּ tunc ſuperfluum eſſe; neque נֶגֶד comitatum vel miniſterium, vel adjumentum notare, nam τὸ כְּ etiam tunc ſupervacaneum eſſe, denique עֵזֶר id jam ſignificaſſe. Huic viro doctiſſimo videtur ſacrum ſcriptorem matrimonii uſum reſpexiſſe. Paraphraſis Chaldaica Jonathanis huic ſententiae favet, qui ita verſum hunc transfert. *Non rectum* eſt ut homo dormiat ſolus, faciam ipſi uxorem quae jungatur לקבליה anterioribus ejus. Scilicet Hebraica נֶגֶד notat *anterius,* unde pro *coram, e regione, ex adverſo,* uſurpatur. Quapropter כְּנֶגְדּוֹ vi vocis notat *ſecundum anteriora ejus*; intelligi auxilium

tale

VERSUS 19.

237. וַיִּצֶר Et finxit. Ex ו converſ. et יָצַר pro יִיצַר per Jod implicitum in dageſch forte. Vid. Gr. p. 164. l. 35. A יָצַר finxit. *To form.*

238. חַיַּת In ſtatu conſtructo. Vid. Gr. p. 222. l. 21. Pro חַיָּה *Animal, a living creature.* Ab חָיָה vixit.

239. וַיָּבֵא Et intrare fecit. 3 perſ. ſing. m. g. fut. 5 ſp. pro יְבוֹא, mediâ Waw extruſâ. Vid. Gr. p. 171. 199. A בּוֹא باء intravit, venit. *To enter in, to come.*

240. לִרְאוֹת Ad videndum. Praeſ. inf. 1 ſp. cum praef. ל. Vid. Gr. p. 180. A רָאָה vidit.

241. מַה Arab. ما Quid? *What.* Interrog. de re. Vid. Gr. p. 97.

242. יִקְרָא 3 ſing. fut. 1 ſp. a קָרָא vocavit. Vid. num. 31.

243. שְׁמוֹ Ex aff. ו et שֵׁם nomen. Vid num. 203.

VERSUS 20.

244. שֵׁמוֹת Nomina; eſt plur. ab antiquo ſing. שְׁמָה nomen. Vid. Gr. p. 82. Vid. num. 203. (s).

245. וּלְעוֹף Ex conjunct. ו, et praef. ל, et עוֹף avis. Vid. num. 105.

246. מָצָא Invenit. 3 perſ. ſing. m. g. praet. 1 ſp. prop. pervaſit, intime penetravit. 2. Invenit. مصى Arab. ſecuit, penetravit, ejuſdem originis uti τεμνω apud Graecos. *To find out.*

E VERSUS

tale, quod ad matrimonii uſum juſtum cum viro habeat proportionem. Anteriora honeſte vocat pudenda, quod ex Arabiſmo confirmari queat. Vox enim נֶגֶר respondet Chaldaicae et Arabicae voci קבל قبل, unde Onkelos pro כְּנֶגְדּוֹ *ſecundum anterius ejus*; קבל autem Chaldaice et Arabice honeſte pudenda denotat, teſte Jonathane in loco citato, et Golio in voce קבל Arab. قبل quae per vocem فرج interpretatur, in Lexicis Arabicis.

(s) Pulchre Suidas in voce Ἀδὰμ ſcribit. Quid hâc ſapientiâ et cognitione ſublimius? Impoſuit nomina, naturam ipſam et cuique animali vim inſitam, veluti penicillo depingens et exprimens, non praemeditans, non ante contemplatus.

VERSUS 21.

247. וַיַּפֵּל Et cadere fecit. 3 perſ. ſing. m. g. fut. 5 ſp. cum ו converſ. pro וַיַּפִּיל. Vid. Gr. p. 144. l. 4. A נָפַל cecidit. *To fall.*

248. תַּרְדֵּמָה Sopor profundus. *Deep or dead ſleep.* Sopor divinitùs immiſſus. A רָדַם ردم obturavit, obſtruxit firmiſſime. *To ſhut up.* 2 ſp. נִרְדַּם altiſſimo ſomno oppreſſus fuit. *To be overwhelmed with ſleep.* Dan. viii. 18.

249. וַיִּישָׁן Et dormivit. *To ſleep.* 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum ו converſ. a יָשֵׁן وسن ſenſuum, animique, obfuſcationem paſſus fuit. 2. Obdormivit, ſomno profundo conſopitus fuit.

250. אַחַת Contractè pro אַחֶדֶת f. g. ab אֶחָד unus. Vid. Gr. p. 90. Ab אחד Vid. num. 39.

251. מִצַּלְעֹתָיו Ex coſtis ejus. Ex aff. יו Vid. Gr. p. 98. et praef. מ ex, et צֶלַע ضلع coſta. *A rib.* A צָלַע ضلع incurvus fuit, inclinavit.

252. וַיִּסְגֹּר Et clauſit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum ו converſ. a סָגַר سجر clauſit, incluſit. *To ſhut up.*

253. בָּשָׂר Caro. *The ſkin, the fleſh.* Speciatim extima et ſuperficies corporis, quae palpatur. Vid. Job xix. 20. A בָּשַׂר بشر tractavit, palpavit exteriorem partem cutis, a notione palpandi vel radendi cutim, notat vultu nitido hilarique aliquem affecit: Hinc apud Hebraeos, Arabes, Syroſque, laeto nuntio raſit, exhilaravit, excepit. Hinc illa poteſtas nuntii laetioris, quem hilari fronte ferimus ad aliquem, ut eum ſimul exhilaremus. Vid. 1 Sam. iv. 17. 2 Sam. i. 20. iv. 10. 1 Chron. xvi. 23. Eſa. xlii. 7.

254. תַּחְתֶּנָּה Sub ea, loco ejus. Ex aff. נָה. Vid. Gr. p. 98. et תַּחַת ſub, pro, vice. *Under, inſtead, in place of another.* A תָּחַת تحت humilis, abjectus fuit.

VERSUS

VERSUS 22.

255. וַיִּבֶן Et exſtruxit. Pro יִבְנֶה ; cum ו converſ. 3 perſ. ſing. fut., 1 ſp. A בָּנָה بنى aedificavit; prop. ligavit, religavit, metaphora deſumpta a viatore, qui alicubi ſubſiſtens jumentum religat. Habent quoque Graeci δέμας corpus, multâ juncturâ et ligaturâ vinctum; a δέμω aedifico. *To build.*

256. הַצֵּלָע Coſta. *A rib.* A צָלַע ضلع incurvus fuit. Vid. num. 251.

257. לָקַח Accepit. *To take.* Vid. num. 219.

258. לְאִשָּׁה In viram, foeminam. Nom. foem. cum praef. לְ, ab maſ. אִישׁ vir, ab אִישׁ ايس agilis fuit, ita dictus vir, a vi, quâ pollet agili et penetrantiore.

259. וַיְבִאֶהָ Et adduxit eam. Ex aff. הָ, et ו converſ. et יָבֵא pro יָבִיא 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. Sed media Waw extruditur cum praecedenti puncto, et ob affixum patach, ſub praeformante Jod, corripitur in Scheva. A בּוֹא venit.

VERSUS 23.

260. זֹאת ذات Haec, illa, ipſa res, ejuſve ſententia. Pronomen f. g. a זֶה hic, Arab. ذا; et cum praef. לְ, לְזֹאת ob hoc. Vid. Gr.p. 98.

261. הַפַּעַם Hoc ictu, hac vice, nunc. Prop. ictus, *A ſtroke, a turn; hence, one ſtroke, two ſtrokes, i. e. once, twice; this time, that time; this turn, that turn. And here, this turn, i. e. the object that appeareth before me in* this turn *is bone of my bones,* uno ictu. A פָּעַם فعم tududit, pede icit, et preſſit. *To ſtrike, to beat or ſtamp with repeated or alternate ſtrokes.*

262. עֶצֶם Os, ſpeciatim minus. A עָצַם عظم Prop. firmavit, magnus validus fuit. Vid. Clavim dial. p. 288.

263. מֵעֲצָמַי Ex oſſibus meis. Ex praef. מִ, et aff. ַי Vid. Gr. p. 101. A עֶצֶם os. Vid. n. 262.

264.

264. מִבְּשָׂרִי De carne mea. Ex praef. מ de, et aff. ִי ex אֲנִי et בָּשָׂר caro. Vid. num. 253.

265. יִקָּרֵא Vocabitur. 3 perſ. ſing. m. g. fut. 2 ſp. A קָרָא قرا vocavit.

266. אִשָּׁה Prop. vira, mulier. Vid. num. 258.

267. לֻקֳחָה Deſumpta fuit; reddi poſſit, ſolertiâ, diligenter deſumpta fuit. 3 perſ. ſing. f. g. praet. 4 ſp. A לָקַח cepit. *To take.*

VERSUS 24.

268. עַל־כֵּן כֵּן ſic; Sic conſtitutus; particula exprimens rei aptitudinem et firmitatem; certe, apte, commode, etiam notat ſimilitudinem, veritatem. Aſſumit a capite ſerviles literas, et efficit Hebraiſmos pulcherrimos, ut עַל־כֵּן pro certo, prop. ſuper conſtituto. *Certainly, aſſuredly.* Ex עַל ſuper, et כון كان exſtitit, conſtituit, aptavit.

269. יַעֲזָב Derelinquet. 3 perſ. ſing. m. g. fut. 1 ſp. Vid. Gr. 218. l. 15. Arab. عزب reliquit, deſeruit. *To leave, forſake.*

270. אִישׁ Vir. Ab אִישׁ ايس agilis fuit. Vid. n. 258.

271. אָבִיו Patrem ſuum. Ex aff. יו vid. Gr. p. 98. et אָב pater. *A father.* Sic dictus ob affectum, amorem vehementem. Ab אָבָה ابي prono impetu latus fuit, propenſus fuit.

272. אִמּוֹ Matrem ſuam. Ex aff. ו, et אֵם mater. *A mother.* Arab ام ab אָמַם امم prop. tetendit. Inde mater dicta, ad quam pueri ſemper tendunt, quamque continuo appetunt.

273. וְדָבַק Et adhaerebit. 3 perſ. praet. 1 ſp. cum ו converſivo, redditur praeteritum per futurum, quòd jungatur per copulam ו. Vid. Gr. p. 253. l. 14. A דָּבַק دبق tanquam glutine adhaeſit. Prop. appegit, appactus fuit; notat duriſſimam cohaeſionem, compactionem rerum, quam vocamus ferruminationem: Hinc vis transfertur ad a-

morem

morem et adfectum conglutinatiſſimum. Vid. Gen. xxxiv. 3. Jer. xiii. 11. *To cleave to, adhere to; hence to adhere in affection, duty and fidelity.*

274. בְּאִשְׁתּוֹ Ad uxorem ſuam. Ex praef. ב in, et aff. ו, et אִשָּׁה mulier; ה mutato in ת ante affix. Vid. Gr. p. 222. l. 18. Vid. num. 258.

VERSUS 25.

275. וַיִּהְיוּ Et ſint. 3 perſ. pl. fut. 1 ſp. cum ו converſ. Vid. Gr. p. 253. l. 14. Ab הָיָה fuit.

276. שְׁנֵיהֶם Ambo illorum. *Both of them.* Ex aff. הֶם et שְׁנֵי pro שְׁנַיִם duo. Mem extruſâ ob affixum. Vid. Gr. p. 223. l. 2. A שָׁנָה iteravit.

277. עֲרוּמִּים Nudi. Pl. a עָרוֹם nudus, exercitatus. A עָרַם عرم prop. nudus fuit: Hinc 2. exercitatus ſubactus fuit, callidus, malignus fuit. *To be naked: Hence, to be thoroughly exerciſed, experienced, ſagacious.*

278. וְלֹא Et non. Ex conjunct. ו et, et לֹא non. Vid. n. 167.

279. יִתְבֹּשָׁשׁוּ Semet perplexos aut confuſos conſternatione mentis oſtenderunt, regulariter deberet eſſe יִתְבַּוְשׁוּ 3 perſ. ſing. m. g. fut. 7 ſp. Sed media Waw per quietem mittitur in cholem, et tertia radicalis geminatur. Vid. Gr. p. 172. l. 3. A בּוּשׁ بوش prop. aridus fuit, vel potius notat ſtrepitum rerum aridarum ſpeciatim perplexarum. Hinc 2. perplexus et confuſus fuit cum arefactione et mentis conſternatione; plus eſt quam ſimplex illa pudoris affectio, quae faciem rubore tingit; notat enim mentis confuſae perplexitatem, per quam aliquis arefactus, et ſui non compos, plane dejicitur et conſternatur, ut neſciat quo ſe vertat. *To be perplexed in mind, to be abaſhed, confounded.* Vid. Jud. iii. 15. 2 Reg. vii. 8, 11. Pro. xiv. 35.

CAPUT

CAPUT III. VERSUS 1.

280. וְהַנָּחָשׁ ET ſerpens. *A ſerpent.* Cum praef. ו et ה demonſtr, ita dictus quod veluti terebrat et pungit ad intima penetralia; a נָחַשׁ نحس pungendo terebravit, perforavit.

281. הָיָה هي fuit. Ipſa radix. Prop. notat ſidere; hinc eſſe, exiſtere (*t*).

282. עָרוּם Solers ad omnem artem. Part. paſſ. 1 ſp. prop. exercitatus, firmus tam ad ſupplantandum quam ad ſupplantationem vitandam; a עָרַם عرم exercitatione ſubactus fuit. Hinc 2. callidus, malignus fuit; quae notio per metonymiam ſuccrevit nudando in palaeſtris; uti apud Graecos γυμναζεσθαι uſurpari ſoleat. Vid. 1 Sam. xxiii. 22.

283. אַף־כִּי Etiam quod! Prop. res probe penſitanda, concoquenda; notat rem probe eſſe concoquendam, penitus penſitandam; dicitur per ſpeciem reticentiae aut ellipſeos. Ab אָפָה افي prop. complevit. 2. Concoxit; hinc penſitavit,

284. תֹּאכְלוּ Comedetis. 2 perſ. pl. fut. 1 ſp. ab אָכַל comedit.

285. VER. 2. וַתֹּאמֶר Et dixit illa. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum ו converſ. ab אָמַר dixit.

286. VER. 3. וּמִפְּרִי Et de fructu. Ex praef. ו et, et מ ex, et פְּרִי fructus. Vid. n. 65.

287. תִגְּעוּ Attingetis. 2 perſ. pl. fut. 1 ſp. Vid. Gr. p. 144. A נָגַע نجع prop. appegit. 2. Tetigit. *To touch.*

288.

(*t*) De ſpecie hujus ſerpentis, qui Evam ſeduxit. Vid. Doctiſ. Shaw in his travels, p. 429. qui putat Anguem (the common ſnake) ſive natricem torquatam et anguem Æſculapii fuiſſe ſpeciem ſerpentini generis, quae primos noſtros parentes ſeduxerat.

288. פֶּן Futurum quippe. *For it will come to paſs.* Vulgo redditur ne quando, ut ne, ne forte, פנה فان futurus fuit, venit. Vulgo redditur haeſitavit, dubitavit, conſternatus fuit.

289. תְּמֻתוּן Moriemini. 2 perſ. pl. fut. 1 ſp. Vid. Gr. p. 121. l. 32. A מות mortuus eſt.

290. Ver. 5. יֹדֵעַ Noſcens, ſciens. Praeſ. part. 1 ſp. A יָדַע novit.

291. אֲכָלְכֶם Comedere vos. Inf. 1 ſp. cum aff. כֶם ab אָכַל. Vid. num. 284.

292. וְנִפְקְחוּ Et perſpicaces erint. Prop. et protuberante vibranteque acie perſpicaces fient oculi veſtri. 3 perſ. pl. ~~fut.~~ Praet. 2 ſp. cum ו converſ. a פָּקַח فقح emicuit e calyce: metaphora a flore protuberante, eleganter transfertur ad oculos apertos, qui quaſi emicant. *To ſee clearly, diſtinctly, as it were with a protuberant eye, in oppoſition to ſuch as have their eyes ſunk.* Opponitur עִוְרִים excaecatis, quorum viſus merſus eſt, et quaſi ſidit (*u*).

293. עֵינֵיכֶם Oculi veſtri. Ex aff. כֶם et עֵינֵי pro עֵינַיִם Sed ם pluralis abjicitur ante affix. Vid. Gr. p. 223. A עַיִן عين fons, oculos, utrumque

a

(*u*) Apud Arabes פָּקַח فقح dicitur de roſa cùm calycem ſuum effindat, etiam de catulo, quum oculos ſuos aperit prima *illa* vice, quâ velut calyce effiſſo, patent. Inde in traditione, nos *protuberante oculo cernimus*, at vos *oculos motitatis cernere cupientes, nondum aperto calyce.* Ab hac origine in flore protuberante, eleganter transfertur ad oculos apertos, qui protuberant, et quaſi emicant e ſuo calyce; opponitur excaecatis, quorum viſus merſus eſt. Elucet plane illud *vibrantius apertum in luminibus oculorum*, quum quaſi diſcuſſo, qui obſtabat, calyce, omnia clariſſime cernunt ac diſcernunt. Idem apparet in illo graviſſimo adagio; Exod. xxiii. 8. *munus* יְעַוֵּר פִּקְחִים *occaecat protuberante viſu praeditos.* Antitheſis haecce plane apparet, Pſ. cxlvi. 8. Protuberare viſum facit occaecatis; itemque Jeſ. xxxv. 5. tunc, *protuberante, acie perſpicaces fient oculi occaecatorum; aureſque obtuſorum aperientur.* Vid. etiam Jeſ. xlii. 7. Job xxvii. 19. et xiv. 3. Vid. cl. Schultenſ. comment. in Prov. Salom. p. 229.

a radiatione, ſplendore radiante; a עָיַן عان fluxit.

294. וִהְיִיתֶם Et eritis. 2 perſ. pl. praet. 1 ſp. cum ו converſ. a הָיָה fuit.

295. יֹדְעֵי Scientes. Pl. in ſtatu conſtr. praeſ. part. a יָדַע novit. Vid. num. 290.

296. Ver. 6. וַתֵּרֶא Et vidit. Per apocopen pro תִּרְאֶה 3 perſ. ſing. f. g. fut. 1. ſp. cum ו converſ. a רָאָה vidit.

297. לְמַאֲכָל In cibum. Ex praef. לְ, et מַאֲכָל cibus; ab אָכַל comedit.

298. תַּאֲוָה Deſiderium. *An object of deſire.* Prop. vehemens inclinatio animi. Ab אָוָה أوى prop. flexit. Hinc 2. appetivit, deſideravit, q. d. flexit voluntatem ſuam in rem.

299. לָעֵינַיִם Oculis. Dual. cum praef. לְ; a עַיִן oculus. Vid. num. 293.

300. וְנֶחְמָד Flagrantius appetendus. *To be ſought after or coveted with ardour.* Part. 2 ſp. cum ו conj. a חָמַד حمد prop. flagravit. 2. Flagrantius appetivit. Vid. num. 190.

301. לְהַשְׂכִּיל Proprie ad maturum vel prudentem facere, ad intelligere faciendum. Inf. 5 ſp. cum praef. לְ ad; a שָׂכַל شكل prop. ematuravit. Hinc prudens fuit, intellexit: Hinc in 5 ſp. intelligere fecit, q. d. ſe aut alium ematuravit. *To be ripe, to be brought to perfect maturity: Hence, applied to the mind, it ſignifies maturity of underſtanding or judgment.*

302. וַתִּקַּח Et accepit illa. 3 perſ. ſing. f. g. fut. 1 ſp. cum ו converſ. a לָקַח accepit.

303. וַתֹּאכַל Et comedit illa. 3 perſ. ſing. f. g. fut. 1 ſp. cum ו converſivo. Ab אָכַל comedit.

304. וַתִּתֵּן Et dedit illa. 3 perſ. ſing. fut. f. g. cum ו converſ. Vid. Gr. p. 144. A נָתַן dedit.

305.

305\. עִמָּהּ Cum ipſa. (Et cum aff. ו, עִמּוֹ cum illo.) Ex aff. הּ, vid. Gr. p. 98, et עִם cum, prop. communio. A עָמַם عم communis fuit res.

306\. Ver. 7. וַתִּפָּקַחְנָה Et perſpicaces facti ſunt protuberante acie oculi. 3 perſ. pl. f. g. fut. 2 ſp. cum ו converſ. a פָּקַח فقح hic inſignis ironia recinens ad ambiguum et pellax illud deceptoris ver. 5. et protuberante acie perſpicaces fient oculi veſtri; eritiſque inſtar Numinis ſcientes bonum et malum (*w*).

307\. עֵינֵי Oculi. In ſtat. conſtr. pro עֵינַיִם Vid. Gr. p. 223. A עַיִן oculus.

308\. וַיֵּדְעוּ Et noverunt. 3 perſ. pl. fut. 1 ſp. Jod quieſcente in (··) implicitè. Vid. Gr. p. 164. A יָדַע novit.

309\. עֵירֻמִּים Nudi. Pl. cum dageſch forte in מ, ad notandum quod derivetur ex ſpecie Pihhlel. (Jod inſeritur inter primam et ſecundam radicalem, ex ſpecie Peihel, ut כִּישׁוֹר colus; a כָּשַׁר nexuit in orbem.) A עֵירֹם nudus, a עָרַם nudus fuit. Vid. num. 282.

310\. הֵם Illi. Pl. ab הוּא ille; ab הָוָה هوى exſtitit.

311\. וַיִּתְפְּרוּ Et conſuerunt. 3 perſ. pl. fut. 1 ſp. cum ו converſ. a תָּפַר ſuit, conſuit. *To ſew.*

312\. עָלֶה. Folium. *A leaf.* Prop. aſcendens. A עָלָה aſcendit.

313\. תְּאֵנָה تين Ficus. *A fig-tree, alſo a fig.*

314\. וַיַּעֲשׂוּ Et fecerunt. 3 perſ. pl. praet. 1 ſp. vid. Gr. p. 185. cum ו converſ. a עָשָׂה fecit.

315\. לָהֶם Ipſis. Dat. pl. ab הוּא ipſe.

316\. חֲגֹרֹת Cingula. Pl. a חֲגוֹרָה cingulum, cinctura. *A Girdle.* A חָגַר حجر prop. arctavit, cinxit, incluſit

F

(*w*) Et *oculi amborum* protuberante acie perſpicaces facti ſunt, &c. inſignis ironia recinens ad ambiguum et pellax illud deceptoris, ver. 5. qui dixerat, et *protuberante acie perſpicaces fient oculi veſtri; eritiſque ſicut Deus,* ſcientes bonum ac malum. Vid. num. 294.

incluſit circulo: Haec eſt ipſa notio cingendi, quae exprimit incluſionem, circulo adſtrictam et coarctatam (x).

317. VER. 8. וַיִּשְׁמְעוּ Et audiverunt. 3 perſ. pl. fut. 1 ſp. cum ו converſ. שָׁמַע سمع audivit. *To hear.*

318. קוֹל Vox. *A voice.* A קוֹל قال ſtrepuit, dixit.

319. מִתְהַלֵּךְ Indeſinenter ambulantis. Part. 7 ſp. Vid. Gr. p. 122. A הָלַךְ هلك volvit. 2. Ivit, ambulavit. *To walk.*

320. לְרוּחַ Ad ſpiramentum, auram diei, veſperam, vento tum ſe elevante; ad veſperam dies quaſi reſpirat, et reſpirare ſinit. A רוּחַ reſpiravit.

321. וַיִּתְחַבֵּא Et ſeſe coopertum aliqua re ſuper injectâ reddidit; et repetitis vicibus cooperuit ſeſe nempe in medio arborum. 3 perſ. ſing. fut. 7 ſp. vid. Gr. p. 132. cum conj. ו et; a חָבָא حبا prop. operuit, ocultavit aliquod ſub operculo, vaſe, aut alia re injectâ. *To hide, to conceal by covering.* Vid. Joſ. ii. 16. vi. 17. 1 Sam. x. 22. (y)

322. וְאִשְׁתּוֹ Et uxor ejus. Ex conjunct. ו et, et aff. ו vid. Gr. p. 98. et אִשָּׁה foemina, ה mutatâ in ת ante affixum. Vid. n. 258.

323. מִפְּנֵי A faciebus, e conſpectu. Ex praef. מ ab, et פְּנֵי in ſtatu conſtructo, pro פָּנִים; a פָּנָה aſpexit. Vid. num. 14.

324. VER. 9. אַיֶּכָּה Quo loci tu, ubinam tu. Ex אַי ubi, quo loci, et כָה ex אַתָּה Vid. Gr. p. 98.

325.

(x) חֲגֹרוֹת *Girdles*, et non *aprons*, ut vulgo redditur. Videntur haec fuiſſe ex foliis Muſae (the plaintain-tree) quae largis et viridibus foliis maxime diſtinguitur. Vid. Shaw's travels, p. 435.

(y) Jehovah, quodam ſymbolo externo ſuam ſingularem praeſentiam primis parentibus dignoſcendam praebuiſſe videtur, hic ſeſe occultâſſe a praeſentia divina dicuntur. Vid. etiam Gen. i. 29. et ii. 15, 16.

325. VER. 10. קוֹלְךָ Vocem tuam. Ex aff. ךָ et קוֹל vox; a קוֹל dixit.

326. וָאִירָא Et timui. 1 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum ו converſ. a יָרֵא prop. vibratus fuit, et tremulo motu agitatus, ejuſdem originis cum Arab. ورى. Hinc 2. timuit. *To fear.*

327. עֵירֹם Nudus. A עָרַם nudus fuit. Vid. n. 309.

328. אָנֹכִי Ego, prop. egomet. Ex אֲנִי ego, et particula כִּי ſane cum emphaſi, ut ἔγωγε, ex dialecto Dorica; ab אָנָה انى maturus fuit, tempeſtive maturavit.

329. וָאֵחָבֵא Et cooperui memet, vel memet occultatum habui. 1 perſ. ſing. fut. 2 ſp. Vid. Gr. p. 133. l. 4. A חָבָא cooperuit ſub operculo. Vid. num. 322.

330. VER. 11. מִי Quis, quae. Pronom. interrogativum. Vid. Gr. p. 97.

331. הִגִּיד Certiorem fecit, ob oculos propoſuit. 3 perſ. ſing. m. g. praet. 5 ſp. Nun inſertâ in media radicali. Vid. Gr. p. 144. A נָגַד نجد eminuit ante oculos. *To be eminent, conſpicuous;* in 5 ſp. ob oculos propoſuit, eminens, conſpicuum reddidit. *To ſet a thing before another, to manifeſt, to make evident.* Hinc 2. ſtrenuus fuit, i. e. eminuit ante alios, prae caeteris. Etiam נָגִיד eminens et ſtrenuus dux. Vid. 1 Sam. ix. 16.

332. לְךָ Tibi. Dat. ſing. Ab אֲנִי ego.

333. אַתָּה انت Tu. *Thou.* A radice אָנַת انت definivit rem vel perſonam: Hinc data 2 perſonae, quatenus compellata determinatur.

334. הֲמִן Num ex. Ex ה interrog. vid. Gr. p. 102. et מִין ex, de.

335. צִוִּיתִיךָ Interdixi tibi. 1 perſ. ſing. praet. 3 ſp. cum aff. ךָ; a צִוָּה praecepit. *To enjoin, to command.*

336. לְבִלְתִּי Ad non. Ex praef. ל, et בִּלְתִּי prop. praeſectio, exceptio mei, me excepto, praeter me; ex aff. י vel parag. et בֶּלֶת praeſectio, exceptio; a בֶּלֶת بلت prop. ſecuit.

337. אֲכָל Comedere. Inf. 1 ſp. ab אָכַל comedit.

338. Ver. 12. נָתַתָּה Dediſti. 2 perſ. ſing. praet. 1 ſp. Nun ejectum compenſatur per dageſch in ת vid. Gr. p. 144. (in tertia perſ. f. g. נָתְנָה dedit illa;) a נָתַן dedit.

339. עִמָּדִי Prop. adſtans mihi, mecum. *To be with me.* Cum aff. י. A עָמַד ſtetit.

340. הִוא Ipſa, vulgo dicitur Waw ſubſtitui pro Jod. Aliis verò placet הוּא eſſe pro הִיא ſuppreſſo motu דּ ו, et א quieſcente (z).

341. לִי Mihi. Ex aff. י. et praef. ל, Vid. Gr. p. 93.

342. וָאֹכֵל Et comedi ego, pro אֶאֱכֹל Vid. Gr. p. 159. 1 perſ. ſing. fut. 1 ſp. ab אָכַל comedit.

343. Ver. 13. עָשִׂית Feciſti tu. 2 perſ. ſing. f. g. praet. (עָשִׂיתָ feciſti tu vir, 2 perſ. ſing. m. g. Vid. ver. 14.) 1 ſp. a עָשָׂה fecit.

344. הִשִּׁיאַנִי Seduxit, decepit me. Ex affix. נִי et הִשִּׁיא pro הִנְשִׁיא Vid. Gr. p. 144. 3 perſ. ſing. praet. 5 ſp. A נָשָׂא نسا prop. impoſuit, ut apud Latinos impoſuit alicui clitellas aut ſarcinas. *To impoſe upon one, to deceive.* Anſa ſumpta a jumento ſupra modum onerato. Unde Pſ. lxxxix. 23. אַל יַשִּׁיא non ſeducet inimicus eum ut primos parentes, dictum de Meſia. Vid. 2 Reg. xix. 10.

345. Ver. 14. אָרוּר Maledictus tu. Prop. abactus a Deo hominibuſque. Part. paſſ. 1 ſp. ab אָרַר ار prop. aduſſit aliquem notâ, publicâ infamiâ oneravit, et e communione abegit; cum ignominia expulit. Hinc 2. Maledixit. *To mark with a note of infamy.* 2. *To curſe.*

346.

(z) Revera hic videtur error; nam ut cl. Houbigant et doct. Kennicott obſervarunt quaedam MSS. legunt הִיא *illa.* Vid. Kennicot's ſtate of the Hebrew text conſidered, p. 334.

346. גְּחֹנְךָ Ventrem tuum. Ex aff. ךָ, vid. Gram. p. 98. et גָּחוֹן venter. *The belly.* A גָּחָה جحي deorſum inclinavit, inclinato corpore procubuit; vel a גְּחַן Chald. procubuit, incurvavit.

347. תֵּלֵךְ Ibis. 2 perſ. ſing. fut. 1 ſp. pro תֵּילֵךְ ubi prima radicalis Jod quieſcit implicite in (··) Vid. Gr. p. 164. A יָלַךְ prop. volvit cum celeritate, 2. Ivit, ambulavit. *To go.*

348. תֹּאכַל Comedes. 2 perſ. ſing. m. g. fut. 1 ſp. ab אָכַל comedit (*a*).

349. יְמֵי In ſtatu conſtructo pl. Vid. Gr. p. 223. l. 1. A יוֹם dies.

350. חַיֶּיךָ Vitarum tuarum; cum aff. ךָ pl. Vid. Gr. p. 223. a חַיָּה vita. Vid. num. 180.

351. VER. 15. וְאֵיבָה Et inimicitiam. Ex conjunct. ו et אֵיבָה inimicitia. Ab אָיַב ايب hiavit, ſpiravit cum anhelitu; egregia imago animi hoſtilis, ore veluti hiante appetentis et aſſequentis. *To breathe an hoſtile diſpoſition of mind againſt another* (*b*).

352.

(*a*) Hicce locus illuſtratur ab Jeſaia, ubi nos recta ducit ad ſententiam a Deo dictam in ſerpentem ſeductorem Evae, diabolum, allegorice expreſſam, cap. lxv. 25. et ad *ſerpentem* quod *attinet*; *cibus ejus erit pulvis*, &c. ſignificatur hac figurata locutione diabolum non nociturum eccleſiae, neque ſeducturum gentes, ſed ligatum iri, poteſtate ejus a Deo coërcitâ et reſtrictâ. Vid. etiam Jeſ. xlix. 23. Pſ. lxxii. 9. et Micah vii. 17. et *lingent pulverem inſtar ſerpentis*; ſenſus interminationis divinae in hiſce verbis eſt, et pulvere veſceris omnibus diebus vitae tuae; ſatanam verſaturum in ſtatu abjectiſſimo et inſtar victi ac proſtrati hoſtis, eccleſiae pedibus ſubjectum fore. Hoſtes armis victos, ad pedes victoris proſtratos jacere, ut pulverem pedum ejus velut lingere dicantur, novum non eſt in hiſtoria, ſed occurrebat nuper in hiſtoria Ortûs et Occaſûs, ut ſcribitur, Tractus orientalis peninſulae Indicae, qui hodie ſignatur nomine Cormandel; Regem Golcondae, a Magno Mogulenſi Rege victum, ad conſpectum ejus tandem admittendum, juſſum eſſe per viam manibus pedibuſque inſtar ſerpentis *repere*, *pulverem edere*, et hac ſpecie coram ipſo comparere. Vid. Hawart. Batav. in hiſt. vol. 2. p. 232. et Vitring. comment. in Iſaiam, vol. 2. p. 921.

(*b*) Uti haec dicta verſu 14. ad ſerpentem pertinere plane videntur:

352. אָשִׁית Ponam. 1 ſing. fut. 1 ſp. A שִׁית poſuit. Vid. Gr. p. 177.

353. בֵּינְךָ Inter te. Ex aff. ךָ et בֵּין inter. Vid. num. 28.

354. זַרְעֲךָ Semen tuum. Ex aff. ךָ et זֶרַע *Seed.* In foem. gen. זַרְעָהּ ſemen ejus foeminae. A זָרַע ſeminavit.

355. יְשׁוּפְךָ Conteret tibi. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. vid. Gr. p. 171. et aff. ךָ A שׁוּף ساف contrivit, peremit, praeſertim ex inſidiis, venatione. *To bruiſe, to break, to cruſh.*

356. רֹאשׁ Caput. A רָאַשׁ راس caput fuit.

357. תְּשׁוּפֶנּוּ Conteres illi. 2 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum aff. נוּ A שׁוּף contrivit. Vid. num. 355.

358. עָקֵב عقب Calx pedis, item finis, meta. *The heel, the end of a thing, a reward.* A עָקַב عقب pone venit, tardavit, diſtulit. Vid. Pſ. xli. 10.

359. Ver. 16. אָמַר امر Dixit. *To ſay, to command.*

360. הַרְבָּה Multiplicando. Inf. 5 ſp. a רָבָה ربا prop. ſpiſſus fuit: Hinc crevit. *To multiply.*

361. אַרְבֶּה Multiplicabo. 1 perſ. ſing. fut. 5 ſp. a רָבָה Vid. num. 360. *To grow greater, to multiply.*

362.

tur: ſequentia de contritione ſerpentis ſathanam reſpiciunt, uti ſpectant Meſſiam ex Eva oriturum. Viderunt id antiqui Hebraeorum doctores; nam Jonathan ſic vertit in Chaldaica paraphraſe, Et inimicitias ponam inter te, et inter mulierem, inter ſemen filiorum tuorum, et inter ſemen filiorum ejus. Et erit; quando filii mulieris obſervabunt praecepta ejus, erunt intenti, ut te in capite vulnerent; et quando deſerent praecepta, tu eris intentus, ut conteras calcaneum eorum. *Sed ipſis dabitur remedium in diebus Meſſiae:* ſic ille. Et eadem fere habet Hieroſolymitanus paraphraſtes. Continet haec promiſſio hoſce antiquiſſimos religionis articulos, nempe ſemen mulieris vel Meſſiam fore verum hominem et majorem homine, quia diſtrueret opera et vim ſathanae, paſſurumque eſſe ab eo, ſed in calcaneo virulentos ſathanae morſus; attamen glorioſe de eo triumphaturum, illiuſque caput ac poteſtatem omnem contriturum eſſe. Vid. Leideker. de republ. Hebraeor. p. 26, 27.

362. עִצְּבוֹנֵךְ Dolorem tuum. Ex aff. ךְ et עִצָּבוֹן prop. vinculum ſtringens: Hinc dolor. *Grief, pain.* A עצב عصب prop. vinxit. 2. Doluit, dolore affecit a ſtricto nervo; triſtis fuit. *To grieve, to afflict with uneaſineſs, pain.*

363. וְהֵרֹנֵךְ Et conceptum tuum. Ex aff. ךְ et conj. ו, et הֵרוֹן conceptus. Prop. notat. univerſam illam affectionem muliebrem, infinitis incommodis, per totum iſtud tempus foemineo ſexui adhaerentem; at propterea tam aptè conjungitur cum ſequenti voce. *The diſtreſs and pain attending conception and pregnancy.* A הָרָה concepit. *To bind hard, to gird: Hence 2. to grieve, to afflict.*

364. בְּעֶצֶב Cum dolore conſtringente. *The girding pains of child-bearing, ſorrow, toil.* Nom. cum praef. ב in. A עצב conſtrinxit arctiùs. Vid. num. 362.

365. תֵּלְדִי Paries tu. 2 perſ. ſing. f. g. fut. 1 ſp. a יָלַד peperit, prima Jod quieſcente in (‥) implicite. Vid. Gr. p. 164.

366. בָנִים Pl. a בֵּן filius. A בָּנָה aedificavit.

367. תְּשׁוּקָתֵךְ Appetitus tuus. Ex aff. ךְ et תְּשׁוּקָה Vehemens deſiderium, appetitus. *Deſire.* ה ante aff. mutato in ת Vid. Gr. p. 222. A שׁוּק ساق appetivit vehementer, deſiderio affecit res. *To deſire earneſtly, vehemently.*

368. יִמְשָׁל Dominium exercebit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. a מָשַׁל مشل premente manu tractavit; dominium exercuit.

369. בָּךְ In te. Ex praef. ב in, et aff. ךְ Vid. Gr. p. 98.

370. VER. 17. אֲרוּרָה Maledicta. Part. paſſ. f. g. ab אָרַר maledixit. Vid. num. 345.

371. בַּעֲבוּרֶךָ Propter te, tui cauſâ. Ex praef. ב et aff. ךָ, denotat tranſitionem, traductionem, item eventum ad quem res traducta eſt: *It denotes the*

immediate

immediate tranſition from the cauſe to the effect. A עָבַר tranſivit.

372. תֹּאכְלֶנָּה Comedes ex ea. 2 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum aff. נָּה Ab אָכַל comedit.

373. Ver. 18. וְקוֹץ Et ſpina. *A thorn.* Nomen a קוּץ قاض prop. diſſiluit cum fragore, diſruptus fuit. 2. Faſtidivit.

374. וְדַרְדַּר Tribulus, carduus. *A thiſtle.* A דּוּר دار fluxit, copioſe effluxit, vel effuſus fuit; a libero fluxu denominatur, omneſque herbae malae ſub hac voce comprehenduntur, quae neglectim et liberrimè naſcantur.

375. תַּצְמִיחַ Germinabit. 3 perſ. ſing. f. g. 1 ſp. a צָמַח effloruit, germinavit. Vid. num. 166.

376. לָךְ Tibi. Ex praef. ל et ךְ Vid. Gr. p. 98. ab אַתְּ tu foemina.

377. Ver. 19. בְּזֵעַת In ſudore. Ex praef. בּ in, et זֵעַת in ſtatu conſtr. pro זֵעָה ſudor. *Sweat.* Vid. Gr. p. 222. l. 21. A יָזַע وزع excrevit; vel a זוּעַ motus, agitatus fuit.

378. אַפֶּיךָ Vultus tui. Pl. cum aff. ךָ; ab אַף contracte pro אַנְף naſus, facies, omnis rei anterior pars; ab אָנַף انف in naſo commotus fuit; iratus fuit.

379. לֶחֶם Cibus in genere. Prop. panis. *Bread, meat.* Pro ſtomachi fultura inſerendus. A לָחַם لحم conſeruit, inſeruit.

380. עַד Uſque ad. Proprie eſt nom. ſubſtant. trajectio ad aliquod. A עָדָה عدي tranſiit, trajecit.

381. שׁוּבְךָ Reverti te. Infin. 1 ſp. cum aff. ךָ. A שׁוּב ثاب rediit, reverſus eſt.

382. מִמֶּנָּה Ex illa. Ablat. ſing. ab הִיא illa.

383. לֻקָּחְתָּ Deſumptus fuiſti cum ſolertia. 2 perſ. ſing. praet. 4 ſp. a לָקַח ſumpſit.

384. תָּשׁוּב Redibis. 2 perſ. ſing. fut. 1 ſp. Vid. Gr. p. 172. A שׁוּב ثاب rediit.

385. Ver. 20. חַוָּה Hava. Contractè pro חַיָּה, ad normam τῆς פְּקֻדָּה, ut ſit ipſa vita, vel τὸ vivere, quae denominatio in eam, quae tanquam mater viventium omnium hoc titulo inſignitur. A חָוָה حوى prop. compactus fuit. 2. Viguit, vixit.

386. הָיְתָה Fuit. 3 perſ. ſing. f. g. praet. 1 ſp. pro הָיָה Sed ante afforman. הָ vicaria ה mutatur in ת Vid. Gr. p. 185. l. 24. Ab הָיָה fuit.

387. אֵם Mater. *A mother.* Ab אָמַם أم tetendit, appetivit: Hinc mater, dicta ad quam pueri ſemper tendunt, quamque continuo appetunt.

388. חָי Vivus, vivens. *Living.* Part. 1 ſp. ſecundùm legem defectivorum mediae Jod. Vid. Gr. p. 201. l. 9. A חָיָה vixit.

389. Ver. 21. כָּתְנוֹת Pl. a כֻּתֹּנֶת tunica. *A coat.* A כָּתַן adhaeſit, offuſcatus fuit.

390. עוֹר Pellis. *A ſkin.* A עָרָה عرى nudus fuit, nudavit (c).

391. וַיַּלְבִּשֵׁם Et induere fecit eos. 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. cum aff. ם A לָבַשׁ لبس induit. *To put on cloaths, to clothe.*

392. Ver. 22. הֵן Ecce. Prop. palpabiliter, evidenter, ſonorè. *Lo! Behold!* A חָנַן هنى prop. ſtriduit, ſtridorem argutum reddidit.

393. לָדַעַת Ad ſciendum. Praeſ. infinit. 1 ſp. cum aphaereſi τοῦ Jod. Vid. Gr. p. 169. A יָדַע ſcivit. *To know.*

(c) Opponuntur hae tunicae pellicae foliis ficulnis, unde primi parentes ſibimet aliquod velamenti conſuerant: hae vero e pellibus animalium immolatorum, quae Deus ipſe juſſerat ſacrificari, confectae erant, adjectâ ſimul eorundem ſublimiore ſignificatione et collineatione in magnum illud ſacrificium Meſſiae, per quod homini nudo velamentum pararetur, quo ſe poſſet in conſpectu Dei contegere. Non enim tegendae nuditatis cauſâ tantum tunicas iis ſanctiſ. Numen aptavit, ſed ut eaſdem propitiationis ſymbolum eſſe voluit, qua nuditas tegeretur peccatorum, ut ex Jeſ. lxi. 10. et Apocalyp. iii. 18 liquet Vid. Lightfoot ad hunc locum, et Carpzovium de prima ſacrificiorum origine, p. 705.

394. וְעַתָּה Et nunc. Ex ו conjunct. et עַתָּה nunc, partim adfirmat et concludit fortiter, partim notat praeſens tempus, i. e. nunc. *Now*. A עָתַת عتت identidem dixit, repetiit, tempeſtivè locutus eſt.

395. יִשְׁלַח 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. a שָׁלַח سلح prop. laxavit. 2. Emiſit. *To throw, caſt or ſend a thing forth.*

396. יָדוֹ Manum ſuam. Ex aff. וֹ et יָד manus. *A hand.* A יָדָה يدي exſeruit, tetendit.

397. גַּם Prop. augmentum, affluxus, acceſſio ad cumulum. *Increaſe, addition.* Hinc *etiam*, a גָּמַם جمم ſcaturivit: Hinc multus evaſit, abundavit aqua in puteo, confluxit cum antea exhauſta fuiſſet; addidit.

398. וָחַי Et vivat. Pro וְחָיַי 3 perſ. praet. 1 ſp. Vid. Gr. 201. cum ו conjunct. a חָיָה vixit.

399. לְעֹלָם In perpetuum. Ex praef. לְ in, et עוֹלָם prop. aevum obſignatum. *The hidden age.* A עָלַם علم obſignavit. Signo impreſſo notavit.

400. Ver. 23. וַיְשַׁלְּחֵהוּ Et ejecit, emiſit. 3 perſ. ſing. fut. 3 ſp. cum aff. הוּ, et ו converſ. a שָׁלַח miſit, in 3 ſp. emiſit.

401. מִשָּׁם Exinde. *From thence.* Ex praef. מ ex, et שָׁם ibi, quaſi locus ante oculos exſtans, pro poſteriore relativo, cum de loco ſermo ſit, uſurpatur adverbium שָׁם ibi, ut hic. Vid. Gen. xxi. 17. Vid. num. 187.

402. Ver. 24. וַיְגָרֶשׁ Et extruſit. 3 perſ. ſing. fut. 3 ſp. Vid. Gr. p. 133. a גָּרַשׁ جرز et جرش amputavit, reſecuit. 2. Expulit, extrudit. *To expel, drive or caſt out.*

403. וַיַּשְׁכֵּן Et collocavit. 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. cum ו converſ. a שָׁכַן سكن tentorium, ſedem fixit. *To inhabit, to dwell.*

404. מִקֶּדֶם ab anteriore parte, ab oriente. Ex praef. מ ab, et קֶדֶם oriens. *The eaſt, that part which was ſituated before Judea eaſtward.*

405. הַכְּרֻבִים Pl. a כְּרוּב Cherub. A כָּרַב كرب ſculpſit, inſculpſit (*d*).

406. לַהַט Flamma, acies, lamina polita effulgens aut flammam emittens. Si hinc et inde vertatur gladius politus et ſplendens, eſt flammae ſimilis. *A flame, a ſhining blade, reſembling a flame, gliſtering like the flame of a ſword or fire.* A לָהַט لهط prop. percuſſit. 2. Uſſit, urente adflatu icit. Chald. etiam להט flammavit. *To ſcorch, to burn vehemently, or with the vehement heat of a ſtrong penetrating flame* (*e*).

407. הַחֶרֶב Gladius. *A ſword.* A חָרַב خرب fidit, dilaceravit, ita dictus quod ſit inſtrumentum diffindens.

408.

(*d*) Et collocavit Cherubinos ab oriente horti Edenis; cherubini tum demum formati et noti eſſe coeperunt in mandato conſtruendae arcae poſt exitum ex Egypto. Vid. Exod. xxv. 18. et *conficies duos Cherubinos aureos:* Moſes hic ſic ſcribit, gratiâ Iſraelitarum atque poſteritatis futurae, ut ea cognoſceret, ejuſmodi fuiſſe miniſtros divinos, qui paradiſi aditum parentibus noſtris intercludebant, quales inter alia, per Cherubinos arcae erant deſignati. Vid. Vitring. obſervat. ſacr. vol. 1. p. 48. Ultionis divinae ſignum, flammam gladio ſimilem continuo ſe vertentem, ut cherubinus praecluderet viam ad vitae arborem, Deus conſtituit: ignis flammans Angelicae praeſentiae ſymbolum eſt, ſecundum illud Pſaltis, Pſ. civ. 4. cvi. 18. Clariſ. Michaelis profeſſor Gottingenſis, hunc verſum ſic vertit *collocavit ante hortum*, equos tonantes et flammam gladii ancipitem, ad ſervandum aditum arboris vitae: id vero eſt, crebrarum tempeſtatum et quotidianorum fulminum metu hominem ex illo tractu fugavit, in quo paradiſus erat, ne fructu arboris vitae veſceretur. Vid. commentarios Societatis regiae ſcientiarum Gottingenſis, tom. 1. p. 175, ſeqq.

(*e*) Si hinc inde vertatur gladius politus et ſplendens eſt flammae ſimilis; reddi igitur poſſit *flamma gladii vertentis ſe in quamvis partem, et metum incutientis aſpicientibus.*

408. הַמִּתְהַפֶּכֶת Convertens ſemet. Praeſ. part. 7 ſp. a הָפַךְ افك ה in א ex dialecto tranſeunte. Vid. Clav. Dialect. p. 108. prop. torſit, torquendo vertit, convertit. *To turn; in the 7 ſp. to turn itſelf.*

409. לִשְׁמֹר Ad invigilandum. Inf. 1 ſp. cum praeſ. ל ad; a שָׁמַר سمر prop. ſuccinctus fuit. 2. Invigilavit. *To guard a way, to watch.*

410. דֶּרֶךְ Via. *A way.* A דרך درك volvit, prop. volvit pedes glomerando 2. Aſſecutus eſt.

CAPUT IV. VERSUS I.

411. יָדַע NOvit. ودع prop. poſuit, condidit, ſpeciatim vaſe aut ciſtâ aſſervandum. 2. Hinc metaphorice ſcivit, recondidit, depoſuit in mentem. *To know, to ſtore up in the mind.*

412. וַתַּהַר Et concepit. Pro וַתַּהֲרֶה per retractionem accentûs et apocopen. 3 perſ. ſing. f. g. fut. 1 ſp. A הָרָה هرا prop. fovit, fovendo ad maturitatem concoxit, perduxit. Notat totam geſtationem et maturationem foetûs. Concepit. *To conceive as females.*

413. וַתֵּלֶד Et peperit. Pro תִּילֵד ubi י quieſcit in (..) Vid. Gr. p. 164. l. 5. 3 perſ. ſing. f. g. praet. 1 ſp. A יָלַד ولد peperit. *To bring forth.*

414. קַיִן Cainus. Prop. peculium eximiè carum, gratiſſimum pignus. A קָנָה acquiſivit.

415. קָנִיתִי Acquiſivi mihi gratiſſimum peculium. 1 perſ. ſing. praet. 1 ſp. A קָנָה قني acquiſivit, poſſedit gratiſſimum peculium, ſive ſit generatione ſive emptione. *To acquire, in whatever manner, by gift, purchaſe, or otherwiſe, to poſſeſs as a peculiar property.* Sic Prov. viii. 22. Jehovah קָנָנִי poſſedit me tanquam peculium eximie carum. Vid. Deut. xxxii. 8.

416. Ver. 2. וַתֹּסֶף Et addidit. 3 perſ. ſing. f. g. fut. 1 ſp. Vid. Gr. p. 161. Ab אָסַף perſeveravit, addidit.

417. לָלֶדֶת Ad pariendum. Pro לְיָלֶדֶת praeſ. inf. 1 ſp. cum praef. ל, per aphaereſin τοῦ Jod. Vid. Gr. p. 169. A יָלַד peperit.

418. אָחִיו Fratrem ejus. Ex aff. יו et אָח frater. *A brother.* (Et cum aff. אָחִיךָ frater tuus, radicalis enim Jod redit ante affix.) Prop. nexu arctiore junctus; ab אָחָה اخي vinxit, arctiore nexu junxit.

419. הֶבֶל Prop. vapor, exhalatio: Hinc 2. res inſtabilis, facileque tranſiens, vanitas. Vid. Pſ. lxii. 10. Profectò vapor filii hominis. A הָבַל prop. exhalavit vaporem.

420. רֹעֵה Paſtor. Prop. paſcens. *A ſhepherd.* Forma part. praeſ. 1 ſp. a רָעָה رعي pavit. *To feed.*

421. צֹאן Ovis, grex prolifer. A צָאַן ضاني foecundus fuit, foecunditate abundavit. Vid. Clav. dialect. p. 278.

422. עֹבֵד Colens. Praeſ. part. 1 ſp. a עָבַד عبد coluit. *To cultivate.*

423. Ver. 3. מִקֵּץ In fine dierum, i. e. finitis vel interjectis diebus. Ex praef. מִן in, ex, et קֵץ finis, prop. ſectio; a קָצַץ قصص ſecuit, vel קָצָה قصي ſecuit, finivit.

424. וַיָּבֵא Et venire fecit, adduxit. Pro יַבְרִיא 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. Vid. Gr. p. 199. A בּוֹא بيا, prop. intravit. 2. Venit.

425. מִנְחָה Munus. (Et מִנְחָתוֹ munus ejus, ה mutatâ in ת ante affix. ו) Arab. منحة *An offering.* a מָנַח منح donavit liberaliter, ſine interruptione; de pluvia fluente, abſque intermiſſione uſurpatur.

426. Ver. 4. הֵבִיא Venire fecit. Pro הֵבוֹיא, mediâ radicali ו extruſâ. Vid. Gr. p. 199. A בּוֹא بيا venit.

427. מִבְּכֹרוֹת De primogenitis. *Firſt-born.* Cum praeſ. מ pl. a בְּכוֹרָה f. g. a maſ. בְּכוֹר primogenitus. A בָּכַר

בכר بكر prop. feſtinavit, inde idaea primogeniturae et fructûs praecocis.

428. וּמֵחֶלְבֵהֶן Et de adipibus eorum. Ex ו conjunct. praefixo מ de, et aff. הֶן vid. Gr. p. 101. et חֵלֶב adeps, pinguedo, ita dicta quod fluidior ferme et lenior ſit, vel quod ſuaviter mulceri et mulgeri poſſit; a חָלַב حلب mulſit, affluxit.

429. וַיִּשַׁע Et aſpexit, reſpexit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. ה ſublatâ per apocopen. A שָׁעָה reſpexit, intuitus eſt cum delectatione, quando conſtruitur cum praepoſitione אֶל *To turn the eyes to an object in a favourable manner; to look upon one with a favourable regard.* Variae ſignificationes hujus vocis pendent a praepoſitione cum qua conjungitur, quod ſedulo obſervandum eſt (*f*).

430. Ver. 5. וַיִּחַר Et exarſit, ſive exuſtus fuit, intranſitive nempe ſubauditur, vel אַף naſus, vel pectus, vel quaecunque alia ſedis fervidioris commotio. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. per retractionem accentus et apocopen ה. A חָרָה حري exarſit, aeſtuavit,

(*f*) Apoſtolus ſacrificium Abelis per fidem in Deum tanquam propitium, et Meſſiam propitiationis illius auctorem, oblatum fuiſſe teſtatur, Heb. xi. 4. 5. Sacrificium Caini repudiatum fuit, Abelis vero acceptatum; Deus enim reſpexiſſe ad Abelis ſacrificium, et ei teſtimonium perhibuiſſe ab Apoſtolo dicitur. Viſibilis fuiſſe videtur haec approbatio non tantum interno teſtimonio, ſed etiam externo, quandoquidem Cainus ob repudiatum ſuum ſacrificium atque fratris illud acceptatum, in invidiam et iram exarſit; deſcenſus ignis coeleſtis ſuper victimam, qui ſacrificium conſumeret, ſignum fuiſſe videtur, et operatio haecce ſacra tanquam ſigillo auctoritatis coeleſtis fuit comprobata, hocce eſt illud teſtimonium Abeli datum quod Apóſtolus innuit, Heb. xi. 4. de quo tanto minus dubitare poteſt, quod in repetita ſacrificiorum inſtituta per Moſen, eadem illa teſtificatio ſolennior, per ignem a coelo demiſſum ſuper victimas contigerit. Vid. Lev. ix. 24. 1 Chron. xxi. 26. 2 Chron. vii. 1. 1 Reg. xviii. 38. Theodotion vertit שָׁעָה per ἐνεπύρισεν *inflammavit*, id eſt igne de coelo immiſſo oblata conſumpſit, ac ſic grata ſibi eſſe probavit. Servius ad xii. Æneidos ſcribit. apud majores arae non incendebantur, ſed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria.

aeſtuavit, ferbuit. *To burn with anger, reſentment, indignation.* Vid. 1 Sam. xx. 7. Jonah iv. 4.

431. וַיִּפְּלוּ Et ceciderunt, i. e. vigorem amiſerunt, languerunt moerore. 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. A נָפַל emarceſcit, cecidit: Vicino ſenſu Latini dicunt, gravi ſomno victa cecidere lumina: ſic Lucret. lib. iii. oculis et vultu cadente in altum ſoporem ferri.

432. פָּנָיו Vultus ejus, eſt. Plur. cum aff. יו. Vid. Gr. p. 101. Vid. num. 14.

433. VER. 6. לָמָּה Quamobrem. Ex praef. ל et מָה Vid. num. 244.

434. חָרָה. Arab. حرى et حرو radix ipſa, apud Arabes חָרוֹת eſt ſonus ardentis ignis, i. e. vis flagrans et ſtrepens. Itemque gyratio ejuſdem vibrans; inde cernere eſt amplitudo locutionis חָרָה אַף exarſit naſus; plena enim forma eſt חָרָה־אַף uti ſaepius occurrit, Exod. xxxii. 19. Gen. xxx. 2. quae notat iram ex naſo erumpentem cum ſtrepitu fervente et gyrante quaſi. Vid. Iſa. v. 25. Apud Arabes eadem figura regnat; indeque חַרְוָה ardor, vehementia in naſo, in pectore, in gula, vel ex ira, vel ex dolore: Hinc abſolutè uſurpatur חָרָה ut hic pro exarſit, ſive exuſtus fuit, ſive dolore ſive irâ. *Why doth indignation burn in thy countenance.*

435. לְךָ Tibi. Ex praef. ל, et aff. ךָ:

436. נָפְלוּ Ceciderunt. 3 perſ. pl. praet. 1 ſp. a נָפַל cecidit. Vid. n. 431.

437. VER. 7. הֲלוֹא Annon. Ex ה interrog. et לוֹא non.

438. אִם Si. *If, ſuppoſing that.* Eſt particula tenſionem, intenſionem notans: Hinc conditionem ſignificat. A radice אָמַם Arab. امم rectâ viâ vel ſerie tetendit.

439. תֵּיטִיב Bonum praeſtiteris. 2 perſ. ſing. fut. 5 ſp. Vid. Gr. p. 164. A יָטַב وطب, prop. uber fuit. 2. Bonus, praeſtans fuit. *To be good, excellent.*

440. שְׂאֵת Prop. acceptatio, acceptus eris. *Acceptance.* Inf. 1 ſp. per aphaereſin τȣ Nun. Vid. Gr. p. 147. l. 15. A נָשָׂא نشا acceptum habuit, honorificè accepit; hic videtur eſſe elipſis vocis פָּנִים vultus, quae conjungitur cum נָשָׂא in hac ſignificatione. Vid. 1 Sam. xxv. 35. Iſa. iii. 3. Job. xlii. 8. פָּנָיו אֶשָּׂא quoniam profectò faciem ejus accipiam: Quibuſdam vero interpretibus videtur haecce vox ſignificare tollere, condonare. *To forgive by removing guilt from one.* Vid. Pſ. xxxii. 1.

441. לַפֶּתַח Ad oſtium. Nom. cum praef. ל, a פָּתַח فتح operuit. *To open.*

442. חַטָּאת Peccatum, reatus mortis, etiam ſacrum piaculare. A חָטָא خطا erravit, oberravit a ſcopo. Prop. lubrico motu excidit, lapſavit, atque praeceps ruit.

443. רֹבֵץ Cubans. Praeſ. part. 1 ſp. a רָבַץ ربض cubuit, et quidem ſpeciatim, complicatis pedibus pectori incubuit ovis; expectavit, captavit aliquem in bonam vel in malam partem; a cubando in malum transfertur, ut hic, ad oſtium cubans eſt *peccatum*, hoc eſt, captat, expectat, obſervat ad invadendum et opprimendum. •

444. וְאֵלֶיךָ Et tibi, ad te. Ex aff. ךָ, et praef. ו, et אֶל ad. Vid. n. 53.

445. תִּמְשָׁל Tu dominium exercebis. 2 perſ. ſing. fut. 1 ſp. a מָשַׁל dominium exercuit. Vid. n. 84.

446. Ver. 8. בִּהְיוֹתָם In exiſtere eos. Infin. 1 ſp. vid. Gr. p. 184. et aff. ם et praef. ב in; ab הָיָה fuit.

447. וַיָּקָם Et ſurrexit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. Vid. Gr. p. 171. A קוּם قام ſurrexit, hoſtiliter egit.

448. וַיַּהַרְגֵהוּ Et interfecit, occidit eum. Ex aff. הוּ et ו converſ. et 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. a הָרַג هرج trucidavit.

trucidavit. Prop. minutatim concidit. *To ſlay, to cut to pieces, to kill*(*g*).

449. VER. 9. אַי Ubinam, q. d. qui flexus, quae inclinatio? *Where?* Ab אָיָה vel אָוָה لوي flexit, inclinatus eſt.

755. וַיִּשְׁכָּר Et ebrius fuit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. a שָׁכַר prop. obſtruxit ſenſus, mentem, praeſtrictos reddidit

reddidit oculos. 2. Inebriavit, ebrius fuit. *To drink plentifully, freely; to have the ſpirits raiſed with drink, to be drunk.* Vid. Prov. xx. 1. xxvi. 9. xxxi. 6.

756. וַיִּתְגַּל Et ſemet denudavit. 3 perſ. ſing. fut. 7 ſp. a גָּלָה جلى retexit, nitidum clarumque reddidit; denudavit remoto velo. *To uncover, to reveal.*

657. אָהֳלֹה Tentorii ſui. Ex aff. ה, et אֹהֶל اهل tentorium, locus quietis, relaxationis in itinere. *A tent.* Ab אָהַל اهل relaxatus fuit, habitavit.

758. Ver. 22. עֶרְוַת Nuditatem, in ſtat. conſtr. pro עֶרְוָה nuditas. *Nakedneſs.* Verecunde uſurpatur de natura quam honeſtas velare jubet. A עָרָה عري nudus fuit.

759. וַיַּגֵּד Et manifeſtum fecit, indicavit. 3 perſ. ſing. fut. 4 ſp. a נָגַד نجد prop. eminuit, manifeſtus fuit, in 4 ſp. conſpicuum, manifeſtum fecit.

760. בַּחוּץ In platea. Nom. cum praef. בּ. *A ſtreet.* A חוּץ حاص prop. arctavit, cinxit.

761. Ver. 23. הַשִּׂמְלָה Opetimentum, palium. A שָׂמַל شمل ſinu involvit.

762. וַיָּשִׂימוּ Et poſuerunt. 3 perſ. pl. fut. 1 ſp. a שִׂים poſuit. *To place.*

763. שְׁכֶם Humerus. *A ſhoulder.* (Et cum aff. שִׁכְמָה humerus ejus.) Prop. utriuſque humeri poſterior compages; etiam dorſum, cui onus imponitur. A שָׁכַם portavit, bagulavit.

764. אֲחֹרַנִּית Retrorſum. *Backwards.* Prop. adjectivum,

(*q*) Caute obſervanda eſt diſtinctio inter שָׁכַר سكر ebrius fuit, et שָׂכַר شكر mercede conduxit; quidam lexicographi has duas voces confuderunt, neglectâ diſtinctione inter שׁ et שׂ; quae etiam obtinet apud Arabes inter س et ش; hinc variae ſignificationes, ut in שָׁבַע سبع ſeptimus fuit, juravit, prop. ſeptem victimis oblatis, jusjurandum dedit, et שָׂבַע شبع ſaturivit, reſtinxit ſitim; ſic שָׂחַק ضحك riſit et שָׁחַק سحق contrivit in pulverem. Et ſic in multis aliis.

vum, ſ. g. a m. אַחֹרַנִּי poſterior vel retro converſus. Ab אָחַר vertit, retrorſum ſe movit.

765. וַיְכַסּוּ Et diligenter operuerunt. 3 perſ. pl. praet. 3 ſp. a כָּסָה كسى prop. involvit ſpeciatim veſte: Hinc operuit ex omni parte.

766. Ver. 24. וַיִּיקֶץ Et exſpergefactus eſt. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. a יָקַץ يقظ prop. excuſſus fuit cum tremore. 2. Evigilavit.

767. מִיֵּינוֹ A vino ſuo. Ex aff. ו, et praef. מ, et יַיִן vinum. Vid. num. 754.

768. Ver. 26. בָּרוּךְ Benedictus. *Bleſſed.* Part. paſ. 1 ſp. a בָּרַךְ benedixit. Vid. num. 107.

769. לָמוֹ Illis. Ex praef. ל et aff. מוֹ dativus plur. a הוּא ille.

770. Ver. 27. יַפְתְּ Laxitatem faciet, i. e. ſedes laxas et ſpatioſiſſimas faciet. *He ſhall inlarge, he ſhall make extenſive.* 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. a פָּתָה نتى laxus fuit, remiſſus fuit; in 5 ſp. laxum fecit, extendit; Hinc etiam eleganti flexu deceptus fuit, i. e. remiſſus fuit, minime attentus ad officia ſua.

771. וְיִשְׁכֹּן Et habitabit, 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. A שָׁכַן habitavit. *To dwell.* Vid. num. 403.

772. בְּאָהֳלֵי In tentoriis, pl. in ſtat. conſtr. cum praef. ב in. Ab אֹהֶל tentorium. Vid. num. 757.

CAPUT X. Versus 5.

773. נִפְרְדוּ Separati ſunt. 3 perſ. ſing. praet. 2 ſp. a פָּרַד فرد prop. vulſit, divulſit. 2 Separavit, ſejunxit.

774. אִיֵּי Inſulae, pl. in ſtat. conſtr. ab אִי contr. pro אִיִּי (plane ut פִּי os) prop. flexus littoris: Hinc littoralis regio, tractus, vel peninſula, vel inſula. Ab אָוָה idem quod אָוַי flexit. Vid. Iſa. xx. 8. Job. xxii. 30.

775.

775. הַגּוֹיִם Pl. a גּוֹי gens, videtur notare multitudinem hominum, origine, moribus, lingua cognatam, quam affectus in unum coëgit; derivari videtur, a גָּוָה جوي affectu vehementiore motus fuit; in utero affectus fuit: Hinc גוי homines uterinâ affectione conjuncti.

776. לִלְשֹׁנוֹ Secundum linguam ejus. Ex aff. ו et praef. ל (לִלְשֹׁנֹתָם ſecundum linguas eorum, pl. cum aff. ם, et praef. ל) et לָשׁוֹן lingua; figurate, calumnia gravior, accuſatio. A לָשַׁן لسن linguâ maledica appetivit, et pupugit more ſcorpionis. Prov. xxx. 10.

777. VER. 8. גִּבֹּר Vigens, potens, heros invictiſſimus. A גָּבַר praepotens fuit, viguit robore, vi. Vid. n. 661. (s).

778. VER. 9. צַיִד Venatio. *Hunting*. A צוּד صاد prop. inuncavit, in uncum induxit: Hinc venatus eſt, q. d. inuncare feras, piſces, &c. *To hunt*. (t).

M 779.

(s) Vox גִּבֹּר hic et גִּבֹּרִים cap. vi. 4. ſuperbos, tyrannos et ὑβρίςας notat; nam Hebraea vox ponitur pro contumaci, ſuperbo, violento et impio, ut Pſ. lii. 3. Quid gloriaris in malo הַגִּבּוֹר O violente, ſuperbe, ſic Zeph. i. 4. Atque etiam hic Nimrod גִּבּוֹר audit apud Moſen, et الجبار apud Arabes; haec vox igitur apud Moſen, et etiam apud Arabes hic notat hominem inſolentem et tyrranicum, ut patet ex Abulpharag. hiſtor. Dynaſt. p. 72. Chaldei gens ſunt antiquitùs dominatrix, regibus inclyta, ex quibus quidam Nimrodes fuere et גִּבֹּרִים الجبابرة ac inter eos mox Nebuchadnezarem recenſet; Nimrodes etiam vocat reges tyrranicos, etiam Herbelotius in Biblioth. Oriental. notat omnem tyrranum et rebellem Nimrodem vocari ab Arabibus. In Alcorano eodem ſenſu haec vox ut *ſur*. xxviii. 18. Iſraelita Moſi, *viſne*, inquit, *me occidere*, O *Moſes*, ut heri aliquem occidiſti? Viſne جبار Violentus fieri in terra, an vero ex probis.

(t) גִּבּוֹר צַיִד Violentus venatione: Venatorem eum fuiſſe, violentiaeque uſu et ſanguine ſeſe imbuiſſe, atque domandis feris ad venationem progreſſum fuiſſe, vique, tyrranidem invaſiſſe, notat. Talis Nimrod, cui aliquem, in aliquo carmine hiſtorico, Iſraelitis

noto,

779. יֵאָמַר Dicetur. 3 ſing. fut. 2 ſp. ab אָמַר dixit. Vid. Gr. p. 133. l. 5.

780. VER. 10. מַמְלַכְתּוֹ Ex aff. ו et מַמְלָכָה regnum. *A kingdom.* A מָלַךְ ملك prop. ſubegit farinam, pinſuit: Hinc 2. a validiſſima ſubactione poſſedit, regnavit. *To reign.*

781. VER. 18. נָפֹצוּ Exundârunt, diffuſae ſunt, met. a fluvio qui ripas exundat. 3 pl. praet. 2 ſp. a פּוּץ فاض manavit. Eleganter transfertur ad propagationem vel dimanationem generis humani. Vel a פָּצַץ نفض diffluit, diffuſus fuit: Hinc diſſipatus, diſperſus fuit, metaph. etiam a fonte vel fluvio qui ripas ſuas exſuperat. *To flow, to be ſpread abroad.* Vid. 2 Sam. xviii. 8. Job. xl. 6. Prov. v. 16.

782. VER. 19. גְּבוּל Terminus, prop. depactus limes. *A border.* A גָּבַל جبل prop. finxit, exaravit: Hinc panxit, fixit limites. *To fix a boundary.*

783. בֹּאֲכָה Te veniente, vel cum veneris, praeſ. part. 1 ſp. cum aff. כָה. A בּוֹא venit.

784. VER. 25. פֶּלֶג Peleg, prop. diviſio. A ſequente פָּלַג, diviſit.

785. נִפְלְגָה Diviſa fuit. 3 ſing. f. g. praet. 2 ſp. a פָּלַג فلج diviſit, partitus fuit. *To divide.*

786. יָקְטָן Joktan, prop. *minuetur vel parvus fiet*, a reliquis ſcil. diviſus et ſeparatus; quod ſe *parvi fecerit et extenuaverit* putat Jarchius in locum; ſed potius quod ejus tempore, humanae aetatis longaevitas *diminui* inciperet, uti explicat paraphraſtes Chaldaeus. 1 Chron. i. 19. A קָטֹן parvus fuit (*u*).

787.

noto, his verbis comparari videtur, ut Nimrod, *tyrannus venatione*, quae ex media oratione decerpta eſſe facle eſt videre. Vid. not. cl. Michaelis in doctiſſ. Louth de poeſ. Hebr. p. 76.

(*u*) Pridem apud Arabes invaluit opinio Joctanem ſiveCahtanem (is enim apud Arabes binominis) eſſe Arabum parentem, et repertorem linguae Arabicae. Ita ſtatuunt ſcriptores inter illos magni

nominis

787. Ver. 29. אוֹפִר Et Ophir. Ab אָפִיר, ſic dictum, nom. prop. filii Joctanis, unde nomen regionis deſumitur, et deſignat auriferam illam regionem in Arabia Felice, ubi aurum in iſtis ſedibus puriſſime micans magnis globulis ultro efferveſcit e ſinu terrae, atque aureum pulverem ferventem effudit. Ab אָפַר افر ferbuit, ſplenduit, micuit cum fervore. Cl. Bochartus hanc vocem ducit : Ab אָפַר vel וָפַר يفر vel وفر ſcaturientem et micantem copiam rerum ſponte fuſarum effudit; ſic eadem idea redit, etiamſi cum

nominis Joſephus Ben-Abdillatif in opere genealogico, et Mohammed Ben-Jacob Serazita apud Alcamus. Atque hic quidem Jectanem ſive Cahtanem deſignat filium Heber, filium Sale, filium Sem, filium Noae, ut ſcias eum ipſum Jectanem innui, dequo Moſes. Ita Jectanis nomen hodieque incorruptum ſupereſt in urbe territorii Mechenſis. בישת יקטן Baiſath-Joktam, parva quidem ſed populoſa, aedium ſtructura, camporum et fontium amaenitate nobili. Doctiſ. Bochartus demonſtravit, ſcriptores idoneos non deeſſe, qui gentes ex illo oriundas nominatim deſignant. Vid. Boch. geograph. ſacr. lib. ii. p. 98. et 100. Vid. etiam Gabriel. Siontam, de orientalium urbibus. Obſervatu quoque dignum eſt, Rabbi Saadiam, in verſione Pentateuchi Arabica pro יקטן ſubſtituiſſe Cahtan. Scoliaſtes etiam in poema Abduni, apud celeber. Pocokium, in notis ſuis ad ſpecimen hiſtoriae Arabum, oſtendit Joktan eundem cum Cahtan fuiſſe.

Ex Moſe igitur Joctanem aeque ac Phalegum, Heberi filium fuiſſe conſtat. Eâdem itaque linguâ uſi ſunt tum Phalegus, tum Joktan; uti Phalegus linguam Hebraeam ſecum, ita Joktan in illas regiones in quas migraverat, tranſtulit. Joktan vero in Arabiam Felicem migravit, uti patet ex ipſiſſimis nominibus provinciarum, quae varia etiam nomina filiorum ejus etiam adhuc conſervant. Utraque natio, tum Hebraea, tum Arabica, eandem linguam hauſerat ab Hebero; Hebraea quidem per Phalegum, Arabica vero per Joctanem ejuſdem fratrem; ac proinde iiſdem utebantur radicibus, cum levicula quadam dialecti varietate, quam ſedium diſtantia ſenſim introducere debuit. Harum radicum magnam jacturam fecit dialectus Hebraea, in anguſtias unius ſacri codicis redacta. Non quod ipſa ſuâ natura, ſit pauper et jejuna, ut quidam viri docti temere et ſine jure pronunciârunt, ſed quia tam pauci libri in illa lingua conſcripti ad manus noſtras pervenere. Vid. Grammaticam noſtram Hebraeam, p. 3, 4, 5. Eas vero radices feliciore fato maximam partem

cum illo dicamus primum א eſſe heemanticum. Obſervanda obiter hìc affinitas linguae Hebraeae cum lingua Arabica, tum ex ipſis vocibus, tum ex hiſtoria filiorum Joktanis, quorum nomina hic plane inſeruntur a Moſe.

788. Ver. 30. מוֹשָׁבָם· Habitatio eorum. Ex aff. ם, et מוֹשָׁב habitatio. *A dwelling*. A יָשַׁב habitavit.

789. הַר Mons. *A mountain*. Contracte pro הֶרֶר. A הָרַר هر aſper fuit, horruit aſperitati.

CAPUT

partem conſervavit Arabica, et quidem in primogeniis ſuis ſignificationibus, quas inde inſigni cum fructu revocamus, atque Hebraeae linguae reſtituimus, tanquam olim ſuum peculium, quâ imprudenter privatur ab iis, qui quum Chaldaicae et Syriacae dialecto juſtum deferant honorem, Arabicae tamen, quae plus poteſt polletve quàm reliquae omnes, auctoritatem detractam vellent, quod eam minus notam ac familiarem eſſe perſentiſcant. Hinc, unam eandemque fuiſſe linguam primitùs, quae effluxerat a domo Heberi et per filios ejus in diverſas regiones tranſlatam, plane apparet. Phalegus enim linguam vernaculam in iis terris, ubi ipſe peragraverat, diſſeminavit: Uti etiam Joctanus eandem linguam vernaculam ſecum in Arabiam intulit, ſuiſque poſteris, eorumque coloniis communicavit. Affinitas haecce linguae Hebraeae cum Arabica porro propagata fuit per Iſhmaelem et alios Abrahamicâ familiâ ortos. Ex praedictis patet, quid ſtatuendum de hypotheſi Dom. Hutchinſon, qui tom. 4. operum ſuorum, p. 139. ponit, ſine ulla fide hiſtorica, Arabes poſteros fuiſſe illius mixtae multitudinis, quae ex Ægypto egreſſa fuerat una cum Iſraelitis: "Suppoſe," dicit ille, "they were of "the race of the originals who came with the Iſraelites out of "Ægypt into the wilderneſs, &c." Ex hac ſua ſuppoſitione, Arabes fuiſſe, faeces Ægypti, ſine ulla probatione, concludit, p. 140. Verba ejus haec ſunt, "We have traced theſe Arabians through "the Scriptures and Apocrypha; it appears they were the ſcum "of Ægypt." Haec et alia prolata ab illo viro Docto, eum parum in vera hiſtoria Arabum verſatum fuiſſe, et linguae Arabicae omnino ignarum ſatis demonſtrant. Vid. Hutchinſ. works, vol. iv, p. 97. 151—7, p. 137, 150, &c.

CAPUT XI. VERSUS I.

790. שָׂפָה شفه LAbium, prop. eminentior pars oris: Hinc metaphorice, eloquentia, praepollens ſuada, etiam pars eminens ripae, littoris. 1. *The lip.* 2. *The brink of a river, of the ſhore.* A שָׂפָה سفي eminuit (*w*).

791. וּדְבָרִים Pl. cum ו conjunct. a דָּבָר prop. nexa verborum ſeries, ſermo. A דָּבַר دبر. 1. Struxit, nexuit. Hinc 2. nexuit, ſtruxit verba; locutus eſt. Vid. num. 712.

792. אֲחָדִים Pl. ab אֶחָד unus. Adjectivum numerale; ſingularis nunc praecedit, nunc ſequitur; ſed dualis et

(*w*) Maxima pars interpretum, hanc labii confuſionem de origine linguarum exponunt; per *labium*, linguam, ſive ſermonis dialectum, intelligunt; per confuſionem illius linguae, diviſionem in plures linguas volunt; ita ut in omnibus linguis rudera quaedam et reliquiae primaevae linguae ſuperfuerint. Haecce vero interpretatio difficultatibus laborat. Et enim in univerſo textu hiſtoriae Moſaicae nulla plane mentio eſt originis variarum linguarum. Clar. Vitringa putat hiſtoriam Moſis de animorum diſſenſione in conſiliis et opere, quae cauſa eſt diſſipationis populorum in varias terrae plagas, ac proinde originis linguarum variarum, intelligendam eſſe. Secundum quam interpretationem verba verſus primi; et terra unius erat שָׂפָה labii, et unorum דְּבָרִים et unorum verborum, ſic ut שָׂפָה referretur ad ſermonem cujuſque, cujus unitas notat unitatem animorum, et דְּבָרִים ad communia conſilia hominum, ſic ut non tantum idem loquerentur, ſed ut eademque animo agitarent conſilia. Ab horum verborum שָׂפָה et דְּבָרִים ſano intellectu, tota diſputatio pendet; etiamſi שָׂפָה ſignificat aliquando linguam, dialectum, ut in Jeſ. xix. 18. xxviii. 11. xxxiii. 19. Ezech iii. 5, 9. Pſal. lxxxi 6. ſcriptores fere ſacri *ſermonis dialectum.*, et linguam per לָשׁוֹן exprimunt; iis in locis ubi omnibus conſtat de dialectis, non vero de ſermonum ſententiis, agi. Vid. Gen. x. 5, 20. vox דָּבָר verti poſſit ratio aeque ac ſermo, uti λογος apud Graecos; hic igitur reddi poſſit דְּבָרִים per ejuſmodi ſententias quibus ineſt conſilium et deliberatio. Vid. Vitring. obſervat. ſacr. tom. 1. p. 106.

et pluralis praecedunt ; hic tamen adjectivum plurale ſequitur; ſed hoc fit, quia hoc plurale non habet rationem numeri, ſed identitatis, et ſignificat *eadem*. Sic Terentius in Eunucho ; aderis una in unis aedibus, h. e. iiſdem.

793. Ver. 2. בְּנָסְעָם In proficiſci eos. Infinit. 1 ſp. cum praef. ב in, et aff. ם ָ. Vid. Gr. p. 98. A נָסַע نزع vulſit, vellendo movit ſedem: Hinc a tentoriis evulſis, profectus eſt.

794 בִּקְעָה Vallis, q. d. terra effiſſa. *A valley*. A בָּקַע بقع fidit, effidit.

795. וַיֵּשְׁבוּ Et habitarunt. 3 perſ. pl. praet. 1 ſp. Jod quieſcente in (ֵ) implicite. Vid. Gr. p. 164. A יָשַׁב habitavit.

796. Ver. 3. רֵעֵהוּ Socio ſuo. Ex aff. ו et רֵעֶה ſocius, amicus, prop. compaſcuus, qui cum alio paſcit. A רָעָה رعى pavit. 2. Socius fuit.

797. הָבָה Agedum, imp. 1 ſp. cum ה paragogico. A יָהַב وهب, dedit, exſtat ſaepius apud Chaldaeos et Arabes.

798. נִלְבְּנָה Lateres coquamus. *Let us make bricks*. 1 perſ. pl. fut. 1 ſp. a לָבַן لبن albus fuit. 2. Lateres formavit e luto albo coxitque.

799. לְבֵנִים Lateres. *Bricks*. Pl. a לְבֵנָה لبنى later, ſic dictus quod de terra alba ſive argilla conficeretur. A praecedente לָבַן.

800. וְנִשְׂרְפָה Et comburamus. 1 perſ. pl. fut. 1 ſp. cum ה paragogico. A שָׂרַף سرف prop. trivit: Hinc attrivit flamma, i. e. uſſit, combuſſit. *To burn*.

801. לִשְׂרֵפָה In combuſtionem. Ex praef. ל et שְׂרֵפָה combuſtio, incendium. *Burning*. A praeced. שָׂרַף.

802. וַתְּהִי Et fuit. per apocopen pro תִּהְיֶה. 3 perſ. f. g. fut. 1 ſp. Ab הָיָה fuit, extitit.

803. הַלְּבֵנָה Later. *Brick*. A לָבַן albus fuit. Vid. num. 798.

804. וְהַחֵמָר Et bitumen, lutum. *Slime.* Ita dictum quod efferveſcit, et vi aeſtuante fermentat. A חָמַר جمر efferbuit (*x*).

805. לַחֹמֶר In caementum. *Mortar.* Nomen cum praeſ. ל; a praecedente חָמַר efferbuit.

806. VER. 4. הָבָה Arabice etiam هب da, cedo, imp. 1 ſp. cum ה parag. per aphaereſin יה Vid. Gr. p. 168. A יָהַב وهب, dedit, conceſſit.

807. נִבְנֶה Ædificabimus. 1 perſ. pl. fut. (בָּנוּ 3 pl. praet.) 1 ſp. a בָּנָה بني aedificavit. *To build.*

808. מִגְדָּל مجدل Turris, arx firmior. Notat tum compactionem ſtructurae tum magnitudinem. A גָּדַל جدل torſit, compactus fuit. 2. Magnus fuit.

809. שֵׁם سم Nomen, prop. nota exſtans, ſignum diſtinguens, titulus; item omne ſignum editum et eminens. *A name, a mark or ſign, ſtanding out, raiſed up, a monument.* Hìc videtur notare monumentum, ſignum, editum exſtructum, quod exſtructores hujus turris educere ad coelos volebant. A שָׁמָה سمي altus fuit, eminuit, imminuit cum elatione. (*y*).

810. נָפוּץ Diſpergemur. 1 perſ. pl. fut. 1 ſp. a פּוּץ فاض prop. diffuſus fuit: Hinc diſperſus fuit. *To ſcatter abroad.*

811.

(*x*) Bitumen eſt materies linoſa, lutoſa, picis inſtar. quae terrâ oritur in quibuſdam regionibus orientis, praeſertim prope Babylonem et lacum Aſphaltitem, cum exponitur ſoli, dureſcit, et navibus linendis inſervit

(*y*) Senſus igitur hujus loci eſt plane, aedificabimus turrim quae coelos attingat, et hancce ſignum editum, monumentum faciemus, ne diſpergamur, &c. Vid. Periz. orig. Babyl. c. x. p. 816. c. xi. p. 193. c. xii. p. 223. Praeterea vox Graeca σημα, σημειον, ſignum, quae plane ex Hebraea voce שֵׁם huncce ſenſum confirmat. Senſus hicce etiam confirmatur ex 2 Sam, viii. 13. et fecit David ſignum eminens, tropaeum in redire ejus, a percutiendo Aram in valle ſalis 18 millia.

811. Ver. 5. וַיֵּרֶד Et deſcendit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. prima Jod radicali quieſcente in tzeri. Vid. Gr. p. 164. A יָרַד deſcendit. *To come down.*

812. Ver. 6. עָם Populus. *A people.* A עָמַם عم volvit, involvit: Hinc communis fuit.

813. לְכֻלָּם Omnibus eorum. Ex praef. לְ et aff. ם, et כֹּל omnis. Vid. num. 101.

814. הַחִלָּם Hocce incipere eorum, prop. ſolvere ſe eorum, id eſt, incoeptare et ſolutius aggredi, infin. 5 ſp. cum ſuf. ם. A חָלַל حل ſolvit, inchoavit; ſolvere ſe dicitur, qui cujuſcunque tandem rei initium facit ad eam perſequendam vel perficiendam. *To begin.*

815. יִבָּצֵר Cohibebitur. 3 perſ. ſing. fut. 2 ſp. a בָּצַר بصر prop. praeſecuit, praeſcidit, praecidit tanquam vindemiator. Vid. Job. xlii. 2. Pſ. lxxvi. 13. Hinc cohibuit. *To reſtrain.*

816. יָזְמוּ Deſtinarunt in animo. 3 perſ. pl. praet. 1 ſp. a זָמַם زم fortiore vinculo adſtrinxit. 2. Deſtinavit, propoſitum habuit. *To deviſe, to purpoſe ſteadfaſtly.*

817. Ver. 7. נֵרְדָה Deſcendamus. 1 perſ. pl. fut. 1 ſp. cum ה parag. a יָרַד deſcendit. *To deſcend, to come down.*

818. וְנָבְלָה Et confundamus, diſſipemus. 1 perſ. pl. fut. 1 ſp. cum ו converſ. a בָּלַל بل prop. madefecit. 2. Diſperſit, diſſipavit, confudit. *To confound, to mix* (*y*).

819.

(*y*) Confundamus labium eorum, i. e. ut diviſae inter eos ſint ſententiae et conſilia; ne quiſque audiat labium ſui proximi, h. e. ne alius alii auſcultet; alter ad alterius conſilium ſe componat. Inſignis eſt locus ad hanc rem, Pſ. lv. 10. ubi David hoſtibus ſuis magnum malum imprecatur, diviſiones linguae; Divide, ait, linguam ipſorum, quae phraſis non abſque ratione videri poſſit formari a Davide cum reſpectu ad hanc hiſtoriam. Diviſio enim linguae hic notat diſſenſum animorum in ſententiis et conſiliis. Moſes hic voluiſſe dicere videtur Noachidas poſt diluvium aliquantum temporis in

819. שְׂפָתָם Labium eorum. Ex aff. ם, et שָׂפָה labium. *A lip.* ה ante aff. mutatâ in ת. Vid. Gr. p. 222. Vid. num. 790.

820. Ver. 8. וַיָּפֶץ Et diſperſit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. a פוץ فاض diſperſit. *To ſcatter, diſperſe.*

821. וַיַּחְדְּלוּ Et remiſſos ſe fecerunt. 3 perſ. pl. fut. 5 ſp. a חָדַל flaccidus fuit; quum res vigorem ſuum vel remittit, vel in totum amittit. 2. Ceſſavit, remiſit, q. d. flaccida manu et remiſſa fuit aliquis. *To leave off, to deſiſt, to be in a ſtate of ceſſation.*

822. לִבְנוֹת Ad ædificare. Inf. 1 ſp. cum praef. ל. A בָּנָה بنى aedificavit. *To build.*

823. Ver. 9. בָּבֶל Videtur nomen hoc ſignificare fuſim ſpargere, et ortum eſſe a ſpecie quadrilitera בַּלְבֵּל priore ל inſertâ per dageſch forte in ב; a בָּלַל بلل prop. 1. Diſſipavit. 2. Confudit: Hinc Latinae voces *balbus* et *balbutio*, quae hoc enunciationis vitium deſignant.

824. Ver. 10. שְׁנָתַיִם Duo anni. Dual. a שָׁנָה annus. *A year.* Vid. num. 80.

825. Ver. 19. וּמָאתַיִם Et ducenti. *Two hundred.* Dual. a מֵאָה centum.

826. Ver. 28. מוֹלַדְתּוֹ Nativitatis ſuae. Ex aff. ו et מוֹלֶדֶת nativitas, cognatio. A יָלַד genuit.

827. Ver. 29. שָׂרָי Sarai. Prop. principem liberalem ſe geſſit dominus. A שָׂרָה سرا principem ſe geſſit. Quidam viri docti putant Jod additum eſſe ex יָה Jah, et notare principem ſe geſſit Dominus.

in ſumma vixiſſe pace et animorum conſenſu et noluiſſe a ſe invicem ſeparari, et in alias terras migrare, eveniſſe vero per ſingulare Dei judicium; ut in aedificatione turris, quam ſibi promittebant huic concordiae fovendae inſervituram, et ſignum fore illis ne diſpergerentur vel errarent a ſe invicem, ſermone, conſiliis inter ſeſe inceperint diſſentire, quae cauſa fuerit quod in varias diſſipati ſint terrae plagas. Vid. Vitring. obſervat. ſacr. tom. 1. p. 116.

828. Ver. 30. עֲקָרָה F. g. a עָקָר ſterilis. *Barren.* A עָקַר عقر vulneravit, eradicavit. *To eradicate, extirpate.* Ita dicitur ſterilis, q. d. eradicatus, i. e. ex quo vis generandi vel gignendi eradicata eſt.

829. וָלָד Natus, proles, Arab. ولد; a יָלַד ولد, genuit; teſtatur hicce locus aeque ac 2 Sam. vi. 23. וָלָד aeque ac יֶלֶד exſtitiſſe apud Hebraeos.

830. Ver. 31. כַּלָּתוֹ Nurus ejus. Ex aff. וֹ et כַּלָּה prop. ſponſa, quae deſponſationis et nuptiarum tempore omnibus ornamentis ſuis induta; omnem ſuum habens ornatum, perfecte et tota pulchra eſt. Vid. Iſa. lxii. 5. Jer. ii. 2. Deinde poſt ſeptem dierum nuptias, ita vocatur a ſponſi parentibus, ſocero et ſocru; quod apud nos eſt nurus.; ſic Graecis νυμφὴ ſponſa et nurus. *A daughter-in-law.* A כָּלַל perfecit, conſummavit.

831. וַיֵּצְאוּ Et exierunt. 3 pl. fut. 1 ſp. a יָצָא exiit.

832. לָלֶכֶת Ad eundem, inf. 1 ſp. per aphaereſin τ Jod, Vid. Gr. p. 169. A יָלַךְ ivit.

833. וַיָּבֹאוּ Et venerunt. 3 perſ. pl. fut. 1 ſp. a בּוֹא intravit, venit.

CAPUT XII. Versus 1.

834. לֵךְ PRoficiſcere. 2 perſ. ſing. imp. 1 ſp. pro לֵךְ per aphaereſin τ Jod. Vid. Gr. p. 168. l. 37. A יָלַךְ ivit.

835. לְךָ Tibi. dat. ſing. ex אֲנִי ego. Vid. Gr. p. 94.

836. אַרְאֶךָּ Videre te faciam. 1 perſ. ſing. fut. 5 ſp. a רָאָה vidit.

837. Ver. 2. וְאֶעֶשְׂךָ Et faciam te. 1 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum aff. ךָ; a עָשָׂה fecit.

838. וַאֲגַדְּלָה Et magnam faciam. 1 perſ. ſing. fut. 3 ſp. cum ה paragogico. A גָּדַל جدل prop. firmiter

ter torſit, intortus fuit. 2. Grandis, magnus fuit. *To be great.* Vid. num. 83.

839. וֶהְיֵה Et eſto. Imperat. 1 ſp. cum ו conjunct. ab הָיָה fuit.

840. בְּרָכָה Benedictio. *A bleſſing.* A בָּרַךְ benedixit.

841. Ver. 3. מְבָרְכֶיךָ Et benedicentibus tibi. Part. pl. 3 ſp. cum aff. ךָ. A בָּרַךְ benedixit.

842. וּמְקַלֶּלְךָ Et maledicenti tibi. Part. 3 ſp. cum aff. ךָ. A קָלַל قلّ prop. levis fuit: Hinc in 3 ſp. pro levi eum reputavit, maledixit. *To be light, to be vile: Hence in 3 ſp. to revile, to curſe.*

843. אָאֹר Pro אֶאֱרֹר 1 perſ. ſing. fut. 1 ſp. Vid. Gr. p. 161. Ab אָרַר أرّ aduſſit aliquem notâ, publica infamia oneravit, et a communione abegit. 2. Maledixit, prop. abegit a ſocietate humana divinaque. *To brand one with a mark of infamy, to curſe.*

844. וְנִבְרְכוּ Et benedicti erunt. 3 perſ. pl. praet. 2 ſp. A בָּרַךְ benedixit.

845. Ver. 4. וַיֵּלֶךְ Et abiit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. prima Jod quieſcente in tzeri. A יָלַךְ ivit.

846. דִּבֶּר Diligenter allocutus eſt. 3 perſ. ſing. praet. 3 ſp. A דָּבַר ſtruxit verba, locutus eſt. 3 ſpecies notat loqui cum ſtudio, curaque.

847. בְּצֵאתוֹ In egrediendo illo. Inf. 1 ſp. Vid. Gr. p. 169. cum aff. ו et praef. ב in. A יָצָא exiit, egreſſus eſt.

848. Ver. 5. רְכוּשָׁם Opes eorum. Ex aff. ם, et רְכוּשׁ ركاش opes. *Wealth, ſubſtance.* A רָכַשׁ ركش invenit mineram, vel antiquos defoſſos theſauros. 2. Acquiſivit, comparavit.

849. רָכָשׁוּ Acquiſiverunt. 3 perſ. pl. praet. 1 ſp. a רָכַשׁ ركش invenit antiquos theſauros. 2. Acquiſivit, comparavit. *To get, to acquire.*

850. אַרְצָה Terram verſus. Ex aff. ה, notante *verſus. Toward.* Et אֶרֶץ terra. Vid. num. 7.

851. Ver. 6. וַיַּעֲבֹר Et tranſivit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. A עָבַר عبر tranſivit.

852. אֵלוֹן Quercus vel quercetum. *An oak, a grove of oaks.* Ab אַיִל ايل prop. ſpiſſus fuit. 2. Robuſtus fuit. (z).

853. מוֹרֶה More, Nomen proprium, reddi poſſit ſagittarius. A יָרָה ورى jecit, ad ſcopum direxit.

750. אָז Tunc, q. d. ipſo articulo temporis, prop. particula temporis apti, commenſurati ad hoc vel illud, quod Latine effertur tunc temporis. *Then, at that time.* Ab אָזָה اذى prop. aptavit, commenſuravit.

855. Ver. 7. וַיֵּרָא Et viſus eſt. 3 perſ. ſing. fut. 2 ſp. cum ו converſ. quae per apocopen attolit ultimam ה. A רָאָה vidit.

856. אֶתֵּן Dabo. 1 perſ. ſing. fut. 1 ſp. Vid. Gram. p. 145. A נָתַן dedit.

857. הַנִּרְאֶה Ille viſus. Part. 2 ſp. A רָאָה vidit.

858. Ver. 8. וַיַּעְתֵּק 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. a עָתַק عتق prop. vulſit. Hinc 2. tranſtulit, migravit, q. d. vulſit tentoria. Vid. Job. xviii. 4. Anglice, *To remove.* 3. Duravit. *To be durable, to remove on ſtill in the ſame ſtate, from time to time, to bear age without decay in ſtrength or beauty.* Job. xxi. 7.

859. הָהָרָה Montem verſus. Ex ה notante *verſus*, et הַר mons. Vid. num. 664.

860. וַיֵּט Pro וַיִּנְטֶה 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. per apocopen, cum ו converſ. Vid. Gr. p. 197. A נָטָה نطا tertiâ

(z) אַלּוֹן Genus quercuum praeſtantius, quo plane apparet Judaeam abundaſſe; trabes enim querneas in templo Solomonis fuiſſe legimus in cod. Middoth. p. 61. Baſchanaea regio tranjordanenſis a fertilitate et quercetis imprimis, laudatur, Jeſ. ii. 13. Ezech. xxvii. 6. Zach. ii. 2. Diverſa vero arbor eſt אַלּוֹן ab אֵלָה terebinthos, Hillerus putat hanc quercum prope Sichem appellationem ſuam More מוֹרֶה traxiſſe, a quodam Emoreo ſagittario peritiſſimo. Klauſingius vero in diſſ. de *luco more*; *quercetum Doctoris*, ſcil. Abrahami ibi cultui divino vacantis populumque docentis, reddendum eſſe putat. Vid. Olav. Celſii Hierobotan: vol. i. p. 34.

tertiâ Waw, tetendit cum inclinatione, expandit. *To ſtretch, extend, expand.*

861. VER. 9. וַיִּסַּע Et vulſit tentoria; Hinc profectus eſt. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. Nun inſertâ per dageſch forte in ſecunda radicali. Vid. Gr. p. 144. (נְסוֹעַ inf. 1 ſp.) A נָסַע نزع prop. vulſit, evulſit. 2. Hinc profectus eſt, i. e. vulſit tentoria, proprie notat tentorium evulſum et aliorſum tranſlatum.

862. הַנֶּגְבָּה Auſter, meridies, regio Auſtralis, prop. aridior illa regio prae multo aeſtu. *The ſouth.* A נָגַב نجب prop. ſidit et ſpeciatim corticem quae multae aeſtu decorticatur.

863. VER. 10. רָעָב Fames publica, vehemens. *A famine.* Prop. cavitas ventris, oppoſita כָּפָן fames privata. Vid. Job. v. 22. A רָעַב رغب cavus fuit ventre. 2. Famelicus fuit. *To be hungry.*

864. לָגוּר Ad peregrinandum. Inf. 1 ſp. cum praef. ל. Vid. Gr. p. 103. A גּוּר جار prop. flexit: Hinc peregrinatus eſt. *To ſojourn.*

865. כָּבֵד Gravis, magnus. *Grievous, ſore.* A כָּבֵד كبد gravis fuit. 2. Honoratus fuit, copioſus, dives fuit.

866. VER. 11. הִקְרִיב Et appropinquare fecit. 3 perſ. ſing. praet. 5 ſp. a קָרַב قرب appropinquavit. *To draw near, to approach.*

867. נָא Particula hortandi, ſurge, agedum, quod ab aſſurgendo commode derivatur, vel potius a primaria ſignificatione vigoris tenſi; eſt forma imp. A נוּא ناء (media Waw) ſurrexit ad agendum, vel portandum aliquod; ſurgere anniſus eſt.

868. יְפַת Pulchra, prop. completa. *Beautiful, comely in perſon.* In regimine, pro יָפָה a maſ. יָפֶה pulcher. Vid. Gr. p. 222. A יָפָה وفي prop. complevit, completus fuit. 2. Pulcher fuit.

869. מַרְאֶה Adſpectus. *The ſight, an appearance.* A רָאָה vidit.

670. Ver. 12. יְחַיּוּ Vivificabunt, vel vivum diligenter conſervabunt. *They will carefully preſerve thee alive.* 3 perſ. pl. fut. 3 ſp. ab חָיָה vixit.

671. Ver 13. יִיטַב Bonum, felix ſit. 3 perſ. ſing. fut. 1. ſp. a יָטַב طاب uber fuit. 2. Bonus, felix fuit.

872. בִּגְלָלֵךְ Propter te, cauſâ tûi, vel propter dignitatem, reverentiam tui. *On account of thy gracefulneſs.* Ex praef. ב et aff. ךְ et גָּלָל, prop. volutio, occaſio; etiam dignitas, reverentia. A גָּלַל جلّ volvit; etiam illuſtris fuit, dignitate et majeſtate conſpicuus fuit: Hanc ſignificationem apud Hebraeos etiam viguiſſe apparere videtur ex hac locutione et Deut. i. 36.

873. Ver. 14. כְּבוֹא Secundum intrare. Inf. 1 ſp. cum praef. כ juxta (לָבוֹא ad intrandum, cum praef. ל ad) et בוֹא venit (*a*).

874. Ver. 15. שָׂרֵי Principes, Pl. in ſtat. conſtr. Vid. Gr. p. 223. A שַׂר princeps. *A prince.* A שׂוּר سار vel سور prop. recta ſerie diſpoſuit (Vid. Chron. xx. 3.) 2. Hinc ſuccrevit, princeps fuit; alii volunt eſſe a שָׂרָה princeps fuit.

875. וַיְהַלְלוּ Et ſplendere fecerunt eam, ſplendide celebrarunt. *And they commended her much, highly.* Cant. vi. 8. 3 perſ. ſing. fut. 3 ſp. A הָלַל هلّ prop. tremulum vibravit, ſplenduit, corruſcavit. *To ſhine, to emit rays.* Job. xxix, 3. 2. Gloriatus eſt, jactavit ſe. In 3 ſp. הִלֵּל celebrem, ſplendidum reddit. *To make one to ſhine, to extol highly.* Significationem *inſaniendi* addunt plerique lexicographorum

(*a*) Antiquiſſimis his temporibus conſtans videtur conſuetudo puellarum, faciem non prius obvelandi, quam quum viro eſſent jungendae, ut ita marito ſervandam fidem ſignificarent, ſane de Rebecca et Rachele virginibus, Gen. xxiv. 15, 16, et xxix. 9. non legitur quod fuerint velatae; ſed earum vultus conſpectui patebat. Sic hic Sarah nuda facie in publicum prodibat, cum ſe Abrahami innuptam ſimularet: Hinc lucem faeneratur, Gen. xx. 16.

phorum huic radici confundentes eam cum הול هال excuſſit, cum excuſſione deſolutus fuit, ruit: Hinc inſanivit, ſui impos fuit.

876. וַתֻּקַּח Et ſublata fuit diligenter. 3 perſ. ſing. fut. 4 ſp. a לָקַח accepit.

877. Ver. 16. הֵיטִיב Et benefecit. Praet. 5 ſp. a יָטַב bonus fuit.

878. בָּקָר Genus bovinum, boves. *Oxen.* A בָּקַר بقر prop. fidit, effidit: Hinc boves denominantur a ſuo officio, in terra findenda ac proſcindenda.

879. חֲמֹרִים Pl. a חֲמוֹר aſinus, ita dictus a rubro colore. *An aſs.* A חָמַר حمر rubuit, fermentavit, et quidem aeſtuatione rubri coloris.

880. וּשְׁפָחֹת Ancillae, pl. a שִׁפְחָה ancilla, famula. *An handmaid.* A שָׁפַח سفح extendit, fudit.

881. אֲתֹנֹת Pl. ab אָתוֹן اتان aſina, ſic dicta a firmitate greſſus. A אָתַן اتن firmiter ſtetit, prop. tenſus fuit.

882. גְּמַלִּים Pl. a גָּמָל camelus, habet dageſch in ultima Lamed; ex 2 ſp. פָּקִיד. Vid. Gr. p. 117. A גָּמַל غمل prop. fovit, retribuit, ita dictus camelus quod fovit iram, vindictam; nam irae ſervantiſſimus (*b*).

883. Ver. 17. וַיְנַגַּע Et valde percuſſit. 3 perſ. ſing. fut. 3 ſp. a נָגַע نجع prop. appegit: Hinc tetigit. *To touch, to extend, to reach: Hence to ſtrike, to ſmite with force or violence.* Vid. Job. i. 11. ii. 5.

884. נְגָעִים Pl. a נֶגַע gravior plaga vehementius appacta, incuſſa. *A ſtroke, a plague.* A נָגַע appegit, tetigit.

885.

(*b*) Damir in *Elephante* obſervat camelum patientiſſimum et maxime docile, indeque cognominatum Abu-Job (Sive Jobi pater quaſi patientiam Jobi aemuletur) provocatum vero, in ultionem valde pronum eſſe et acceptae injuriae memoriae, diutiſſime ſervantiſſimum. Ita ut in Perſide *ira cameli* in proverbium abierit, cum de odio implacabili res eſt. Vid. Bochart. Hieroz. vol. 1. p. 76.

885. דְּבַר Verbum, cauſa, res, in regimine. Vid. Gr. p. 222. Pro דָּבָר. A דבר per ſeriem ſtruxit: Hinc locutus eſt.

886. Ver. 18. הִגַּדְתָּ Certiorem feciſti. 2 perſ. ſing. 5 ſp. A נָגַד نجد eminuit ante oculos; in 5 ſp. ob oculos propoſuit. *To ſet a thing before another, to make it manifeſt and known.*

887. Ver. 19. וָאֶקַּח Nam accepiſſem. 1 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum ו converſ. A לָקַח accepit.

888. Ver. 20. אֲנָשִׁים Ab אֱנוֹשׁ vir, homo, homo quaſſus, fragilis, omni quaſſationi perpetuo obnoxius. *A weak, feeble man.* Ab אָנַשׁ انش prop. quaſſus fuit, quaſſando fractus fuit ad ſummam uſque debilitatem, debilis infirmus fuit.

CAPUT XIII. Versus 1.

889. וַיַּעַל ET aſcendit. 3 perſ. fut. 1 ſp. per retractionem accentûs, et apocopen tertiae radicalis ה. A עָלָה aſcendit.

890. הַנֶּגְבָּה Meridiem verſus. Ex ה motum in locum notante, verſus, et נֶגֶב auſter, regio auſtralis, aridior illa multo aeſtu. A נָגַב نجب quae notat findere et ſpeciatim corticem arboris, quae multo aeſtu decorticatur. *To be very dry, parched.*

891. Ver. 2. כָּבֵד Prop. gravis: Hinc copioſus, dives. *Rich.* A כָּבַד كبد gravis fuit. *To be heavy, weighty.* Hinc honoravit.

892. בַּכֶּסֶף Cum argento. Ex praef. ב in, et כֶּסֶף argentum. *Silver.* Ita dictum a pallido colore. A כָּסַף luridus fuit, palluit: Hinc deſideravit, q. d. impalluit in rem.

893. Ver. 3. לְמַסָּעָיו Ex praef. ל et aff. יו. Vid. Gr. p. 98. Et מַסָּע prop. evulſio tentorii: Hinc iter.

A

A journey. A נָסַע tentorium vulſit: Hinc profectus eſt. *To pull up in order to remove to another place.*

894. בִּתְחִלָּה A principio. Nom. cum praef. ב in, ſignificat principium, initium. חָלַל ſolvit, incepit.

895. VER. 4. בָּרִאשֹׁנָה F. g. a m. ראשׁוֹן primus. A רָאשׁ caput fuit.

896. VER. 5. וְאֹהָלִים Et tentoria, pl. ab אֹהֶל tentorium. *A tent.* Ubi nempe quies agitur et laxatio itineris. Ab אָהַל اهل, prop. laxus fuit.

897. VER. 6. לָשֶׁבֶת Habitare. Inf. 1 ſp. per aphaereſin τȣ Jod, cum praef. ל. Vid. Gr. p. 166. A יָשַׁב ſedit, habitavit. *To dwell.*

898. יַחְדָּו et יַחְדָּיו } Simul, una, prop. unitatibus ſibi, eſt dualis vel pl. a יַחַד unitas: Hinc uniter, unitiſſime. *Together.* A יָחַד وحد, conſolidavit in unum, conflavit, unicus fuit.

899. יָכְלוּ Potuerunt. 3 perſ. pl. praet. 1 ſp. יָכַל وكل, valuit, potuit. *To be able.* Vid. Gr. p. 163.

900. VER. 7. רִיב Contentio, commotio e litibus, rixiſque. *Strife, contention.* A רוּב vel רִיב راب, vel ريب, prop. intus concuſſus et commotus fuit cum ſtrepitu, uti quum lapillus in vas injectus ſtrepit: Hinc 1. concuſſit vehementius. 2. Sevit lites.

901. רֹעֵי Paſtores, prop. paſcentes, in ſtat. conſtr. pro רֹעִים. Vid. Gr. p. 223. Part. 1 ſp. A רָעָה رعي, pavit. *To feed.*

902. VER. 8. אַל Prop. cave facias; poteſt eſſe, imp. 3 ſp. pro אֵלֶה; unde retracto accentu fit אַל prohibe temet: Vel poteſt eſſe ſaegolatum ſubſtantivum monoſyllabum אֱלִי, ultimâ Jod ſuppreſſâ, et reddendum cautio, coërcitio. Ab אָלָה الي coërcuit, arcuit, conſtrinxit.

903. נָא Eſt particula hortandi ab aſſurgendo, *agedum,* vel potius a primaria ſignificatione *vigoris tenſi.* *Arise, come.* Vid. num. 867.

904. תְּהִי Sit. 3 perſ. ſing. f. g. fut. 1 ſp. ab הָיָה fuit. Vid. Gr. p. 201. l. 2

905. מְרִיבָה Contentio. *Strife.* A רוב vel רִיב concuſſit, lites ſevit.

906. Ver. 9. הֲלֹא Annon, nonne. Ex ה interrog. et לֹא non.

907. הִפָּרֶד Separator tu. Imp. 2 ſp. a פָּרַד فرد ſeparavit, disjunxit. *To ſeparate.*

908. הַשְּׂמֹאל Siniſtra manus, *The left hand*, Sinu fere involuta et operta uti minus honorata; nomen ex ſp. פעאל. Vid. Gr. p. 142. l. 21. A שָׂמַל شمل ſinu involvit.

909. וְאֵימְנָה Et dextram verſus proficiſcar. 1 perſ. ſing. fut. 1 ſp. cum ה parag. A יָמַן يمن ad dextram acceſſit, dextram verſus profectus eſt. *To go towards the right hand.*

910. הַיָּמִין Dextra. *The right hand.* Cum ה demonſtr. A יָמַן dextram verſus abiit.

911. וְאַשְׂמְאִילָה Et ego ad ſiniſtram proficiſcar. 1 perſ. ſing. fut. 5 ſp. cum ה parag. et ו conjunct. a שָׂמַל شمل ſinu involvit.

912. Ver. 10. וַיִּשָּׂא Et elevavit. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. Vid. Gr. p. 144. l. 1. A נָשָׂא elevavit *To lift up, as here, the eyes*, i. e. *to look with attention.*

913. כִּכַּר Contractum ex כִּרְכַּר, eliſo priori Reſch, eſt formae קְמַקֵּם ſignificat maſſa, planities, tractus terrae rotundior. A כור كار collegit in maſſam rotundam, convolvit in maſſam orbicularem.

914. מַשְׁקֶה مسقى Campus, locus irriguus, in quo eſt aquarum copia. *A place well watered.* Vid. Ezek. xlv. 15. A שָׁקָה سقى irrigavit. *To water.*

915. שַׁחֵת Penitus perdere. *To deſtroy entirely.* Infin. 3 ſp. a שָׁחַת perdidit. Vid. num. 587.

916. Ver. 11. וַיִּבְחַר Et elegit. 3 ſing. fut. 1 ſp. a בָּחַר بحر prop. fidit, diffidit oſſa ad ea emedullanda; inde emedullavit, excerpſit tanquam optimum

mum opimumque. 2. Elegit, ſelegit. *To make choice of a thing as the beſt.*

917. וַיִּפָּרְדוּ Et ſeparati ſunt. 3 perſ. pl. fut. 2 ſp. a פָּרַד فرد vulſit. 2. Separavit, disjunxit. *To ſeparate, disjoin.*

918. VER. 12. בְּעָרֵי In urbibus, in ſtat. conſtr. cum praef. ב a ſing. עִיר urbs.

919. וַיֶּאֱהַל Et tetendit tabernaculum. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. A אָהַל اهل proprie laxus, relaxatus fuit. 2. Tentorium fixit, tetendit; origo patet in cognato وهل. *To pitch a tent.*

920. עַד Uſque ad, prop. eſt trajectio, tranſitus a rad. עָדָה trajecit.

921. VER. 13. רָעִים Mali, oppreſſores, tyranni, qui מְרֵעִים malefici appellantur. Pſ. xxxvii. 1. A רוּעַ راع media Waw. Malus fuit.

922. וְחַטָּאִים Pl. Et peccatores, prop. proclives ad lapſandum; a m. חַטָּא peccator. A חָטָא. Vid. num. 442.

923. VER. 14. מֵעִמּוֹ Prop. a communione ejus. Ex aff. וֹ ejus, et praef. מ a, ex, et עִם cum. Vid. num. 305.

924. שָׂא Attolle. Praeſ. imp. 1 ſp. Nun ablato per apocopen. Vid. Gr. p. 147. l. 23. A נָשָׂא elevavit.

925. צָפֹנָה Septentrionem verſus. Ex ה parag. motum in locum notante, et צָפוֹן ſeptentrio. *The north.* A צָפָה صفى ſpeculatus eſt, alto imminuit: Haec videtur eſſe derivatio veriſimillior quam illa a צָפַן صفن recondidit. Vid. cl. Schult. in Job. xxvi. 7.

926. וָקֵדְמָה Et orientem verſus. *Towards the eaſt.* Ex praef. ו et, et ה *verſus*, et קֶדֶם oriens. Vid. num. 185.

927. וָיָמָּה Et occidentem verſus, prop. notat mare Mediterraneum, quod ſitum ſit ad occidentalem partem Judaeae. Ex ה notante verſum. *Towards.* Vid.

Vid. Gr. p. 249. l. 12. Et ו conjunct. et יָם mare. Vid. num. 58.

928. Ver. 15. אֶתְּנֶנָּה Dabo eam. 1 perſ. ſing. fut. 1 ſp. vid. Gr. p. 144. l. 1. et aff. נָּה. A נָתַן dedit.

929. Ver. 16. לִמְנוֹת Ad numerandum. Inf. 1 ſp. A מָנָה منى prop. aſſignavit, praefinivit quid. 2. Certa menſura numeravit, ſpeciatim apud Arabes decreta Dei cuique aſſignata. *To number.*

930. יִמָּנֶה Numerabitur. 3 perſ. ſing. fut. 2 ſp. A praecedente מָנָה منى numero et ordine diſpoſuit.

931. Ver. 17. קוּם Surge. 2 perſ. ſing. m. g. (et in f. g. קוּמִי). Imp. 1 ſp. A קוּם ſurrexit.

CAPUT XIV. Versus 2.

932. מִלְחָמָה BEllum. Prop. conſertio manuum. A לָחַם لحم 1. Inſeruit, conſeruit. 2. conſeruit manus, i. e. pugnavit: Hinc etiam conſeruit dentes, i. e. edit, comedit; in 2 ſp. conſertus fuit cum alio. *To fight.*

933. Ver. 3. חָבְרוּ Conjunctae fuere in una ſocietate, foedere. 3 perſ. pl. praet. 1 ſp. A חָבַר حبر prop. nexuit, ſerie continua junxit. 2. Intima ſocietate junctus fuit. *To enter into alliance, to join or couple together.* 2. *To aſſociate.* Vid. Dan. xi. 6. Jud. xv. 3.

934. עֵמֶק Vallis, item profundior ſulcus. *A valley.* A עָמַק عمق profundus fuit.

935. הַמֶּלַח Sal. *Salt.* A מָלַח ملح prop. vulſit, vulſit mordicus, momordit; Hinc ſalivit. *To ſalt.*

936. Ver. 4. מָרָדוּ Rebellarunt. 3 perſ. pl. praet. 1 ſp. A מָרַד مرد 1. Fricando trivit. 2. Contumax, pervicax fuit, rebellavit. *To rebel, to revolt from the government or lawful ſovereign.*

937.

937. VER. 5. בָּא Venit, pro בָּוֹא. Vid. Gr. p. 199. lin. 7.

938. וַיַּכּוּ Et percutere fecerunt. 3 perſ. pl. fut. 5 ſp. A נָכָה نكى prop. percuſſit, conſauciavit gravioribus vulneribus. *To ſmite, to inflict any calamity, to overthrow in battle.*

939. רְפָאִים Rephaim. Prop. gigantes, unde vallis gigantum. i. e. a gigantibus olim habitata. Joſ. xv. 8.

940. הָאֵימִים Formidoloſi bellatores. A אֵים formidoloſus bellator. A אָיַם ايم media Je, aeſtuavit. 2. Excitavit fumum aeſtuantem.

941. VER. 6. בְּהַרְרָם In montibus ſuis. Ex aff. ם et praef. ב a rad. הָרַר هرّ horruit, aſper fuit. הָרָה mons.

942. אֵיל Terebinthus Judaica. *The turpentine-tree.* Hic proprium nomen urbis: Eil Paran locus terebinthis abundans. Ab אָיַל ايل ſpiſſus fuit.

943. פָּארָן Prop. foſſura multa. Nomen urbis et deſerti, ita dicta a copia ſpecuum ibi effoſſorum. A פָּאַר فأر fodit. Vid. Joſep. de bel. Jud. l. v. c. 7.

944. מִדְבָּר Locus ducendi gregis, locus apertus ubi greges ducantur: Hinc metaph. ſolitudo, deſertum. *An open, uninhabited country, a deſart.* 2. Inſtrumentum ducendae loquelae, pro lingua. A דָּבַר دبر per ſeriem ſtruxit, duxit (*b*).

945.

(*b*) הַמִּדְבָּר Proprie notat locum ducendi gregis, ubi longa ſcil. ſerie duci et agi poſſunt: Hinc 2. ſecundum genuinam vim linguae notat agrum apertum, ubi greges ducantur; metonymice hinc ſuccrevit notio deſerti, ſolitudinis, quia tales agri infrequentes ac ſolitarii eſſe ſolent; inde porro latius ad horrida quoque et deſerta loca uſus permiſſus; quemadmodum apud Latinos etiam deprehendimus in ſolitudine, ſecundum originem nihil aliud adferens, quam locum ſolum et infrequentem; cui poteſtati mox acceſſit horridior illa, quâ et loca ſola pro vaſtis et deſertis uſurpantur. 2. Uſurpatur pro loquela ſive potius pro inſtrumento loquelae, id eſt, lingua, ad concordiam inveniendam inter diverſas ſignificationes; ſubſtituatur inſtrumentum ducendae loquelae, pro lingua; quemadmodum pro ſolitudine ſubſtituatur locus ducendi gregis.

945. Ver. 7. עַיִן Fons. *A fountain, a ſpring of water.* הָעַיְנָה fontem verſus. A עָיַן عان fluxit.

946. מִשְׁפָּט Locus ubi judicatur, judicium. A שָׁפַט سقط aequavit, judicavit.

947. Ver. 8. וַיַּעַרְכוּ Et inſtruxerunt. 3 plur. fut. 5 ſp. A עָרַךְ عرك inſtruxit ſpeciatim de acie. *To ſet in order or array.* Ordinavit ratione et proportione, diſpoſuit; inſtruxit aciem, orationem, menſam. *To ſet in order, to place things in equal or correſponding ranks.*

948. Ver. 10. בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת Putei, putei, Hebraiſmus notans locum puteis abundantem. *Pits.* Pl. a בְּאֵר puteus, prop. inciſio et effoſſio terrae ad venam aquae vivae inveniendam, reperiendam. *A well, a pit of clear ſpring-water.* A בָּאַר بار et بور fidit, findendo incidit. 2. Inciſum in publico expoſuit, i. e. declaravit.

949. חֵמָר Lutum, bitumen. *Slime, clay, bitumen.* A חָמַר efferbuit.

950. וַיָּנֻסוּ Et fugerunt. 3 perſ. pl. fut. (נָסוּ fugerunt, 3 perſ. pl. praet.) 1 ſp. Vid. Gr. p. 171. A נוּס ناص fugit, prop. notat motum celerem et pendulum: tremulus fuit, fugit. *To fly.*

651. וְהַנִּשְׁאָרִים Pl. m. g. part. 2 ſp. cum praef. ו et ה. A שָׁאַר reliquus, ſuperſtes fuit.

952. Ver. 13. הַפָּלִיט Elapſus. *Eſcaped.* Part. 1 ſp. Vid. Gr. p. 124. A פָּלַט فلط et فلت elapſus fuit, liber abiit, evaſit. *To eſcape.*

953. הָעִבְרִי Hebraeus, Hebero oriundus, patronymicum, et foeminina forma exſtat Exod. i. 15. Ex עֵבֶר Heber, Haebraeorum ſator, prop. *tranſitus*; ſic vocatus a tranſitu et profectione, de qua Gen. xi. 2. quae in ejus nativitatem incidit. Origo et forma vocis hoc confirmat. A עָבַר عبر tranſivit trajecit (*c*).

954

(*c*) A *tranſitu* vero Arphaxadi trans Tigrim, quae in ejus nativitate inciderit, dictum volunt Hebraei; a *tranſitu* et peregrinatione

954. בַּעֲלֵי Foederati, ejuſdem foederis participes, eodem jure pollentes. *Confederates, Allies.* A ſing. בַּעַל appellatur omnis, qui facultatem alicujus rei habet, eamque ita poſſidet, ut in ea prae reliquis vigeat ac polleat. A בָּעַל بعل copioſo ſucco ſive vigore polluit, viguit, turſit. 2. Notat dominum eſſe, poſſeſſorem cujuſvis rei; dominium exercuit: Hinc phraſes בַּעֲלֵי עִיר qui jure civitatis pollet, cives urbis, Jud. ix. 2. et בַּעֲלַת אוֹב prop. turgentem mentiens utrem, quae pollet utre ventriloqua ἐγγαστρίμυθος. 1 Sam. xxviii. 7.

955. Ver. 14. נִשְׁבָּה In captivitatem abductus fuit, captivus. 3 perſ. ſing. praet. 2 ſp. a שָׁבָה سبا ult. Je, captivum duxit, cepit hoſtem. *To take captive.*

956. וַיָּרֶק Et fecit evaginare. 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. cum ſaegol loco tzeri ob retractum accentum, a רִיק راق mediâ Waw vel Je, evacuavit, evaginavit. *To empty, to draw out a ſword; to draw out men.*

957. חֲנִיכָיו Diſciplinâ vel doctrinâ ejus imbutos. Part. pahil, pl. ab חָנִיךְ imbutus, inſtitutus, edoctus, aſſuefactus ad officium ejus praeſtandum. *Trained, inſtructed, diſciplined.* A חָנַךְ حنك prop. fricuit, et ſpeciatim palatum melle, aut alia re dulci. 2. Imbuit palatum doctrinâ, inſtituit, initiavit. *To imbue, to ſeaſon, to diſcipline.*

958. וַיִּרְדֹּף Et perſecutus eſt. 3 perſ. ſing. fut. 1 ſp. a רָדַף ردف pone venit, preſſit a tergo. 2. Perſecutus eſt. *To come behind one, to purſue.*

959. Ver. 15. וַיֵּחָלֵק 3 perſ. ſing. 2 ſp. a חָלַק خلق prop. laevigavit, glaber fuit. *To ſmooth, to poliſh.* 2. Blanditus eſt, laevia adulatoria verba cum blanditie

ne in hoc mundo, celeb. Gerdeſſius in miſcel. tom. i. p. 664. Con-
dunt quidam tamen viri Docti ſic appellatum Abrahamum, qua-
u, *Trajectorem*, quod Euphratem trajeciſſet, in Canaänem migra-
turus.

ditie locutus eſt. *To ſpeak ſmoothly, to flatter.* 3. A laevibus et aequabilibus lapillis, quibus ſortes dividi ſolebant, dividit, partitus eſt, diſtribuit. *To divide, to diſtribute.*

660. וַיַּכֵּם pro וַיְנַכֵּם 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. et percutere fecit eos. A נָכָה percuſſit. Vid. num. 178.

961. Ver. 16. וַיָּשֶׁב Et reduxit, reſtituit, redire fecit. 3 perſ. ſing. fut. 5 ſp. הֵשִׁיב. Vid. Gr. p. 174. et 177. A שׁוּב reverſus eſt.

962. Ver. 17. לִקְרָאתוֹ In occurſum ejus. Inf. 1 ſp. cum praef. ל et aff. ו. A קָרָא vocavit, occurrit.

963. מֵהַכּוֹת A percutiendo. Inf. 5 ſp. cum praef. מ. A נָכָה percuſſit. *To ſtrike.*

964. Ver. 18. מַלְכִּי צֶדֶק Melchiſedek, rex juſtus, βασιλεὺς τῆς δικαιοσυνης, Heb. vii. 2. Compoſ. ex מַלְכִּי rex meus, et צֶדֶק juſtitia. Similis argumenti ſunt Arab. Malec-Aladel, i. e. rex juſtitiae, titulus plurimis principibus Mohammedanis tributus. Vid. Herbelot. Biblioth. oriental. p. 63. Adel Chan, vel ut vulgo Idel Chan, rex juſtus, nomen quod reges Decan et Golcondae ſibi tribuere ſolent. Sic Graeci Δικαίαρχος nomen prop. facit (*d*).

965.

(*d*) Variae ſunt ſententiae virorum Doctorum de Melchiſedeco. Quidam volunt illum fuiſſe filium Dei: Admitti vero hoc nequit, cum Paulus Apoſtolus diſerte de Melchiſedeco dicat eum ἀφωμοιωμένον τῷ ὑιῷ τοῦ Θεοῦ aſſimilatum filio Dei, Heb. vii. 3. nemo autem ſibi ipſi aſſimilatus dici poteſt; praeterea dicitur, *Sacerdos Dei altiſſimi.* Atque omnis ſacerdos eſt ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος ex hominibus aſſumptus, per carnalem nimirum generationem ex hominibus propagatus, Heb. vi. 1. Qui vero Melchiſedecum hominem fuiſſe agnoſcunt, in diverſas ſententias abierunt; quidam illum fuiſſe Semum Noachi filium. Sed ſecundum hanc ſententiam, argumentatio Apoſtoli, Heb. vii. 15. omni nervo et fundamento privatur; ſi ſtatuatur, Melchiſedecum fuiſſe Semum, quippe qui ex decimatione Levi in lumbis Abrahami, prerogativam ſacerdotii Melchiſedeciani prae Aronitico evincere velit. Hujus autem argumenti nulla vis foret, ſi Melchiſedecus ipſe Semus eſſet, in cujus lumbis, uti olim

965. הוֹצִיא Eduxit. Praet. 5 ſp. a יָצָא vel וָצָא exiit (*e*).

966. כֹּהֵן كاهن Prop. appropinquator: Hinc primarius proximuſque miniſter, tum politicus, tum eccleſiaſticus; ſacerdos. *A prieſt.* A כָּהַן كهن appropinquavit, ſacerdotio functus fuit: primaria ſignificatio patet ex جهن appropinquavit.

967. לְאֵל Nomen cum praef. ל et אֵל Deus, et quidem Θεος ὅρκιος jurisjurandi tanquam praeſes, vindex et ſancitor. Ab אָלָה الى adſtrinxit, jurejurando adſtrinxit.

968. עֶלְיוֹן Altiſſimus. *The moſt high.* Vid. Gr. p. 29. l. 86. A עָלָה aſcendit (*f*).

P 969.

olim Abrahamus, ita Levi quoque ex Abrahamo oriundus, fuit. Alii vero Melchiſedecum Hamum, alii Henochum, ſed ſine ullo probabili veritatis fundamento, aſſeruerunt; uti videri eſt apud Budaeum in hiſtoria eccleſ. vol. 1. p. 267. Ingenue fatendum eſt, nos neſcire, Quis Melchiſedecus fuerit, uti ſcriptura ſacra nobis non revelavit. Hoc vero certum eſt, fuiſſe Melchiſedecum ex poſteris Noachi, virum juſtitia et ſanctitate inſignem, regemque Salemi, qui ſimul pro iſtius temporis more ſacerdotis officio functus eſt; cumque Moſes, nec genealogiam, nec patrem matremve ejus commemoraſſet: Hinc Paulo, απάτωρ αμήτωρ και αγενεαλογητος dicitur, qui ſimul inter eum et Chriſtum comparationem inſtituens, hujus illum fuiſſe typum, accurate docet. Vid. Heb. vii. 1.

(*e*) Protulit panem et vinum: Referunt Hebraei, moris fuiſſe, redeuntibus e bello et victoria potitis, pane et vino reficiendi cauſa obviam ire. Id enim facere mos finitimis, Deut, xxiii. 4. Jud. viii 5, 6, 15. His conveniunt quae et Fl. Joſephus in hunc ſcribit locum. Quod eſſet, Rex Abrahamum ac ejus comites accepit hoſpitio, atque aluit pane et vino. Quod autem ſacerdos benedixit jure ſacerdotii, et decimas ab eo recepit. Videtur hoc factum fuiſſe, ſacrificio praecedente, vinum enim ante menſam Deo libare mos omnium gentium. Vetus autem hic mos fuit, ut qui Reges erant ſimul ſacerdotio fungerentur, Virg. Æneid. iii. Rex Anius, Rex idem hominum Phoebique ſacerdos.

(*f*) עֶלְיוֹן علیان Jovem Thebani vocabant Ἐλιεα Heſychius, Ελιεύς Ζευς εν θηβαις.; voce deflexa ex voce עֶלְיוֹן Hebraea et Phaenicia Elion, i. e. altiſſimus. Sic Philo-Biblius nos certiores facit ex Sanchoniathone, Ελιουν καλουμενος ὕψιστος Hinc Paeni *Alonim Valonuth*, Deos et Deas. Vid Plauti Paenulum. Et quod ibidem narratur ille Deus *Eliun* genuiſſe coelum et terram, ſumptum ex verbis Moſis. Vid. Bochart. geogr. ſacr. vol. I. p. 307.

969. Ver. 19 קֹנֵה Poſſidens, genitor. Part. praeſ. 1 ſp. a קָנָה قنى acquiſivit, poſſedit vel emptione vel generatione quid, ut peculium privum, carum. *To acquire, to poſſeſs either by generation or by price.*

970. Ver. 20. מִגֵּן Tradidit. Praet. 3 ſp. a מָגַן مجن prop. liberaliter effudit, tradidit. *To pour forth in a liberal manner, to deliver.*

971. צָרֶיךָ Hoſtes tuos, prop. coarctantes te. Ex aff. ךָ et pluralis a צַר hoſtis, angens. *An enemy.* A צוּר arctavit, coarctavit. *To ſtraiten, to diſtreſs.*

1751. תָּקַע Fixit, infixit, appanxit. *To faſten, to fix, to force one thing into another, as a tent is faſtened into the ground.*

1652. VER. 26. כִּשְׁבֻיוֹת Sicut captivae. Ex praef. כ ſicut, et pl. part. pahhul (שָׁבוּ 3 pl. prae.) 1 ſp. A שָׁבָה سبا duxit, cepit captivum. Vid. n. 955.

1653.

ſepoſita, quae ſpiritûs cujuſdam, ſaepius impuri, praeſentiâ animata, oracula fundere ſolebant: Larium inſtar et penatum domeſticorum. Quae deſcriptio colligi poteſt ex Gen. xxxi. 19. et ſeq. Ezech. xxi. 21. Zach. x. 2. 2 Reg. xxiii. 24. Doct. Pfeifferus contendit Theraphim fuiſſe *lares* ad humanam effigiem, mole tamen varia, majores alios, alios minores, nec ex eadem confectos materia, qui reſponſa reddebant conſulentibus, et bonorum omnium affluentiam procurare cultoribus ſuis, mala vero quaecunque, averruncare, credebantur, Ezech. xxi. 21. Zach. x. 12. Porro lacrymis, clamore et quaerimoniis acerbiſſimis jacturam ſuorum Theraphim proſequebatur Micah, Jud. xviii. 22. non ſecus ac ſi de omni poſthac ſua, ſuorumque actuum ſit, proſperitate. Conf. cap. xvii. et xiii. et vehementiſſimam Labanis, ob oblatos Theraphim, indignationem. Quidam viri docti volunt Labanis Theraphim, nihil aliud fuiſſe, quam effigies majorum, ſpeciatim Noachi et Semi, quas accedente ſuperſtitione, cultu divino ad benedictionem a majoribus impetrandam, mortales proſecuti ſunt. Vid. Pocock. com. in Hoſ. cap. iii. Vid. Spenſer de Urim et Thummim, et Wilſ. Ægypt. p. 38. 71.

1653. לְבָבִי Ex aff. י. et לֵבָב cor. A לֵבָב. Vid. num. 576. (*k*).

1654. Ver. 27. נֶחְבֵּאתָ Cooperuiſti temet. 2 ſing. praet. 2 ſp. A חָבָא occultavit. Vid. num. 321. et 329.

1655. שִׂמְחָה Laetitia. *Joy*. (שִׂמְחַתְכֶם laetitia veſtra). A שָׂמַח سمح enodis fuit. 2. Laetatus fuit.

1656. וּבְשִׁרִים Et cum canticis, pl. cum praef. ו et ב et שִׁיר canticum. *A ſong*. A שׁוּר cecinit.

1657. תֹּף Tympanum, pl. תֻּפִּים tympana, a ſono. *An inſtrument of muſick, a kind of drum*. A תָּפַף pulſavit, manu percuſſit, tympanizavit.

1658. Ver. 28. נְטַשְׁתַּנִי Permiſiſti me. 2 ſing. praet. A נָטַשׁ نطش prop. ſolvit, laxavit, elaxavit. Vid. Iſa xxxiii. 23. *To be looſe, ſlack*. 2. Permiſit. *To give liberty, to leave a thing looſe and free*. 2. Omiſit, dereliquit, deſeruit.

1659. הִסְכַּלְתָּ Stulte egiſti. 2 ſing. praet. 5 ſp. A סָכַל fatuus fuit, ſtulte egit. *To act abſurdly, fooliſhly*.

1660. עֲשׂוֹ et עֲשׂוֹת Facere, (מֵעֲשׂוֹת a faciendo, infin. cum praef. מ) inf. 1 ſp. A עָשָׂה fecit.

1661. Ver. 30. נִכְסֹף Deſiderando, inf. (נִכְסַפְתָּה deſiderio captus, abreptus, fuiſti, 2 ſing. praet.) 2 ſp. A כָּסַף كسف prop. pallidus, luridus fuit. Vid. Pſ. lxxxiv. 4. Job xiv. 15. 2. Deſideravit, deſiderio impalluit. *To be pale, and as paleneſs is the effect of earneſt longing and deſire.* 2. *To deſire or to long for thing vehemently.*

1662.

(*k*) עָשִׂיתָ וַתִּגְנֹב. Hebraiſmus elegans, quo feciſti et furatus es, ponitur pro ſimplici תִּגְנֹב *furatus es*. Sic Arabes ſaepiſſime in Fab. Lockmanni وجعل يلومه et *fecit, vituperavit*, pro et *vituperavit*. Sic in hiſt. Sarai وجعل يقول et fecit, dixit, pro et dixit, idem Hebraiſmus, 1 Reg. viii. 32. tu audies ex coelo עָשִׂיתָ וְשָׁפַטְתָּ et facies et judicabis, pro judicabis. Doctiſſ. Haubigant Hebraiſmum non animadvertit, quum reddidit, *quale vero illud eſt, quod tu feciſti, ut clam me faceres.*

1662. VER. 32. הַכֶּר Agnoſce, imper. pro הִנָּכֵר (יַכֵּר 3 ſing. fut.) 5 ſp. A נָכַר نكر diſtinxit, diſcrevit. *To diſtinguiſh, to know*. Vid. num. 1487.

1663. VER. 34. וַתְּשִׂמֵם Et poſuit eos. Ex aff. ם et praef. ו converſ. 3 ſing. f. g. fut. A שִׂים poſuit.

1664. בְּכַר *In ſella camelina.* Ex praef. ב in, et כַּר كور *ſella camelina, peculialiter cum omni ſuo apparatu. A ſeat or little habitation, a houſe erected to be carried on the back of a camel, with all its furniture, which was made ſo as to be taken off, or put upon the back of the camel at pleaſure.* A כּוּר كور obvolvit, collegit, congeſſit in unum; collectam colligavit in unum ſuppellectilem (*l*).

1665. יְמַשֵּׁשׁ Et diligenter contrectavit. 3 ſing. fut. (מְמַשֵּׁשׁ part. 3 ſp. מִשֵּׁשׁ diligenter palpavit, contrectavit. *To feel, to grope carefully, as thoſe that are ſearching for things concealed in parcels.* A מָשַׁשׁ palpavit. Vid. num. 1381.

1666. VER. 35. אַל יִחַר Ne flagrans ardor exiſtat in oculis, ne oculi doleant; vel ne aegrimonia, acrimonia

 monia

(*l*) LXX interpret. per σαγματα, vulg. *ſtramenta* reddunt: Chaldaeus et Rabbini per עביטא *ſtramentum*, vertunt. Arabica vero vox كور *ſella camelina* verum ſenſum nobis exhibet, ex uſu Cameli, qui ſecundum Damirum, eſt animal admirabile, corporis magni, ſurgens cum onere gravi, et cum eò genu flectens. Dorſo ſuo domum geſtat, in qua homo degit, cum cibo, et potu, et veſtibus, et vaſis, et pulvinaribus ſuis; et ſupra domum tectum, atque his omnibus onuſtus, iter facit. Vid. Boch. hieroz. p. 79, 80. Tales plerumque domunculas mulieribus parare ſolent, cum ob equitandì minorem peritiam, tum ne promiſcue cernantur. Unâ harum *ſellarum*, quae per noctem in tentorio ejus repoſita fuerat, Rachel inſedit, tanquam in ſedili aut lectulo commodiore; quod ſi in ſtrãmentis aut clitellis cameli ſediſſet Rachel, nonne fraudem ſubolere potuiſſet Laban, ex eo quod incommodae et ad conſidendum ineptae ſeſe ſuppellectili applicaſſet. Vid. Schult. animadver. phololog. p. 14.

monia doloris exiſtat in oculis ex indignatione, 3 ſing. fut. 1 ſp. A חָרָה exarſit. Vid. n. 434. (*m*).

1667. וַיְחַפֵּשׂ Et diligenter perſcrutatus eſt. 3 ſing. fut. 3 ſp. A חָפַשׂ perveſtigavit, perquiſivit, perſcrutatus eſt; etiam viliſſima et minutiſſima uſque ad *ſcruta*, Prov. xx. 27. Thren. iii. 40. Sophon. i. 12. *To ſearch for a thing that is hid or concealed.* Diverſa radix eſt, a חָפַשׁ *libertate donatus fuit.*

1668. Ver. 36. וַיָּרֶב Et contendit. 3 ſing. pro יָרִיב (יְרִיבֻן 3 pl.) fut. 5 ſp. A רוּב راب colliſit, contendit. *To ſtrive.* Vid. num. 900.

1669. פֶּשַׁע Praevaricatio, defectio ab officio. *A treſpaſs, tranſgreſſion.* A פָּשַׁע فشع dirupit, erupit ſpeciatim de fructu extra corticem erumpente. 2. Praevaricatus eſt, defecit ab officio; q. d. rupit, erupit extra corticem omnis virtutis et officii. Vid. Exod. xxxiv. 7.

1670. דָּלַקְתָּ Perſecutus es. 2 ſing. praet. 1 ſp. A דָּלַק دلق et دلق prop. notat volvi, volvendo acui, vel volutim acuminari in mucronem: Hinc ad ardorem flagrantis ignis volubili motu in mucronem acuminati transfertur. Vid. Ez. xxiv. 10. Ob. 18. 2. Exarſit, accendit. *To burn.* 3. Perſequutus, inſectatus eſt cum ardore. *To purſue or perſecute with a hot malicious mind, with ardour and fervour.*

1671

(*m*) Doct. Houbigant hic omnino languet, quum reddit, *ne quaeſo iraſcatur dominus meus*; nam tum evaneſcit floſculus orientalis, et emphaſis Hebraea. Vulgo hic ſuppletur, ſive *naſus* ſive *ira*, quod valde inconcinnum, neque enim ullus ſtylus ſatis digerat, ne *exardeſcat naſus in oculis*; ſimplicitas ſtructurae ſuggerit, ne *flagrans ardor exiſtat in oculis*, hoc eſt ne dolor ſimul indignatio oculos laedant: Apud Orientales praecipue Arabes, *oculus* calidus, *aeſtu ſuffuſus*, notat varios affectus doloris, indignationis, aegritudinis, quâ quod averſamur; e contra *oculus frigidus* deſignat laetitiam, affectionem gratam complacentiae, approbationis, qua aliquod tale contempiamur. Vid. Schult. de defect. hodiern. ling. Hebr. p. 244.

1671. Ver. 38. רְחֵלֶיךָ Oves tuae, pl. cum aff. ךָ ; a רָחֵל رحل ovis. *A ſheep.* A רָחַל patienter tulit.

1672. Ver. 39. טְרֵפָה Diſcerptum, raptum a feris pecus. *That which is torn.* (Diſtinguitur a נְבֵלָה *cadaver, morticinum* quodvis). A טָרַף طرف decerpſit. *To tear in pieces.* 2. Depaſtus eſt.

1673. אֲחַטֶּנָּה Expiabam illud, poenas luebam, i. e. damnum rependebam. 1 ſing. fut. 3 ſp. cum aff. נָּה . A חָטָא, verbum hoc et etiam כָּפַר notant piacula quae mala publica et privata averruncent: Hinc in 3 ſp. a peccato purgavit, expiavit, piaculo redemit. *To cleanſe, to purify, to make amends, to make an atonement for a thing.*

1674. תְּבַקְשֶׁנָּה Omnimodo requirebas. 2 ſing. fut. 3 ſp. cum aff. נָּה (מְבַקֵּשׁ diligens exquirens, part. et יְבַקֵּשׁ 3 ſing. m. fut.) 3 ſp. A בָּקַשׁ terendo inveſtigavit, quaeſivit. *To require, to ſearch.*

1675. גְּנֻבְתִי Furto ſurreptum mihi. Part. paſſ. f. g. cum aff. ִי. A גָּנַב. Vid. num. 1603.

1676. Ver. 40. קֶרַח Gelu. *Froſt.* A קָרַח calvavit, decalvavit.

1677. וַתִּדַּד Et fugiebat. 3 ſing. fut. f. g. pro תִּנְדַּד 1 ſp. A נָדַד ندد fugit, receſſit, remotus fuit, abegit. *To toſs, to move the body, to fly, to move faſt.*

1678, Ver. 42. פַּחַד Pavor, ſollicitudo pia, metus pavidus parentis, Job. xxxix. 19. *Fear, dread.* i. e. timor Iſaaci, ſcil. quem timebat ac reverebatur pater meus. *Iſaac.* A פָּחַד فخد notat paveſcere.

1679. רֵיקָם Vacuus. *Empty.* Etiam immeritò, inaniter, ſine cauſa. A רִיק inanis, vacuus fuit.

1680. יְגִיעַ Labor. *The labour.* A יָגַע وجع et يجع prop. hiavit. 2. Fatigatus, laſſatus fuit.

1681. Ver. 44. לְעֵד In teſtem. Ex praef. ל et עֵד *teſtis*, prop. *auritus*, aſſeverator veritatis. *A witneſs, a teſtimony.* A עוּד عاد aſſeveravit, teſtatus eſt. Vid. num. 1290.

1683.

1682. Ver. 45. וַיְרִימֶהָ Et erexit eum. Ex aff. ה, et ו converſ. (et יָרִים et יָרֵם) pro יָרוּם 3 ſing. fut. (כַּהֲרִימִי inf. ſicut elevare me, הָרֵם imper.) 5 ſp. A רוּם eminuit, levavit. *To lift, to raiſe up.*

1683. Ver. 46. לִקְטוּ Colligite, imp. (יִלְקֹט 3 ſing. fut. et לְקֹט inf.) 1 ſp. יְלַקֵּט 3 ſing. fut. 3 ſp. A לָקַט لقط legit, collegit rem humi abjectam, ut lapillos, ſpicas, &c. *To pick up or gather things from the earth, to glean.*

1684. גַּל Tumulus. *An heap of earth, or any raiſed place.* A גָּלַל جلل volvit.

1685. Ver. 47. יְגַר Acervus. *An heap.* Ab אָגַר اجر contraxit, acervavit.

1686. שָׂהֲדוּתָא *Teſtimonium*, prop. *oculatum*, cum א emphatico. A שָׂהַד شهد *praeſens fuit, oculatus fuit teſtis.* 2. *Teſtimonium perhibuit coram.* Vid. Job. xvi. 19. (*n*).

1687.

(*n*) Linguam Labanis et Jacobi non fuiſſe diverſam, ſed tantum dialectum patet ex ver. 47. ubi quod Labani Chaldaeo eſt יְגַר שָׂהֲדוּתָא *acervus teſtimonii*, a Jacobo Hebraeo nominatur גַּלְעֵד *tumulus teſtimonii*; idem ſenſus vocabulis linguae primaevae ſynonymis, vel potius propriis, enunciatus; nam יְגַר ab אגר اجر *contraxit, acervavit.* Notat proprie שָׂהֲדוּתָא *teſtimonium oculatum.* A שָׂהֵד شهد *praeſens fuit, oculatus fuit teſtis.* 2. *Teſtimonium perhibuit coram* et quidem jurejurando *confirmatum*, unde Job. xvi. 19. exſtat שָׂהֵד *teſtis oculatus, teſtis praeſentiſſimus*, qui intimos ſinus et receſſus cordis inſpicit. Pro שָׂהֲדוּתָה maluit Jacobus uti voce עֵד teſtis proprie auritus, *aſſeverator veritatis.* A עוד عاد (media Waw) iteravit in 5 ſp. הֵעִיד *teſtatus eſt*, q. d. iterum, iterumque aſſeveravit. Vox גַּל tumulus eſt communis dialectis linguae Hebraeae. A גָּלַל جلل volvit. Nulla igitur alia differentia inter ſermonem Labanis et Jacobi, quam ſi pro *acervo oculatae inſpectionis*, Latine dicere velis, *tumulum teſtimonii* vel *teſtis praeſentiſſimi*. Eadem enim affinitas exſtat, inter Hebraeam, Arabicam, Chaldaeam et Syriacam, ac inter varias dialectos in lingua Graeca. Vid. Grammat. Hebr. p. 4.

1687. גַּלְעֵד *Tumulus teſtimonii*, vel *teſtis praeſentiſſimi* vox compoſit. ex עֵד teſtis et גל tumulus. Vid. n. 1681. et 1684.

1688. VER. 49. הַמִּצְפָּה Mitzpah, prop. ſpecula, a ſpeculatione, ſic appellavit Jacob ſtatuam lapideam quam erexerat in loco eminentiori. A צָפָה ſpeculatus eſt.

1689. יִצֶף Speculabitur. 3 ſing. fut. 1 ſp. pro יִצְפֶּה per apocopen ה. A צָפָה صفى prae claritate nituit, ſplenduit. 2. Intuitus eſt, ſpeculatus eſt, q. d. nitida acie oculorum inſpectavit, ſpeculatus eſt intenſiſſimo et acutiſſimo oculo. *To look after carefully, to view with an acute, piercing, penetrating eye.*

1690. VER. 50. תְּעַנֶּה Affliges, 2 ſing. fut. (תְּעַנּוּן 2 pl. m. g. fut.) 2 ſp. A עָנָה عنى prop. fluxit: Hinc 1. fluxit in verba, orationem; reſpondit. *To anſwer.* Job. iii. 2. 2. Afflixit, oppreſſit, vim fecit, injuſte vexavit, a fluxu, ſcil. laſſus enim, depreſſus eſt, tales cui vires effluunt laſſitudine, oppreſſione. *To afflict, to oppreſs, to humble, to uſe hardly.* Vid. Gen. xxxiv. 2.

1691. VER. 51. יָרִיתִי Jeci, 1 ſing. praet. (יְרֹה jaculando, infin.) 1 ſp. יָרָה, jaculabitur, 3 ſing. fut. 2 ſp. A יָרָה jaculatus eſt.

1692. VER. 54. וַיִּזְבַּח Et ſacrificavit, (זִבְחוּ 2 pl. imp. (זְבֹחַ inf. 1 ſp. A זָבַח ذبح ſacrificavit. *To ſacrifice.*

1693. זֶבַח Sacrificium, (pl. זְבָחִים ſacrificia). *A ſacrifice.* A זָבַח ſacrificavit. *To ſacrifice.*

CAPUT XXXII. VERSUS 3.

1694. מַחֲנֶה CAſtra, multitudo caſtrametantium, locus ubi inclinantur tentoria, (dual. מַחֲנַיִם duo caſtra). A חָנָה caſtra metatus eſt.

1695. Ver. 5. וָאֵחַר Et moratus ſum. 1 ſing. fut. pro אֶאֱחַר (אֵחַר moratus eſt, praet.) 3 ſp. Ab אָחַר اخر diſtulit, moratus eſt. *To defer, to tarry, to delay.*

1696. Ver. 6. שׁוֹר ثور Taurus. *A bull.* A שׁוּר ثور elatus fuit, impetum fecit, efferbuit.

1697. Ver. 8. וַיֵּצֶר Et anxius fuit, et anguſtia fuit ei. 3 ſing. תָּצַר coarctabis, 2 ſing. m. g. fut. (הַצָּר part. praeſ.) 1 ſp. A צוּר صار preſſit, arctavit, etiam anxius, triſtis, afflictus fuit. *To bind or incloſe with trouble, pain, to diſtreſs..* Ejuſdem originis eſt cum צָרַר صرّ ſtrinxit. Vid. Exod. xxiii. 22.

1698. וַיַּחַץ Et diviſit. 3 ſing. pro יֶחֱצֶה per apocopen, ob ו converſ. (יֶחֱצוּן 3 pl. fut. 1 ſp.) A חָצָה حصى et حصو ſecuit, incidit, origo eſt in calculando, divi-dit, partitus eſt. *To divide, to ſhare, to diſtribute.*

1699. Ver. 9. וְהִכָּהוּ Et percuſſerit eum. 3 ſing. praet. (הַמַּכֶּה part. נַכֶּנּוּ percutiemus illum, 1 pl. fut.) 5 ſp. A נָכָה percuſſit. Vid. num. 478.

1700. פְּלֵיטָה / פְּלֵטָה } Evaſio, effugium, reſiduum. *Eſcape, deliverance.* A פָּלַט فلط elapſus fuit. Vid. n. 952.

1701. Ver. 11. קָטֹנְתִּי Parvus ſum. A קָטֹן قتن parvus, tenuis fuit. *To be ſmall in quantity, quality, or age.*

1702. Ver. 12. הַצִּילֵנִי Eripe me, imper. cum aff. נִי (יַצִּלֵהוּ 3 ſing. fut. הַצִּיל inf. 5 ſp. תִּנָּצֵל 3 ſing. fut, 2 ſp.) A נָצַל نصل extraxit, eripuit. *To reſcue.*

1703. Ver. 16. פָּרוֹת Juvencae. Pl. a פָּרָה juvenca, vacca. *An heifer.* פָּרִים Juvenci, pl. a פָּר juvencus, qui primos dentes cum aliis commutavit, adeoque medius inter עֵגֶל *vitulus*, et שׁוֹר bos. *A full grown bull or cow.* A פָּרַר فرّ primogenios vel lactentes dentes cum aliis novis commutavit: Alii volunt eſſe a פָּרָה foetificavit.

1704. וַעְיָרִם Pl. a עַיִר عير pullus aſininus. *A fole, an aſs-colt.* A עָיַר عير effugit, huc illuc vagatus eſt.

1705.

1705. VER. 17. רֶוַח Spatium, dilatatio. *Diſtance, ſpace, enlargement, reſpite.* Spatium admittendi aeris, reſpiratio. Vid. 1 Sam. xvi. 23. Eſth. iv. 14. A רָוַח راح prop. laxus fuit. Vid. Job. xxxii. 20. 2. Reſpiravit, admiſſo aere refrigeratus, perflatus fuit.

1706. VER. 18. יִפְגָּשְׁךָ Occurret tibi. 3 ſing. fut. 1 ſp. A פָּגַשׁ offendit, occurrit. *To meet as one perſon meets another upon the road.*

1707. VER. 21. אֲכַפְּרָה Et diligenter, ſumma cura propitium reddam. 1 ſing. fut. 3 ſp. A כָּפַר كفر prop. levit, linendo texit, atque incruſtavit. Vid. num. 601. 2. Per inſignem metaphoram, *expiavit*, illito velut ſanguine piaculari oblevit atque obliteravit. *To obliterate ſin by daubing it over or covering it with expiatory blood; to attone, expiate, or appeaſe.*

1708. VER. 23. מַעֲבַר Tranſitus, vadum. *A foord, a paſſage.* A עָבַר عبر tranſivit.

1709. VER. 25. וַיִּוָּתֵר Reliquus fuit, ſuperfuit. 3 ſing. fut. 2 ſp. A וָתַר وتر. Vid. num. 1607.

1710. וַיֵּאָבֵק Et colluctatus fuit. 3 ſing. fut. (הֵאָבֵק inf.) 3 ſp. Ab אָבַק ابق prop. *torſit*, vel tortus fuit, quia illi qui luctantur ſemet torquent cum alio. 2. Luctatus fuit. *To wreſtle.*

1711. VER. 26. כַּף Prop. curvatura, cavum, vola manus. *The hollow of the hand or foot.* 2. Acetabulum. *The pan, or hollow in the joint of bones.* A כָּפַף كفف incurvavit cum plicatura.

1712. וַתֵּקַע Et avulſus fuit. 3 ſing. fut. 1 ſp. Jod prima radicali quieſcente implicite in tzeri. A יָקַע وقع avulſit, proprie notat vulſionem vehementiorem cum fragore conjunctam; ruptus fuit cum fragore. 2. Luxatus, divulſus, diſlocatus fuit. *To be out of joint, to disjoint, to be diſaffected or averſe to.*

1713. VER. 29. יִשְׂרָאֵל Iſrael, qui *principem ſe praeſtabat Deo, vel de principatu contendebat cum Deo*, cognomen Jacobi, a Deo ipſi inditum; ex יִשְׂרֶה principem ſe praeſtabit, 3 ſing. fut. 1 ſp. A שָׂרָה princeps fuit, et אֵל Deus.

1714. שָׂרִיתָ Princeps fuiſti. 2 ſing. m. g. praet. 1 ſp. A שָׂרָה سري princeps fuit, eminuit dignitate.

1715. VER. 32. וַיִּזְרַח Et exortus eſt. 3 ſing. fut. (זָרְחָה 3 ſing. f. g. praet.) 1 ſp. A זָרַח ذرح et ذرا prop. ſparſit, 2 Chron. xxvi. 19. Hinc *ſparſit* radios ſol, exortus eſt. *To riſe or ſpring out.* Vid. Iſa. vi. 10. Pſ. xcii. 4.

1716. צֹלֵעַ Claudicans, part. praeſ. 1 ſp. A צָלַע ضلع claudicavit. *To halt.*

1717. VER. 33. גִּיד Nervus. *A nerve, a ſinew.* A גָּיַד جود et جيد prop. fluxit, celeri motu diffuſus fuit. 2. Viguit, polluit.

1718. הַנָּשֶׁה Luxatus. *Shrunk.* A נָשָׁה نسي prop. remiſſus, relaxatus fuit. *To be in a looſe, relaxed ſtate, as a ſinew that is ſtrained.*

CAPUT XXXIII. VERSUS 2.

1719. אַחֲרֹנִים POſteriores, pl. ab אַחֲרוֹן poſterior, poſtremus. *The laſt.* Ab אָחַר diſtulit.

1720. VER. 3. גִּשְׁתּוֹ Appropinquare illum. Ex aff. ו et גֶּשֶׁת pro נְגֶשֶׁת inf. תִּגַּשׁ 3 ſing. f. g. תִּגַּשְׁןָ 3 pl. f. g. fut. 1 ſp. A נָגַשׁ. Vid. num. 1172.

1721. חָנַן حنّ praet. (יָחֹן pro יְחָנֵן 3 ſing. fut.) 1 ſp. prop. notat querilum illud murmur cameli pro affectu erga foetum queritantis. 2. Miſericors fuit; gratiam, affectum tenerrimum monſtravit. *To be kindly and tenderly affected towards, to ſhow favour, mercy and pity.*

1722. VER. 10. וַתִּרְצֵנִי 2 ſing. fut. 1 ſp. Et complacuiſti in me, gratum me habuiſti. A רָצָה, رضي prop. firmius adhaeſit: Hinc complacuit, ſibi acquievit in re, gratum habuit, propitius fuit. *To be well pleaſed with, to eſteem grateful.*

1723. VER. 11. הֻבָאת Adducta eſt. 3 ſing. praet. 6 ſp. pro הֻבָאָה (יָבֹאוּ 3 pl. fut. 5 ſp.). A בוֹא venit.

1724. VER. 13. עָלוֹת. Lactentes, foetae; *Cattle with young*, Pro עוֹלוֹת part. pl. f. g. med. Waw extruſa. Vid. Iſa. xlv. 15. A עוּל عال ſuſtentavit, aluit familiam; aluit, nutrivit. *To nouriſh young children, cattle.*

1725. וּדְפָקוּם Et impellant eas. 3 pl. praet. 1 ſp. cum aff. ם. A דָּפַק دفق propulſavit, impulit. *To force forward.*

1726. VER. 14. אֶתְנָהֲלָה Meo commodo lotos potoſque prominabo. 1 ſing. fut. 7 ſp. (יְנַהֵל et diligenter ſuſtentavit, 3 ſing. fut. 3 ſp.) A נָהַל نهل prominavit, duxit, produxit gregem, paſcendi cauſâ. *To lead forth cattle to paſture and watering.* Vid. Pſ. xxxi. 4. Iſa. xl. 11. 2. Suſtentavit, ſublevavit.

1727. לְאִטִּי Leniter mihi, i. e. murmure leni. *Softly, gently.* Ex aff. י. et אַט prop. ſonus ſtridulus, murmurans. 2. Tenerrimus affectus vel doloris vel curae erga alium, ab אטט أطّ 1. Striduit, ſonum ſtridulum reddidit, vel e gutture, vel ex viſceribus commotis. 2. Congemuit, condoluit, teneriore affectu erga alium tactus fuit. Vid. Iſa. viii. 6. 2 Sam. xviii. 5. 1 Reg. xxi. 27.

1728. לְרֶגֶל הַמְּלָאכָה *Ad pedem* (vel greſſum) *ipſius operis*; ſignificat opus circa quod occupamur, i. e. Gregis vel pecudum, erat enim occupatus in gregibus alendis, q. d. juxta paſſum facultatum quas ago ante me. Vid num. 153. et 664.

CAPUT XXXIV. Versus 2.

1729. וַיְעַנֶּהָ ET compreſſit eam, 3 ſing. fut. 3 ſp. A עָנָה afflixit, compreſſit. Vid. num. 1023.

1730. Ver. 5. טָמֵא طمى Polluit, violavit, (opponitur τῷ טָהֵר purus, nitidus fuit). *To pollute, to defile.*

1731. Ver. 7. וַיִּתְעַצְּבוּ Et dolore conſtricti erant, 3 pl. fut. 7 ſp. A עָצַב. Vid. num. 579.

1732. נְבָלָה Flagitioſa perverſitas, omni principio virtutis aliena, flagitium. *Folly.* A נָבַל emarcuit, omni ſucco et vigore exhauſto. 2. Stulte egit.

1733. Ver. 8. חָשְׁקָה Infixa eſt in anima. A חָשַׁק حزق et خسق fixit, affixit, infixit. *To connect, or join together.* 2. Deſideravit, amavit, dilexit, amore propenſus fuit, delectatus eſt. *To have the heart connected with, or attached to any object, to love, to delight in any thing ſo as to deſire and long for it.*

1734. Ver. 9. וְהִתְחַתְּנוּ Et affinitatem contrahite. 2 pl. A חָתַן ختن et حتن inſtruxit convivium nuptiale. Notat proprie ardorem et calorem amicitiae per ſanctiſſima vincula matrimoniorum, conjunctum et conglutinatum. 2. Affinitatem iniit, contraxit. *To join in affinity, to marry.*

1735. Ver. 10. וּסְחָרוּהָ Et negotiamini in ea. 2 pl. imp. 1 ſp. A סָחַר سحر circuivit emendi vel vendendi cauſa, mercaturam exercuit. *To move about, to trade.*

1736. הֵאָחֲזוּ Poſſidete. 2 pl. imp. 5 ſp. (וַיֵּאָחֲזוּ et poſſeſſores facti ſunt, 2 pl. fut. 2 ſp.) Ab אָחַז اخذ prehendit. poſſedit. *To poſſeſs, to hold an eſtate.*

1737. Ver. 12. מֹהַר مهر Dos vel donum ſponsſalitium quod futurae uxori promittitur. *A dowry.* A מָהַר مهر ſcripſit dotem ſponſalem.

1738.

1738. VER. 13. וַיְדַבְּרוּ Et ſummo ſtudio dolos ſtruxerunt, fraudem machinati ſunt. 3 pl. fut. 2 ſp. A דָּבַר دبر prop. *ſtruxit*, longa ſerie nexuit: Hinc ſtruxit fraudem, nexuit dolos, machinatus eſt necem, cum dolo circumvenit, ut in hoc loco. *To contrive miſchief, to contrive the ruin and deſtruction of a perſon* (*o*).

1739.

(*o*) Secundum pleraſque verſiones tautologia plane apparet, in hiſce verbis וַיַּעֲנוּ וַיְדַבְּרוּ וַיֹּאמְרוּ uti in tota lingua Hebraea parem non invenies. Quin et cum אָמַר ſequitur poſt דָּבַר, ſolet poni hoc pacto וַיְדַבֵּר לֵאמֹר. Verſus vero 13, et 14. ita fere vertuntur, et *reſponderunt filii Jacobi Sichemo doloſe et loquuti ſunt, eo quod violaſſet Dinah ſororem ſuam, et dixerunt iis*, &c. Concinnior, ab Hebraeo tamen aliena, vulgata eſt verſio, quae reddit, *et reſponderunt* filii Jacobi, &c. *ſævientes, ob ſtuprum ſororis*. Doctiſ. Houbigant hic addit, qua auctoritate וַיְדַבְּרוּ et *ſaevierunt dederit, mihi non conſtat*. Doctiſſimus autem vir reddit, *nam inimice agebant, ex Arab. ſignificatu* verbi דָּבַר *inimicitias gerere, adverſari, cui vicinum doloſe agere* etiam Arabicum. Optime addit vir celeber. "Augenda ſunt "Hebraica lexica eo verbi דָּבַר ſignificatu, ſine quo hic locus in"terpretationem bonam ſuſcipere nequit." Et optime praeterea addit, *non ſollicitandus contextus*, ubi ex veteribus linguis ſignificatum bonum habeas: adderem non tantum ex lexicis ſed ex claſſicis auctoribus in variis linguis. Si enim vir doctus evolviſſet libros apud Arabes inveniſſet verbum דָּבַר دبر prop ſignificare, 1. *Struxit, longa ſerie nexuit:* Hinc *ſtruxit verba, locutus fuit.* 2. *Struxit fraudem, nexuit dolos, machinatus eſt.* 3. Apto ordine nexuit, diſpoſuit. Abulpharagius in hiſt. Dynas. p. 294. utitur דָּבַר دبر in ſenſu dolos nectendi, circumveniendi, necem machinandi, "*Audiens autem Ibn* "*Mokla Alkaberum* contra ipſos dolos moliri." Vox in Arab. eſt التدبير inf. 2 conj. a דָּבַר دبر et p. 295. "Nihil dubito de Kaheri malitia, quem ad Chaliphatum promovendum negavi. Nunc "ſummo eum deſpectui habetis; neque ille contemptum veſtrum "patienter fert, niſi ex mali animi propoſito ليدبر عليكم *ut dolo* "*vos circumveniat*;" in literis Hebraicis eſt יְדַבֵּר עֲלֵיכֶם, ſecundum ergo uſum hujus vocis דָּבַר apud Arabes, verba ſic commode verti poſſint, imo debent, et reſponderunt filii Jacobi Sichemo doloſe (וַיְדַבְּרוּ non loquuti) ſed et ſummo ſtudio perniciem machinati ſunt, dolos ſtruxerunt, eo quod violaſſet Dinah ſororem ſuam,

vox

1739. Ver. 15. נֵאוֹת Conſentiemus, acquieſcemus, 1 pl. (יֵאֹתוּ conſentient, 3 pl.) fut. 1 ſp. A אוּת prop. tetendit: Hinc conſpiratus viribus in unum tetendit. 2. Acquievit, conſentit. *To conſent, acquieſce, ſubmit.*

1740.

vox בְּמִרְמָה plane confirmat hunc ſenſum verbi, Anglice ſic, "And the ſons of Jacob anſwered Sichem and Hamor his father "deceitfully, and with (aſſiduity) great care plotted their deſtruc- "tion, becauſe he had defiled Dinah their ſiſter, and they ſaid unto "him, We cannot do this thing." Sed non opus eſt, ut hic ſolo Arabiſmo nitamur, nam דָבַר ſimiliter per loqui reddi nequit, circumveniendi, doloſque nectendi facile ſenſum admittit, 2 Chron. xxii. 10. et ſurrexit Athaliah וַתְּדַבֵּר vulgo interfecit omnem regiam ſtirpem: LXX. *απολεσε*; nimirum ex loco parallelo, 2 Reg. xi. 1. ubi pro תְּדַבֵּר exſtat תְּאַבֵּר concludunt דָבַר eſſe perdere. At neceſſe non eſt, ut verbum דָבַר eandem plane habeat ſignificationem; ſi talem modo habeat vim, qua cum perdendi ſignificatione quoddamodo conveniat. Poteſt igitur verti, 2 Chron. xxii. 10. *et dolos* ſtruxit omni regiae ſtirpi, vel dolo circumvenit uti in exemplo Abulphar. proxime citato. Doct. Houbigant in notis ad 2 Chron. xxii. 10. ſcribit, "Vix eſt (inquit in hunc locum Grotius) ut דָבַר "reperiatur pro *perdere*." Nam in Pſ. ii. nihil vetat verti, *loquetur*. "Hinc quidam praeferunt codices, qui habuere תְּאַבֵּר et *perdidit*, "quomodo," 2 Reg. xi. 1. addit porro, "Nos cum Grotio eo libentius ſentimus, quod *in nulla orientalium linguarum* eam verbi דָבַר "poteſtatem; etſi דֶּבֶר eſt *peſtis*, neque cunctandum eſt, ubi habes loci parralleli auctoritatem." Sed revera tum doctiſ. Grotius tum cl. Houbigant plane errant, uti patet ex ſupra dictis; praeterea haec contraria ſunt hiſce quae dicta fuere a viro docto, ad Gen. xxxiv. 13. Praeterea יְדַבֵּר Pſ. ii. 4. verti poſſit *tunc temporis* dolos nectet in ira ſua, et cl. Druſius in obſervat. lib. vii. cap. 25. agnoſcit Kimchium alioſque hanc vocem vertiſſe, per *occidet*, interficiet. Chald. Interp. etiam reddit יְדַבֵּר Pſ. xlvii. 4. per קְטַל. R. Nathan in concordant. obſervat דִבֵּר praeter communem loquendi ſignificationem, habere etiam aliam, viz. מגפה *percuſſionis* nimirum bis in Pihhel, Pſ. ii. 5. et 2 Chron. xxii. 10. Deniquevox דֶּבֶר *peſtis*, prop. pernicies ſtructa alicui, plane oſtendit verbum דָבַר aliam ſignificationem, praeter *ſtruxit* verba: nulla enim connectio eſt

inter

1740. Ver. 19. אִחַר Diſtulit omnino, praet. 3 ſp. (יְאַחֵר 3 ſing. תְּאַחֵר 2 ſing. fut. 3 ſp.) Ab אָחַר diſtulit, moratus eſt. *To defer, to delay, to tarry.*

1741. חָפֵץ حفض prop. inclinatus eſt. *To bend.* Notat lubentiam et voluntatem promptam ac pronam. 2. Voluit, oblectatus fuit (חָפֵץ part. praet. יַחְפֹּץ 3 ſing. 1 ſp.) *To have a ready, well diſpoſed and chearful inclination of will and affection; to be well affected to, to take delight in.*

1742. נִכְבַּד Honoratus fuit, praet. (אִכָּבְדָה 1 plur. fut. הִכָּבֵד inf.) 2 ſp. A כָּבֵד كبد gravis fuit. 2. Honoratus fuit, item copioſus, dives fuit.

1743. Ver. 21. שְׁלֵמִים Pacifici, pl. a שָׁלֵם integer, pacificus. A שָׁלַם سلم integer fuit, perfectus fuit.

1744. רַחֲבַת Lata, f. g. in ſtat. conſtr. a m. רָחָב latus. *Broad.* A רָחַב. Vid. num. 608. Hebraiſmus, nam terra ſpatioſiſſima, et proinde etiam eorum capax.

1745. Ver. 25. כֹּאֲבִים Dolentes, part, praeſ. pl. 1 ſp. A כָּאַב كاب luruit, lurorem contraxit: Hinc ad plagas luridas tam cordis quam corporis transfertur.

1746. בֶּטַח Tranquillus animi ſtatus: Hinc ſecuritas, fiducia. *Security, confidence.* A בָּטַח بطح ſtravit, complanavit. Hinc 2. ſecurus, tranquillus fuit, a complanato mentis compoſitae, ſedatae nihilque metuentis, ſtatu, ſumma ſecuritate et fiducia gaviſus eſt.

1747. Ver. 27. חֲלָלִים Occiſi, pl. a ſing. חָלָל prop. ſolutus, i. e. prophanatus ad lanienam, caedem, injuriam in praedam volucribus et feris projectus. Job. xxiv. 12. Prov. vii. 26. A חָלַל حل proprie ſolvit: Hinc prophanavit, q. d. diſſolvit ab omni nexu

inter ideam *loquendi* et *peſtis*, ſed ab altera, quatenus notat ſtruxit dolos, machinatus eſt perniciem, res eſt clara. Vid. Schultenſ. animad. philolog. p. 15.

nexu divini juris; promiſcui juris fuit, communis fuit (*p*).

1748. וַיָּבֹזּוּ Et diripuerunt pro יָבֹזּוּ 3 pl. (תָּבֹזּוּ 2 ſing. fut. בָּזְזוּ 3 pl. praet.) 1 ſp. A בָּזַז بز prop. traxit per terram, rapuit, diripuit, ſpoliavit. *To plunder, to rob.*

1749. Ver. 29. חֵילָם Ex aff. ם et חַיִל prop. verſatio, ſive vis agilis, *virtus*, ſtrenuitas: Hinc אִישׁ חַיִל vir ad omnia verſatus, expeditus, ſive ingenium ſpectetur, ſive corporis vigor et robur. 2. Opulentia, opes. *Wealth, ſubſtance.* A חָיַל vel חול حال vertit, torſit vertendo.

1750. טַפָּם Parvuli eorum. Ex aff. ם et טַף prop. turba parvulorum utriuſque ſexus; parvulus A טָפַף طفف agili modo tripudiavit; agilis fuit.

1751. Ver. 30. עֲכַרְתֶּם Foeculente turbidum me feciſtis, conturbaſtis me. 2 pl. praet 1 ſp. A עָכַר عكر foeces excitavit; turbidus, foeculentus fuit, conturbavit. *To throw into confuſion.* Vid. Pſ. xxxix. 3. mea plaga lurens, foecibus quaſi ſuis turbulenta facta eſt.

1752. לְהַבְאִישֵׁנִי Ad me foetere faciendum, foetidum reddendum; ex praef. ל et aff. ני et inf. (הִבְאִישׁ praet.)

(*p*) Vulgo חָלָל confoſſus, ſed plerumque aliquod majus violentum notat, ut patet ex Jeſ. xxii. 2. tui חֲלָלִים non ſunt חַלְלֵי חֶרֶב repugnantia oritur, ſi vertatur *confoſſi tui* non ſunt *confoſſi gladio* et non *mortui bello*. Vertendum eſt potius prophanati ad omnem lanienam, non ſunt prophanati gladii, ſed multo atrocior clades in eos deſaeviet. Sic Thren. iv. 9. Sic etiam vertendum eſt, *prophanati gladio* et *prophanati fame*, i. e. qui objecti ſunt gladio et fami, tanquam prophani, in quos graſſari et deſaevire licet pro arbitrio. Vid. Ezek. xxviii. 23. xxxi. 17, 18. Jer. li. 12. Obſervandum diligenter iſtud חָלָל dici de iis, qui adhuc ſpirant et deſtinati ſunt ad lanienam, ut in hoc loco, et Job. xxiv. 12. faepiſſime conſignat quoque cadavera abjecta et inſepulta, quo cumulus injuriae et prophanitatis quaſi denotetur. Vid. Job. xxxiv. 30. Iſa. lxvi. 16. collato verſu ultimo, et Pſ. lxix. 27.

praet.) 5 ſp. (תִּבְאַשׁ 3 ſing. f. g. fut. 1 ſp. A בָּאַשׁ بـاس prop. acris, acerbus fuit: Hinc foetuit. *To ſtink, to be loathſome and odious.* In 5 ſp. foetidum fecit.

1753. מְתֵי Pl. in ſtat. conſtr. pro מְתִים ſodales, ſodalitate juncti; a ſing. מְתֵה ſodales, affinis, homo nempe qui habet tenſionem, nexum, relationem erga aliquem, vel relatus fuit. A מָתָה متي tetendit tenſione nexûs (q).

1754. מִסְפָּר Numerus. *Number.* A סָפַר recenſuit, numeravit. Vid. num. 994.

1755. נִשְׁמַדְתִּי Perdar ego. 1 ſing. praet. 2 ſp. A שָׁמַד perdidit, devaſtavit. *To deſtroy, to undo.*

CAPUT XXXV. VERSUS 2.

1756. הִטַּהֲרוּ ET voſmet mundos exhibeatis. 2 pl. imp. 7 ſp. pro הִתְטַהֲרוּ. A טָהַר طهر nitidus fuit, nitide mundus fuit. *To be clean.*

1757. VER. 3. צָרָתִי Anguſtiae meae. Ex aff. י, et צָרַת in ſtat. conſtr. pro צָרָה anguſtia. *Diſtreſs.* A צוּר arctavit. Vid. num. 1697.

1758. VER. 4. הַנְּזָמִים Lineae vel funiculi margaritarum; a נֶזֶם linea vel funiculus margaritarum. *A ſtring of pearls.* Vid. num. 1367.

1759. יִטְמֹן Abſcondet. 3 ſing. fut. 1 ſp. A טָמַן prop. depreſſus fuit, ſidere factus eſt. Vid. Exod. ii. 12. וַיִּטְמְנֵהוּ et condiderunt eum in arena. 2. Abſcondidit. *To hide, to bury under ground.*

1760.

(q) Ad verbum, ego *ſodales* numeri, ſubintelligitur לִי i. e. quum ſint mihi pauci homines; ſic Deut. iv. 27. et remanebitis *viri ſodales* numeri, i. e. pauci numero; vel ſecundum Chaldaeum paraphraſten, qui numerari poterunt. Sic cap. xxvi. 5. et peregrinatus eſt, ibi בִּמְתֵי מְעַט cum ſodalibus raris, paucis, i. e. cum viris paucis. Vid. cap. xxviii. 62. 1 Chron. xvi. 19. Pſ. cv. 12. quum eſſetis viri ſodales numeri. Iſa. xli. 14.

1760. הָאֵלָה Terebinthus Judaica. *The turpentine-tree.* Ab אִיל اول ſpiſſus fuit. Vid. num. 942. (*r*).

1761. VER. 11. מֵחֲלָצֶיךָ *Ex lumbis ſuis*, pl. in ſtat. conſtr pro חֲלָצִים lumbi. *Loins*; Ita dicti quia in iis collocatur ſedes prima generationis humanae, qua de cauſa, *de lumbis exire tantundem eſt*, ac *proſeminari*. A חָלַץ خلص extraxit.

1762. VER, 14. וַיַּסֵּךְ Et libare fecit. 3 ſing. m. g. fut. 5 ſp. pro יַנְסִיךְ. A נָסַךְ نسك libavit, obtulit Deo liquida, vinum unxit. *To pour out as water and wine in a drink offering to God.*

1763. נֶסֶךְ Fuſio, libamen. *A drink offering, a libation.* A נָסַךְ libavit. Vid. num. 1762.

1764. VER. 16. כִּבְרַת Secundum ſectionem, ſegmentum agri. Ex praef. כ et בְּרַת contracte pro בְּרִית ſectio, ſegmentum agri. A בָּרָה بري ſecuit: Aliis eſt in ſtat. conſtr. pro כִּבְרָה milliare; a כָּבַר auctus fuit, crevit.

1765. וַתְּקַשׁ Et difficultatem paſſa eſt, 3 ſing. f. g. fut. 3 ſp. (קָשְׁתָה implacabilis fuit, 3 ſing. f. g. praet. 1 ſp. בְּהַקְשֹׁתָהּ quum difficultatem pateretur illa, inf. 5 ſp. cum aff. הּ). A קָשָׁה قسي induruit, obduruit, durus fuit. *To be hard, rigid; to be difficult and diſtreſſing.*

1766.

(*r*) Diſtinctionem eſſe inter אֵלָה et אַלּוֹן teſtantur, Eſa. vi. 5. Sicut *Elah* ſive *terebinthus*, et ſicut *Allon quercus* quae ſunt, &c. Vid. Hoſ. iii. 13. In collibus ſuffitum faciunt ſub אַלּוֹן וְאֵלָה *quercu* et *terebintho*, et etiam in hoc capite ver. 4. et 8. Quocirca ſi אַלּוֹן ſignificat *quercus* non poteſt אֵלָה ut jure obſervavit Druſius in Iſa. vi. 13. Quercum fuiſſe in Paleſtina teſtantur plurimi ſcriptores; *allonini* tanquam robuſtas, ſimulque venuſtas, una cum *terebinthis* ad continendum aggerem, qui a domo regia Solomonis in templum ducebat, plantatas fuiſſe legitur, Iſa. ii. 13. et vi. 13. Idem propheta magnates Judaeorum, divitiis, potentia ornatiſſimos, opinione virtutis, ſapientiae et juſtitiae, atque praeſidentes idololatras comparat quercubus Baſchanis, inſigni ab omni parte allegoriâ. Vid. etiam Hoſ. iv. 13. et Ezech. xxvii. 6.

1766. Ver. 17. הַמְיַלֶּדֶת Obſtetrix. *A midwife.* Part. 3 ſp. f. g. A יָלַד ولد, genuit.

1767. Ver. 18. אוֹנִי Doloris mei. Ex aff. י. et אוֹן levitas, vanitas. dolor. *Vanity, trouble.* Ab אָוַן vel אָיַן اين levis, cavus fuit, laſſus fuit.

1768. Ver. 20. קְבֻרָתָהּ Ex aff. הּ et קְבוּרָה ſepulchrum. *A ſepulcher.* A קָבַר ſepelivit.

1769. Ver. 21. לְמִגְדַּל עֵדֶר Ad turrim gregum, nempe exſtructam in cuſtodias gregum, non procul a Bethlemo Jonathan addit, *locum unde adpariturus eſt Rex Meſſias in fine dierum.* Vid. Mic. iv. 8.

CAPUT XXXVI. VERSUS 15.

1770. אַלּוּפֵי DUces, pl. in ſtat. conſtr. a ſing. אַלּוּף prop. junctus, manſuetus: Hinc familiaris amicus, intimus ſocius. Vid. Jer. xi. 19. et Prov. xvi. 28. 2. Dux, ductor, q. d. ſocius junctiſſimus. *A chieftain.* Ab אָלַף الف 1. Junxit, copulavit. 2. Aſſuetus, intimus cuivis rei fuit.

1771. Ver. 24. הַיֵּמִם M. pl. *muli. Mules.* Ut plerique interpretes reddunt; alii *thermae*, item ſtagna, *maria* (s).

E e 1772.

(s) Haec vox non alibi occurrit, nec in vicinis linguis, ideoque ſignificatio ejus incerta; incertum quoque quid Ana invenerit. Hebraei ex eo, quod יֵמִים inveniſſe Ana ſcribitur, cum aſinos patris ſui paſceret, levi quadam conjectura ducti, fuiſſe פְּרָדִים *mulos* exiſtimabant, procreatos per aſinarum et equorum mixtionem, quam Ana excogitaverit; cum hanc animalium ſpeciem in prima rerum creatione praetermiſſam fuiſſe haud veriſimile ſit; nec Ana niſi aſinos paviſſe ſcribitur, non etiam equos. Nec verbum מָצָא *invenit*, rem quae antea non fuerat, ſed exiſtentem, reperire denotat. Si autem hic *muli* ſignificantur, illos tum exiſtentes et in deſerto oberrantes primum conſpexit aliiſque indicavit *Anah*, quemadmodum in Thalmude habetur. Juxta hanc opinionem R. David Kimchi in libro radicum

1772. בִּרְעֹתוֹ Quum paſceret ille. Ex praef. ב et aff. ו (לִרְעוֹת ad paſcendum, inf. תִּרְעֶינָה 3 pl. f. g. fut.) 1 ſp. A רָעָה رعى pavit. *To feed.*

CAPUT XXXVII. VERSUS 2.

1773. דִּבָּתָם EX aff. ם et דִּבַּת in ſtat. conſtr. pro דִּבָּה دبة calumnia, maledicentia, prop. reptatio mala, ſparſio malae famae, infamatio. *Slander, defamation.* A דָּבַב دبب prop. repſit, reptavit; metaph. graſſatus fuit linguâ in aliquem, ſive calumniâ, ſive obtrectatione, q. d. linguâ reptavit clanculùm et virulentè, ictum venenatum ſparſit (*t*).

1774. VER. 3. כְּתֹנֶת Tunica. *A coat.* A כָּתַן adhaeſit.

1775. פַּסִּים Pl. a פַּס فص pars, ſegmentum, fruſtum, limbus. *A purfle, a welt, lace, a fringe, a border of embroidery.* Saepius apud Chaldaeos occurrit. Vid. Dan. v. 14. eam notionem etiam Hebraeos habuiſſe conſtat, ex Pſ. lxxii. 16. פסת בר *particula* frumenti; itaque ad verbum כְּתֹנֶת פַּסִּים eſt tunica-

ca

radicum ſcribit יֵמִים eſſe פְּרָדִים animal quod Arabes vocant بغل Chaldaeus paraphraſtes vertit *fortes*, q.d. animalia fortia ſive robuſta; vel potius videntur accepiſſe יֵמִים pro אֵימִים gigantes. Doct. Bocharthus reddit *Emæos*. Vid. Boch. hieroz. lib cap. 12. Hieronymus vertit *aquas calidas*, accepit enim יֵמִים pro מַיִם et de ſuo addit *calidas*, ut *thermas* denotaret.

(*t*) Et afferebat eorum calumniam peſſimam ad patrem eorum, i. e. quicquid male dicerent, ſive maledicentiam eorum, tum in patrem, tum in ſeipſum et fratrem Benjaminum. Vid. Num. xiv. 36. *ſpargendo calumniam reptantem* adverſum vel ſuper terram; ſic ver. 17. diſſeminantes דִּבָּה *defamationem maledicam*; adhibetur etiam de vino perreptante venas vigore ſuo igneo, Cant. vii. 9. יַיִן דּוֹבֵב vinum labium dormientium ſurrepens, perrepens ignea virtute, eademque titillans, animans et inflammans.

ca ſegmentorum, i. e. ſegmentis exornata : exſtat etiam 2 Sam. xiii. 18. A פָּסַם فصص diremit, ſeparavit (*u*).

1776. VER. 7. מְאַלְּמִים Diligenter colligantes, manipulos facientes, part. pl. 3 ſp. Ab אָלַם الم ligavit, vinxit. *To bind.* 2. Obmutuit.

1777. אֲלֻמִּים Pl. m. manipuli. *Sheaves.* Ab אָלַם. Vid. num. 1776.

1778. אֲלֻמָּתִי Manipulus meus. Ex aff. י. et אֲלֻמָּה manipulus, faſciculus (אֲלֻמּוֹתָיו manipuli ejus, pl. cum aff. יו). *A ſheaf of corn.* Ab אָלַם. Vid. n. 1776.

1779. וַתִּשְׁתַּחֲוֶיןָ Et ſemet incurvaverunt. 3 pl. f. g. fut. (מִשְׁתַּחֲוִים ſemet incurvantes, part. הִשְׁתַּחֲוֹת inf.) 7 ſp. A שָׁחָה. Vid. n. 1093.

1780. VER. 9. הַיָּרֵחַ Luna. *The moon.* Etiam menſis, pl. יְרָחִים menſes. Ab יָרַח ارخ et ورخ ſtatuit vel determinavit *tempus.*

1781.

(*u*) Non verſimile eſt tunicam hancce ex plurimis fruſtis aut particulis, vario colore tinctis, compoſitam fuiſſe, quia nullo modo probabile eſt, tales veſtes Davidis aetate geſtatas fuiſſe, hoc eſt, eo tempore, quo ars plumandi, varioſque colores intexendi aut acu pingendi, jam diu fuerat notiſſima; non credibile eſt Thamar filiam regis, tunicam ex meris aſſutis panniculis geſtaſſe. Vocatur potius פַּסִּים quod *limbos* vel *ſegmenta* quaedam, inferiori orae, forte et aperturae circa collum, ac extremitati manicarum haberet adſuta. Tunica igitur videtur fuiſſe ſegmentis inſignis; velut *Syrus* reddit, fimbriis et limbis exornata. Jonathan in Targum reddit פרגודא, quae eſt ipſa vox Latinorum *paragauda*, quae erat veſtis pannis et inſtitis verſicoloribus praetexta, vel ſunt ſegmenta, vel faſciae aut vittae veſtibus adſutae, uti obſervavit *Salmaſius*, quae auratae, vel auro intextae erant illae inſtitae vel paragaudae, extremis Cycladum oris adſutae. Tales in uſu fuiſſe apud Romanos etiam ex ſeqq. conſtat.

Eſte procul vittae tenues, inſigne pudoris
Quaeque tegis medios inſtita longa pedes. OVID.

Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte. HORAT.

Vid. Brauni de veſt. ſacerd. lib. i. cap. vii. et cl. Schroed. de veſt. mulier. Hebr. p. 245.

1781. Ver, 10. וַיִּגְעַר Et increpavit. 3 ſing. fut. 1 ſp. A גָּעַר جعر prop. crepuit. 2. Increpavit, caſtigavit aſperioribus verbis. *To chide.*

1782. Ver. 18. וַיִּתְנַכְּלוּ Supplicio eum afficere exemplari ſtatuerunt. 3 pl. fut. 7 ſp. (נִכְּלוּ 3 pl. praet. 3 ſp.) A נָכַל نكل exemplum ſtatuit in aliquem. *To inflict exemplary puniſhment on one.* Vid. Numb. xxv. 18. Vulgo redditur machinatus eſt. *To form a plot.*

1783. Ver. 19. בַּעַל הַחֲלֹמוֹת Qui pollet ſomniis, prop. turgens in ſomnia, qui facultatem ſomniandi habet, eamque ita poſſidet, ut in ea prae reliquis vigeat et polleat. Vid. num. 954. et 1221.

1784. Ver. 20. הַבֹּרוֹת Pl. a בּוֹר fovea. *A pit, a dungeon.* A בּוּר, بور med. Waw, fidit, findendo incidit, ejuſdem originis cum בְּאֵר. Vid. num. 948.

1785. Ver. 23. וַיַּפְשִׁיטוּ Et excutere, exuere, detrahere fecerunt, 3 pl. fut. (הִפְשִׁיט detrahere fecit pellem a carne, aut veſtem a corpore, praet.) 5 ſp. A פָּשַׁט فسط et فسد concerpſit, carpendo et tundendo diripuit, ſpoliando graſſatus eſt. 2. Nudum excuſſit, detraxit, exuit. *To ſtrip, to flea, to put off a garment.*

1786. Ver. 24. רֵק Vacuus, inanis. *Empty, dry, having no water.* A רִיק Vid. n. 1679.

1787. Ver. 25. אֹרְחַת In ſtat. conſtr. pro אֹרְחָה turba viatrix, caetus commeantium. *A caravan, or company of travellers.* Ab אָרַח ارخ et درخ prop. laxavit. 2. Iter fecit.

1788. נְכֹאת Stryax, vel ſtorax, arbor odoratum gummi reddens. *A balſam of a fragrant ſcent, a ſweet incenſe or gum ſo called.* Vid. Boch. hieroz. part. ii. lib. iv. Alii volunt eſſe opobalſamum, et ſic reddendos duos textus, 2 Reg. xx. 13. et Jeſ. xxxix. 2. *The balm of Gilead, the juice of the balm tree.* A נָכַת pertudit. Vid. Celſ. Hierobot. vol. i. p. 548.

1789.

1789. צֳרִי ضري Lentiſcus, maſtiche, reſina lentiſcina. *Maſtich, a reſinous gum flowing from the lentiſc-tree, of great medicinal virtue.* A צָרָה ضري manavit *arbor lacrymis*, vena ſanguine.

1790. לוֹט Vulgo redditur *ſtacte, gutta myrrhae*, ſed potius eſt *ledanum* ſive *ladanum*, Arab. لادن. *A ſweet ſcented balſam or gum called ledum or ladanum, which ouſes out of the leaves of ſmall ſhrubs, and adhering to the beards of the goats which browze upon them, is taken from thence and made into cakes.* A לוּט لاط (med. Waw) adhaeſit, fuitque *res* cordi, excitato amore ſui. Vid. Celſ. Hierobot. vol. i. p. 280.

1791. לְהוֹרִיד Ad deſcendere faciendum, inf. 5 ſp. (הוּרַד) deſcendere factus eſt, praet. 6 ſp.) רְדוּ pro יְרְדוּ per aphaereſin primae radicalis, imp. 1 ſp. A יָרַד ورد deſcendit. *To go down.*

1792. VER. 26. בֶּצַע Lucrum, q. d. *reſectio*, quaeſtus, tum in bono tum malo ſenſu. *Profit, diſhoneſt gain, covetouſneſs.* A בָּצַע بضع ſecuit, reſecuit. 2. Abſolvit *opus*, anſa deſumpta ab arte textoria ubi opus abſolutum reſecatur. Vid. Ezech. x. 12. xxxviii. 12. Zach. iv. 9.

1793. VER. 28. וַיִּמְשְׁכוּ Et extraxerunt. 3 pl. (מְשֹׁךְ inf. מִשְׁכוּ 2 pl. imp.) fut. 1 ſp. A מָשַׁךְ مسك traxit, extraxit, prehendit. *To draw, to draw out.*

1794. VER. 29. וַיִּקְרַע Et ſcidit. 3 ſing. 1 ſp. (יִקְרַע 3 ſing. fut. 2 ſp.) 1 ſp. A קָרַע قرع ſcidit, rupit. *To rend, to tear.* 2. *To reproach*, i. e. *to rend one's reputation with ſlander and reproach.*

1795. VER. 31. שְׂעִיר Hircus, a pilis hirſutis. *A goat.* A שָׂעַר شعر piloſus, hirſutus fuit.

1796. יִטְבְּלוּ 3 pl. fut. (טֹבֵל part. praeſ.) 1 ſp. A טָבַל طمل (Arab. م in ب mutato), immerſit, immergendo intinxit, imbuit ſucco, cruore imbuit et infecit. Vid. Ezech. xxiii. 10. *To plunge or dip in any liquid, to dye.*

1797. Ver. 32. הַכֶּר Agnoſce, imp. (יַכִּיר et יַכֵּר 3 ſing. תַּכִּירוּ 2 pl. fut.) 5 ſp. A נָכַר نكر agnovit, diſcrevit. *To diſtinguiſh, to acknowledge.* Vid. n. 1487.

1798. Ver. 33. טֹרַף Diſcerptus fuit, pro טֹרַף ob dageſch excluſum (טָרוֹף inf. 1 ſp. יִטְרַף 3 ſing. fut. 2 ſp.) praet. 4 ſp. A טָרַף طرف decerpſit. *To pluck or tear a leaf, fruit from a tree.* 2. Dilaceravit. *To tear in pieces as wild beaſts do their prey.*

1979. Ver. 34. שַׂק Saccus, cilicium. *A ſack, ſack-cloth.* Textus autem e pilis hircorum et caprarum tonſilibus erat. A שָׁקַק شقق fidit, laceravit (*x*).

1800. בְּמָתְנָיו In lumbis ſuis. Ex praef. ב et aff. יו, et מָתְנֵי in ſtat. conſtr. pro מָתְנַיִם متن lumbi, prop. *tenſiones* et *firmitates dorſi*, ad totum corpus ſuſtinendum. *The loins.* A מָתַן متن firmus, ſolidus fuit.

1801. וַיִּתְאַבֵּל Et indeſinenter, aſſidue luxit. 3 ſing. fut. 7 ſp. (אָבֵל lugens, part. 1 ſp.) Ab אָבַל ابل prop. flaccidus fuit: Hinc notat luctum, moeroremque, per quem vires tum animi tum corporis flacceſcunt. Vid. Amos i. 1. Joel. i. 10. 2. Luxit. *To mourn, to lament.*

1802. Ver. 35. וַיְמָאֵן Et omnino recuſavit. 3 ſing. fut. (מָאֵן renuens, part.) 3 ſp. A מָאַן مان gravis fuit, gravatus eſt, onus veluti ac ſarcinam refugit: Hinc renuit, faſtidivit, in 3 ſp. grave habuit vel cenſuit aliquod, eodem ſenſu quo *gravari* apud Latinos pro renuere. Vid. Prov. xxi. 5. *To refuſe.*

1803.

(*x*) Uſus illius antiquiſſimus erat in luctu, propter alicujus mortem, aut quamvis calamitatem; et in poenitentia, in ſupplicatione item et ſervitute. Exutis enim aut laceratis veſtibus ſplendidioribus, loco interulae, ſacco, veſte viliſſima, denſa et dura, corpus operiebant, aut lumbos conſtringebant, 2 Reg. vi. 30. Nehem. ix. 1. Job. vi. 15. Lam. ii. 10. Mat xi. 21. Conſiſtit vero luctus in vultu, in veſtitu, in jejunio, in voce ſeu fletu,

1803. שְׁאוֹלָה Status vitâ functorum, inviſibilis manium ſtatus, ſive ſtatus laxitatis, ſive diſſolutionis, orcus. *The ſtate of diſſolution, the ſtate of departed ſouls, figuratively the deep parts of the earth, and its moſt ſecret receſſes.* A שָׁאַל سال cum med. Waw, laxus fuit (y).

1804. סָרִיס Eunuchus, ſpado, prop. *evulſus. An eunuch.* 2 Aulicus, ſive miniſter regius. *A prime-miniſter.* A סָרַס سرس evulſit, contorſit, ad venerem impotens fuit. Chald. סָרַס caſtravit, exſtirpavit (z).

1805.

(y) Vox שְׁאוֹל ex vi ſua primigenia eſt *ſtatus mortis*, ſive *ſtatus laxitatis* et *diſſolutionis*; origo clarius conſpicitur, Iſa. xxxviii. 10, 11, ubi cum חֶדֶל jungitur, *perivo* in portis שְׁאוֹל *orci*, &c. *non videbo Deum in terra viventium*, non vibrabo amplius hominem, cum habitantibus חָדֶל flacciditatem; phraſis enim, *habitatores ceſſationis* defunctos indigitat. Ergo *habitantes flacciditatem* ſunt qui jam verſantur in שְׁאוֹל ſtatu diſſolutionis. LXX interpret. ſemper fere per ᾅδης reddiderunt. Plurimi viri docti contendunt nunquam per ſepulchrum reddi poſſe. Idem ille ſtatus mortis intenditur, Iſ. xxxviii. 17. collato, Pſ. vi. 6. *mori* corpori privum eſt, *animae* vero in ſtatu diſſolutionis eſſe. De inferno ſive ſtatu mortis etiam eſt ſermo, Job. xvii. 13. ſane exſpecto, ut שְׁאוֹל ſit domus mea.

(z) Difficultas oritur quomodo Potiphar סָרִיס ſeu Εὐνοῦχος Pharonis commemoratur, ſimul quoque, שַׂר הַטַּבָּחִים *princeps coquorum*, aut ſatellitum eſſe potuerit, cum ad omnia iſta munia *caſtratorum hominum genus*, ut vile et molle, minus idoneum eſſe videatur: Ad hanc difficultatem tollendam obſervandum eſt סָרִיס Hebraeis non ſemper ſignificare *Eunuchum caſtratum*, cui plane exſecti ſunt teſticuli, ſed et aliquando *principem* et *praefectum*: Verum quidem eſt quod סָרִיס primum *Eunuchum*, ut ex Jeſ. lvi. 3. conſtat: Quum vero ſubſequens *linguae* aetas, talem in regum aulis perquam *adamatum*, variiſque *admotum* videret negotiis; uſu latius extenſo, *aulicum* ſive *miniſtrum regium*, ſignificavit: vox טַבָּח ex origine ſonat *mactatorem*, et transfertur ad *coquum*, cujus officium eſt *mactare*; ſimulque ad *ſatellitem regium*, quem *carnificis* quoque honeſto admodum *munere*, in oriente fungi, compertum habemus. Potipharem *regium miniſtrum* fuiſſe, qui in *ſontes* animadvertebat, *damnatoſ*que capitali aiciebat ſupplicio quum nullus plane *coquis*, eorumve magiſtro, videatur eſſe locus, arguunt tum alia, tum praeſertim quod *carceris praefectura*, vinctorumque aulae, ipſi commiſſa fuerit cura.

1805. VER. 26. הַטַּבָּחִים Pl. a טַבָּח mactator, coquus, item ſatelles regius, q. d. mactator hominum, quod in ſontes animadvertant. Apud Arabes طبيخ angelus qui damnatos torquet; quaſi *toſtor* vel *torrens*. *A cook, the guards of princes, the executioners of ſtate criminals.* A טָבַח jugulavit, mactavit, item coxit.

CAPUT XXXVIII. VERSUS 7.

1806. וַיְמִתֵהוּ ET interfecit eum. Ex aff. הו et יָמֵת etiam יָמֵת pro יְמוֹית 3 ſing. fut. 5 ſp. A מוּת mortuus eſt.

1807. VER. 8. וְיַבֵּם Et affinitatem contrahe, et in matrimonium ducas, imp. (וַיְבַמָּה et in matrimonium ducet illam, 3 ſing. fut.) 3 ſp. A יָבַם nexuit, nodo adſtrinxit. 2. Fratris abſque liberis defuncti uxorem duxit. Ex affinitatis jure uxorem duxit. *To marry, as the neareſt relation, or in right of affinity.*

1808. VER. 11. אַלְמָנָה Vidua. *A widow.* Pl. אַלְמָנוֹת ita dicta quod cogatur veluti mutam agere perſonam in publico. Ab אָלַם colligavit, mutus fuit. Vid. num. 1776.

1809. VER. 13. חָמִיךְ Socer tuus. Ex aff. ךְ et חָם حم ſocer. *A father-in-law.* A חָמָה حمي ferbuit. 2. Ferventer tuitus eſt, ignito et candente affectu defenſavit.

1810. VER. 14. אַלְמְנוּת Viduitas, ſtatus viduitatis. *Widowhood.* Ab אָלַם. Vid. num. 1808.

1811. וַתִּתְעַלָּף Et ſemet involvit nempe peplo. A עָלַף غلف prop. recondidit involucro, loculo, &c. Hinc 2. involvit, operuit. *To wrap or muffle up.* Metaph. obtectus fuit moerore, animo velut involutus.

1812.

1812. VER. 17. עֵרָבוֹן عربان Arrhabo. *A pledge.* A עָרַב prop. leniter ſubiit: Hinc fidejuſſit, q. d. ſubiit in locum alterius. *To be ſurety for one.*

1813. VER. 18. חוֹתָם / חֹתֶמֶת } Annulus obſignatorius, ſigillum. *A ſignet, a ſeal.* A חָתַם ختم obſignavit, ſigillum impreſſit.

1814. פְּתִיל Sudarium, vel potius linteum tenue quod pro abſtergenda facie geſtabant. *An handkerchief.* Item 2. filum retortum, faſcia. A פָּתַל فتل torſit.

1815. וּמַטֶּךָ Et baculus. Ex praef. וּ et aff. ךָ et מַטֶּה baculus. *A ſtaff or rod.* A נָטָה inclinavit.

1816. VER. 21. הַקְּדֵשָׁה Iſta meretrix, prop. conſecrata, vel ſemet conſecrans veneri, f. g. *A female proſtitute.* A m. קָדֵשׁ conſecratus veneri. A קָדַשׁ قدس conſecravit (*a*).

(l) Rubenem primogenitum ſuum vi natīvitatis declarat, et uſitato primogeniti epitheto eum ornat. Mox primogeniti prerogativam memorat, et Rubeni exprobrat ſuperbiam et laſciviam inde conceptam, his verbis, *Abundantia excellentiae, et nervo valido tumidus inſtar aquarum:* Quae verſuum prava diſtinctione avulſa ſecum ſunt conſtruenda, ut facile cernitur, cum voces *abundantia excellentiae, et nervo valido* neceſſario requirunt, quocum connectantur. Quod in verbo פַּחַז فخز recte intellecto ſponte ſua ſeſe offert: proprie enim eſt, *tumuit*, hinc *ſuperbivit, inani gloria inflatus* fuit. Vid. Jud. ix. 4. Zeph. iii. 4. Eſt comparatio ab aquis, alveo non continendis, quae ad ſuperbiam et laſciviam ſaepiſſime transfertur, ſenſus eſt Rubenis libidinoſum animum, inſtar fluminis ſuperbi, id eſt, alveo erumpentis evagaſſe ad perpetrationem flagitioſi delecti: Ad hunc ſenſum etiam Onkelos etiam locum deolaravit. LXX reddidere etiam per ἐξύβρισας, quae etiam de ſuperbia, laſcivia et fluviis extra alveos erumpentibus ſumitur. Huic interpretationi addit robur verbum עָלָה *aſcendit*, quod mox ſequitur, ubi *lectum Petris aſcendiſſe* dicitur, quippe quod proprie ſignat, *exſuperavit*, excrevit, et in flumine ſupra ripas intumeſcente teritur, omnemque *exceſſum*, imprimis cum juvenili petulantia conjunctum, comprehendit, ſuperbum hunc ſpiritum et petulantem audaciam in lectum patris involandi, repetit Jacobus a vana ejus opinione de praerogativa primogeniti, qua gaudebat: Ubi eum *abundantia excellentiae* et nervo valido inflatum fuiſſe, tradit; quibuſque phraſibus privilegium illud apte admodum exprimitur. Prior enim ad dignitatem et principatum; poſterior vero ad opum et fortunarum copiam et firmitatem familiae, in quibus duabus partibus, illud privilegium ſitum fuit, pertinet. Principatum, primogeniturae proprium, *excellentiae* שְׂאֵת nomine comprehendi; ex Gen. iv. 7. patet. uti doctiſſ. Venema oſtendit; altera phraſis

2013. מִשְׁכְּבֵי Cubilia, pl. in ſtat. conſtr. pro מִשְׁכָּבִים pl. A מִשְׁכָּב cubile, lectus. *A bed.* Etiam concubitus. A שָׁכַב cubuit. Vid. num. 1165.

2014.

phraſis יֶתֶר *fortunarum copiam* et familiae florentem et firmum ſtatuum denotat. Vox enim יֶתֶר firmitatem *nervi* vel funis notat, unde ad denſiorem funem, quo tentorium firmatur, adplicatur: funis vero tentorii, ſtylo Orientis, ad *fortunas* et *ſtatum*, et firmus ac validus funis, ad fundatas et copioſas fortunas opumque abundantiam, transfertur. Vid. Job iv. 21, 22.—xx. Prov. ii. 21 Pſ. xxxi. 24. Vid. Cl. Schultens. Diſſert. de *ambiguis*. Vox praeterea עָז non robur; ſed potius robuſtum et validum notat, adeoque cum *funi tentorii* recte conſtruitur. Nervus itaque validus recte vertitur, et ad domus florentem firmumque ſtatum, apte transfertur. Primogeniturae itaque privilegium, quod cum principatum, tum fortunarum copiam, et duplicem haereditatis portionem comprehendebat, Rubeni jure nativitatis vere competere agnoſcit quidem Jacob; ſed hac ipſâ praerogativâ ipſum fuiſſe abuſum, et ad improbum facinus per eam fuiſſe incitatum, ſimul inſinuat. Pronuntiat mox ſententiam Jacobus in ſuperbum et laſcivum huncce filium, ubi dicit, אַל תּוֹתַר *ne excellas, ne abundes* nimirum *abundantia et nervo valido*. Emphaſin vero habet, quod non ſimpliciter dixerat לֹא *non*; ſed אַל *ne excellas*, i. e. nihil habebis quo aliis praeſtantior ſis futurus; abſit, etiam ut habeas! denique rationem hujus ſententiae clarius tradit his verbis, quia *aſcendiſti cubilia mea, hinc polluiſti ſtratum meum, adſcendit*, ſive *evanuit, diſceſſit*. Ante עָלָה adſcendit, vel אָז *tunc* repetendum, vel ו mente intelligendum eſt, ut ſit: tunc *polluiſti ſtratum, tunc* vel *et evanuit, diſceſſit* יֶתֶר *excellentia*; in quo nihil eſt difficilis aut inſoliti, ut obſervavit Cl. Venema: ad elegantiam ſermonis facit diverſus verbi עָלָה *adſcendit*, in eodem orationis tenore, uſus, quo aſcendere proprie ſumitur et figurate. Quando *ipſe adſcendit* cubilia patris, *excellentia* ejus, qua primogeniti, ſimul *adſcendit*, abiit, et ab ipſo diſceſſit. Videtur petulantem hunc juvenem cogitaſſe, ſibi in jura patris Succeſſuro, viduam ejus pellicem haud nefas fore ducere; huic hypotheſi Abſolomi facinus favere videtur, quo pellicibus patris ſui Davidis, in ſignum rapti regni, abuſus eſt. Vid. 2 Sam. xvi.—xxi. 2. Verti igitur poſſunt, ver. 3 et 4. "Reuben primogenitus meus es, robur meum et virium mearum "primitiae; praecellentiâ dignitatis et praecellentia roboris tumidus "inſtar aquarum; non eris praecellens. Quando conſcendiſti cu"bilia patris tui, tunc ſimul ſtratum meum polluiſti, ſimul evanuit, "ſcil. excellentia. Anglice ſic, "*Reuben, thou art my firſt born,*

"*my*

2014. חִלַּלְתָּ Polluiſti (תְּחַלֵּל 2 ſing. fut. מְחַלֵּל part.) 2 m. ſing. praet. 3 ſp. A חָלַל حل ſolvit: Hinc communis fuit, profanavit, polluit, q. d. diſſolvit ab omni nexu divini juris. *To looſe, to diſſolve.* 2. *To prophane, to pollute, to defile.* Vid. num. 1144.

2015. יְצוּעִי Stratum meum, ex. aff. י et יָצוּעַ ſtratum. *A bed, a couch, ſomething ſpread out to lye upon.* A יָצַע ſtravit, ſubſtravit.

2016. VER. 5. מְכֵרֹתֵיהֶם fraudes eorum pl. cum aff. הֶם. A מְכֵרָה مكرة machinatio, dolus, fraus. *Guile, fraud.* A מָכַר مكر verſutia aliquem fefellit. Vid. num. 1440. (*m*)

2017.

" *my might, and the firſt fruits of my ſtrength, proud as waters on ac-* " *count of the excellency of dignity, and the excellency of power; thou ſhalt* " *not excel, becauſe thou wenteſt up into thy father's bed, then thou defiledſt* " *my couch;* then *departed* thy excellency." Vid. Schultenſ. animadverſ. in Job, Haririi confeſſ. p. 15. Venem. diſſertat. ſelect. p. 215. et ſeqq. Ex dictis vix videtur locus eſſe pro emendatione textus propoſiti a cl. Houbigant ab Samaritanis, qui legunt פַּחַזְתָּ in ſecunda perſona, et reddit, *dilapſus es*, ut *aqua*. quod ſaltim obſcurum ſenſum faciat. Pro עָלָה legere jubet עָלֶיךָ contra te, ſine auctoritate cujuſvis manuſcripti, aut verſionis, tantum quia Arabs Erpen. legit עָלַי *contra me*. Vid. Houbigant in locum.

(*m*) Cum jure primogeniturae Reubenem privaſſet Jacob, antequam de ſorte, quam in haereditate paterna haberet, ſtatuat, ſequentium filiorum, *Simeonis et Levi*, qui ordine nativitatis jus viderentur habere in eam praerogativam, Reubeni ademptam, haud meliorem fore ſortem, ſimilem ob rationem, declarat, Simeon et Levi mox poſt Reubenem memorantur, quia ordine nativitatis proximum poſt eum jus in primogeniturae privilegium habebant; conjunguntur quia ejuſdem facinoris, quod juri primogeniturae repugnabat, erant participes; eoſque propter violentum et fraudulentum facinus indignos pronuntiat, ipſoſque in gloria ſua partem habituros eſſe denegat. *Simeon* et *Levi*, dicit, fratres; non naturâ tantum, ſed quatenus ſocii ejuſdem *conſilii et criminis*; *inſtrumenta violentiae contractus ipſorum* ſunt; verbum מְכַר plane notat dolum, fraudem apud Arabes, et ad *contractus* in genere et in ſpecie ad *deſponſationes* apud Syros tranſiit; huic loco fraudalentis contractibus, quibus *venditio* et *deſponſatio* nihil eſſe aptius cuivis, hiſtoriam Dinae et Sichemi, Gen. xxxiv. conferenti,

2017. Ver. 6. שור In textu legitur, ſed verior videtur eſſe lectio שׂוֹר princeps. *A prince.* A שׂור سور *recta ſerie diſpoſuit*, hinc principatum tenuit: Vel legi poſſit שַׂר princeps, prop. *generoſitate eminens.* A שָׂרָה سري *eminuit dignitate*, princeps fuit (*n*).

2018.

renti, manifeſtum erit. Duplice eorum crimine et fraudis et violentiae in lucem protracto, ſententiam in eos, reſpectu primogeniturae, his verbis pronuntiat; *ſecretum eorum ne intret anima mea, in coetum eorum coaleſcat gloria mea*, i. e. ne ullo modo aut ſigno appareat, me in facto eorum acquieſcere; animus enim maxime abhorret ab eorum ſecreto conventu et occulto conſilio. Hiſce verbis declarat ſe inſcio et invito talia ab ipſis facta, ſeſeque vehementer improbaſſe, ſubjungit itaque privilegii primogeniturae denegationem, quam aptiſſime his verbis comprehenſam, *in coetum eorum ne coaleſcat gloria mea*, gloria Jacobi, eam ejus denotat *praeſtantiam et excellentiam*, qua fratri ſuo praelatus, et patriarchalis benedictionis haeres factus eſt; ipſiſſimam itaque primogeniturae praerogativam, Eſavo ereptam, et ipſi conceſſam, quae principatum et ſingularem ad Meſſiam, ex ipſo oriturum, relationem involvit.

Hoc videtur propria eſſe *gloria* Jacobi, et haud obſcure eadem reſpicit, ubi de Juda dicit, Juda, אתּה nempe בְּכֹר (vox a verſ. 3. repetenda), *Tu primogenitus*, tibique primogeniturae jus devolvit, quoniam tres tui fratres grandiores natu ſeſe indignos hac gloria, ſuis flagitiis reddiderunt. *Tu vere es, et tu eris Juda*, nomen et omen habes; eo reſpicitur in voce יודוך per elegantem paranomaſiam quae per totum hoc fere caput regnat: Nec inſolens eſt hic gloriae ſignificatus, in primis quum principatum et regnum ſignat, cujus reſpectu, imago Dei et gloriae notiones permiſcentur. Vid. Pſ. viii. 6. 1 Cor. xi. 7. David quoque hanc praerogativam *gloriam ſuam* appellat, Pſ. vi. 2. xxi. 5. Nec alio videtur pertinere titulus *excellentiae Jacobi*, Pſ. xlvii. 4. Iſa. lviii. 14. Cl. Houbigant vertit כְּבֵדִי *cor* vel *jecur meum*; et praeterea addit, parum liquidum eſt, *quid ſit, uniatur gloria mea.* Sed ex praedictis ſenſum eſſe congruum et liquidum plane apparet. Vid. Houbig. in locum.

Doct. Grabius ad teſtamentum 12. Patriarcharum huic ſententiae favet; hiſce verbis, "Dicerem auctorem reſpexiſſe haec "Jacobi verba, caetui eorum ne jungatur *gloria mea*, i. e. in tribu "eorum ne exiſtat regnum Iſraeliticum, &c."

(*n*) Valde obvium eſſe videtur, ut שׂוֹר vel שַׂר pari verbo אִישׁ reſpondeat, et ut שׂוֹר (quod derivari poſſit a שׂוּר سار vel سور *recta ſerie diſpoſuit, hinc princeps fuit*), vel שַׂר ſignificet *principem*,

et

2018. בְּסֹדָם In arcanum eorum; ex praef. ב et aff. ם et סוֹד, arcanum, ſecretum intimum, q. d. bene fultum, clauſum ut nihil hiet; (apud Arabes *nigrum et nigredo cordis* uſurpatur pro intimo Arcano.) *A ſecret, counſel or conſultation.* A סוֹד ساد prop. fulcivit, omnem hiatum obſtruxit.

2019. תֵּחַד Uniatur, conjungatur, 3 ſing. fut. 1 ſp. pro תִּיחַד. יָחַד وحد adunatus fuit, prop. conſolidavit, in unum conflavit. 2. Conjunctus fuit. *To be connected or joined together.*

2020. וּבִרְצֹנָם Et in voluntate eorum; ex aff. ם et praef. ו et ב, et רָצוֹן benevolentia, voluntas. *Good will, benevolence, favour.* A רָצָה complacuit. Vid. num. 1722.

2021. עִקְּרוּ Radicitus perdiderunt, ſubnervarunt, 3 pl. praet. 1 ſp. A עָקַר عقر, vulneravit, eradicavit, ſubnervavit. *To root up, to eradicate, to extirpate, to hough horſes or cattle by cutting the principal tendons of their legs.*

2022. VER. 7. עֶבְרָתָם Ex aff. ם et עֶבְרָה prop. efferveſcentia cum indignatione erumpens, ira gravior. *Wrath, fury.* (Apud Job. xl. 6. עֶבְרוֹת אַפֶּךָ efferveſcentia naſi, ubi conjungitur cum אַף Vid. Hoſ. v. 10. Iſa. xiii. 9.—xiv. 6.) A עָבַר efferbuit, torrentis inſtar extra ripas erravit (*o*).

et ut עִקְּרוּ ſimiliter etiam reſpondeat verbo הָרְגוּ; nam עָקַר non modo ſignificat *ſubnervavit*, ſed etiam *vulneravit*, *obtruncavit* apud Arabes. Indicat enim Jacob in אִישׁ Sichem, *filium*; in שׁוֹר vel שַׂר Hemor *patrem*, civitatiſque Sichem principem. Utrumque obtruncarunt Simeon et Levi, erat res maxime digna maledictione Jacobi prae *ſubnervatione boum*. Porro parallela ſunt nomina אַפָּם et רְצוֹנָם: Et enim רָצוֹן hoc loco notat *voluntatem*, vel potius propoſitum, *conſilium* praeceps, audax, et effraenatum. Vid. Houbigant in locum.

(*o*) Doctiſſimus Houbigant Samaritanam lectionem חברתם *ſocietas eorum*, praeferendam eſſe τῳ עֶבְרָתָם. Sed revera haec videur

2023. אֲחַלְּקֵם Dividam, diſtribuam, 1 ſing. fut. 3 ſp. cum aff. ◌ֵם A חָלַק خلق diviſit, partitus eſt, diſtribuit. *To divide*. Vid. num. 959. (*p*)

2024. וַאֲפִיצֵם Et diſpergam eos, 1 ſing. fut. 5 ſp. הֵפִיץ ſpargere fecit. A פוּץ diſſipavit, diſperſit. *To ſpread, to ſcatter abroad.* Vid. num. 781.

2025.

tur eſſe lectio vera et potior, quia magis textus ſcopo convenit, et elegans et emphatica repetitio prioris membri videtur, ubi dixerat *maledicta* אַפָּם *ira eorum* quia crudelis. Vid. ſimilem repetitionem in commate ſexto.

(*p*) Quidam interpretes haecce verba *dividam eos in Jacob*, &c. maledictionem continere exiſtimant; Levitae enim non habuerunt poſſeſſionem ſeparatam ab aliis fratribus, ſed datae fuerunt illis urbes procul inter ſe diſſitae. In Simeone duravit quoddam, licet obſcurum, maledictionis veſtigium; quia filiis ejus non contigit ſorte propria regio, ſed ii tribui Judae fuerunt permiſti, ſicuti habetur, Joſh. xix. 1. 9. Verbum vero אֲחַלְּקֵם non vertendum eſt, *dividam eos*, ſed potius dividam iis, i. e. partiar ipſis haereditatem in Jacob; affixum enim pronomen loco ſeparati ſatis tritum. Vid. Jud. i. 15. Iſa. xxvii. 4. Micah. v. 4. Sic poſterius membrum וַאֲפִיצֵם reddendum eſt, *et exundare eos faciam in Iſraele*, ut ſcilicet et magno numero ſint in medio populi, et quaquaverſum per Iſraelem ſeſe diffundant. Sic verbum פוּץ uſurpari patet, ex Gen. x. 18. Prov. v. 16. *foras fontes tui exundabunt*, Zech. i. 17.

Praeterea obſervandum eſt, haecce verba non ad Simeonem tantum et Levi ſed etiam ad Reubenem pertinere. Conſtat enim Reubenis ſortem in Cananaea caeteroquin hic fuiſſe praetermiſſam, cum tamen ſingulis filiis propriam adſignet. Huic interpretationi favet benedictio Moſis, Deut. xxxiii. 6. *Vivat Reuben, et ne moriatur, nec ſit virorum ejus numerus.* Haecce Moſi videtur ipſa benedictio Jacobi ob oculos verſata, cumque Reuben, et in primis Simeon, notabile ſubiiſſet in deſerto decrementum, ut ex Num. i. et xxvi. collatis patet: Simeonem enim ſub Reubene comprehendit, ſicut hic Reuben Simeoni adjungitur. Simeonem enim in loca Deut. addendum eſſe Reubeni videtur, ſicut nonnulli Codices Graeci habent. Unde intelligitur, quare de Simeone et Levi ante agat, quam Reubenis conditionem expromat; necnon quare eos filios ſimul comprehendat. Haecce igitur verba non maledictionem ſed benedictionem pandere videntur: ac ſi dixiſſet Jacob, Reuben, Simeon et Levi, ille libidine et ſuperbia, hi fraude et violentia, ſuae primogeniturae bona dilapidârunt; attamen me

iis

2025. VER. 8. יוֹדוּךָ Celebrabunt te, 3 pl. fut. 5 ſp. cum aff. ךָ. A יָדָה ودي, tendit, extendit, in 5 ſp. confeſſus eſt, celebravit. Vid. num. 1568 (*p*).

2026. עֹרֶף عرف Cervix. *The neck.* A עָרַף عرف jugulavit. 2. Penetravit, cognovit.

2027. VER. 9. גּוּר Catulus leonis. *A lion's whelp.* Sic dictus quod divertitur ad praeſidium matris. A גּוּר جار deflexit, divertitur ad aliquem, clientelae, praeſidii, manſioniſve ergo. Vid. num. 1220 (*q*).

1020.

iis ſortem adſignare, eoſque, ut reliquos meos filios, in magnam poſteritatem eſſe excreturos, publice declaro. Quod in Levitis praecipue fuit perſpicuum, qui per totum populum ſeſe dilatârunt. Simeonitae etiam ſeſe ad meridionales Cananaeae partes ſeſe extenderunt, et ſedes ſuas eo tranſtulerunt. Vid. 1 Chron. iv. 38. ubi diſerte dicitur פָּרְצוּ לָרֹב *excreverunt in multitudinem*, modo fluvii alveos perrumpentis, et magna copia aquarum ſe longe lateque diffundentis, obicibus ſuis perfractis, de ſemine Jacobi multiplicando ac dilatando uſurpatur, Gen. xxviii. 14. Reubenitas vero, et multitudine et opum copia, in medio Iſraelis fuiſſe inſignes, vel ex recenſione in deſerto facta, Num. i. patet, ex qua idem de Simeonitis conſtat. Vid. Venem. diſſert. p. 234, 239.

(*p*) Primogeniturae principaliorem partem, in principatu et regno ſitam, his verbis Judae tranſcribit; *Juda*, tu nempe בְּכֹר *primogenitus*. Vid. not. *m*, p. 256.

Dixerat Jacobus, Reuben, primogenitus tu, ſed non eris, nec jure primogeniturae fruentur Simeon et Levi ordine ſequentes; ſed Juda, tu ſcil. *es*, eriſque non nomine, ſed re primogenitus: ex quo etiam ratio eſt reddenda perſonae mutatae vel alloquii ad Judam. Reubenem primogenitum natura in ſecunda perſona, duos ſequentes filios in tertia allocutus eſt; nunc vero primam reſumit, Judam conſtituens primogenitum, dicens, *Confitebuntur te fratres*, i. e. titulo primogeniti dignum agnoſcent, et jure principatus praeditum celebrabunt. Illud primogeniturae privilegium in Judam collatum clarius exprimitur, hiſce verbis, "*Manus tua in cervicem hoſtium tuorum,* "*procumbent tibi filii patris.*" Sint Iſaaci verba ad Jacobum, ubi primogeniturae jus ipſi attribuit, commentarium in haecce verba, Gen. xxvii. 9. "*Serviant tibi populi, et pronae te venerentur gentes; heros ſis fratribus tuis*, et incurvent ſe tibi filii matris tuae, &c."

(*q*) In hoc et verſ. 10, duplicem *principatus* periodum, alteram bellicoſam, alteramque pacificam, habemus. In hoc verſu 9. appellat Judam, *fili mi*; illum domus ſuae fundamentum futurum eſſe innuens, in quo poſteritas ſua recumbat, et imago Iſraelis refulgeſcat.

Illum

2028. אַרְיֵה Ex He parag. et אֲרִי Leo. *A lion.* Ab ארה ارى aeſtuavit pecus irâ, qui eſt character leoninus: Etiam decerpſit; Cl. Bochartus vero maluit eſſe A רָאָה vidit, quia acerrimo eſt viſu animal.

2029. כָּרַע كرع Curvavit ſe ad cadendum, cubandum, *To bow the knee, to fold the legs, as a lion when he coucheth*

Illum cum *catulo leonis, leone et leaena,* partim reſpectu *regni,* quod, ſicut leo inter animantia, inter poſteros Jacobi haberet, partim reſpectu magnanimitatis, virtutis bellicae roboriſque invicti, comparat. Emblema a leone in locis montibus ſubjectis, praedas agente et dein luſtrum in montanis repetente, ibique ſecure degente, deſumptum eſt. Vid. Bochart. Sub imagine leonis praedantis, et a praedatione luſtrum repetentis, ſubjugatio et ſpoliatio hoſtium pingitur; ſub emblemate leonis in luſtro tuto recubantis, ut nemo eum invadere auſit, ſecura et firma regni conditio, cum omnium rerum abundantia, ob oculos ponitur. Utrumque ad bellicum et militare ducit regnum, quod ſicut hoſtes proſternit, opibuſque privat; ita ſtatum ſuum vi et terrore, quo hoſtes ab invaſione abſterreantur, defendit.

Praeclara virtutis bellicae principatus in tribu Juda in deſerto, Num. x. 14, mortuoque Joſhuâ, Jud. i. et Jud. iii. 9. indicia fuere; ſed haec principatus hujus tantum praeludia.

Initium hujus periodi bellicae ab eo tempore ducitur, quo David, totius populi Iſraelitici rex factus, Hieroſolymam occupavit, et in monte Zionis regni ſedem collocavit. In ſublimi et munito hoc loco reſedit fortiſſimus heros, inſtar leonis in luſtro; ex eo impetus in hoſtes fecit, et huc ſe ſe, victoriis, et ſpoliis ditatus, tanquam in caſtrum, recepit. Tum vero Juda, vera ſua emphaſi, *leo factus,* et muniſſimum in ſublimi loco accepit luſtrum, arcem Zionis, in quo requieſcere et opibus partis ipſi frui licuit. Inſignis eſt Bileami de Iſraele prophetia, Num. xxiii. 23. *Ecce populus* ſicut *leaena ſurget, et inſtar leonis ſe efferet; nec recumbet, donec devoraverit praedam, et occiſorum ſanguinem biberit.* Et Num. xxiv. 8, 9. ubi inter alia dicit, *Crura flexit, recubuit inſtar leonis et inſtar leaenae, Quis eum excitabit?* Momentum addit haud leve inſignis locus Iſa. xxix. 1. *Hei* Ariel, *Ariel,* civitati, in *qua reſedit David!* ubi Zion titulo אֲרִיאֵל *leonis Dei* inſignitur, quia fortiſſimi herois Davidis erat caſtrum ad inſtar luſtri leonis. Metropolis etiam potentiſſimi regni comparatur luſtro leonum, Nah. ii. 12. Sub imagine *leunculi, leonis annoſi,* et *leaenae,* Juda, ad declarandum, periodum imperii ſui non tantum fore durabilem, ſed per longum tempus duraturam, exhibetur; praedicitur enim de Juda, ipſum a praeda aſcenſurum et cruribus flexis ſecure recubiturum, abſque ut ab ullo ſuſcitari poſſit,

coucheth or lies down ſquat on his belly. Vid. num. 24. et 29.

2030. וּכְלָבִיא Et inſtar leaenae, ex praef. ו et כ, et לָבִיא لبوة leaena immanis adulta. *A lioneſs in the vigour of life.* לָבָא لبا et لبي mulſit coloſtrum, ſive lac novum habuit in uberibus, nec non catulos colloſtravit.

2031. יְקִימֶנּוּ Excitabit illum, 3 ſing. fut. 5 ſp. קום ſurrexit. Vid. num. 447.

2032. Ver. 10. יָסוּר Recedet, 3 ſing. fut. 1 ſp. A סור سار receſſit. Vid. num. 709.

2033. שֵׁבֶט سبط *Sceptrum*, proprie *baculus* vel ſcipio in rectum protenſus, ac in acutum deſinens, quo et verberatur et pungitur. *A rod; a rod, as a token of governing power and authority; a ſceptre.* 2. Tribus. *A tribe; a branch of a family ſprung from the ſame ſtock.* Pl. שְׁבָטִים et in ſtat. conſtr. שִׁבְטֵי A שבט سبط aequabilis, longa, porrecta fuit res; hinc firmus robuſtus fuit: Unde שֵׁבֶט habet עֹז additum Jer. xlvii. 17. Pſ. cx. 2. et pro baculo et ſcipione firmo uſurpatur, Eſeck. xix. 11, 12. et lancea vel haſta, 1 Sam. xix. 9. (r).

2034.

(r) Cum vero tribuum *Primores* ejuſmodi ſcipionibus, et populi rectores ſupremi haſtis vel virgis robuſtioribus, inſigniti fuerant; hinc cum ad tribus, tum ad regiam et etiam ſupremam majeſtatem depingendam, tranſiit. Sceptrum enim eſt baculus quo verberatur, et *haſta* qua pungitur, ſignum potentiae dominantis, quae hoſtes proſternit, rebelles punit, et regnum vi defendit. Quale ſceptrum *dominantium* etiam validum appellatur, Iſa. xiv. 15. Eodem ſenſu *ſceptrum iniquitatis* recubare dicitur ſuper ſorte juſtorum, Pſ. cxxv. 3. cum impietas valde dominatur. Vid. etiam Iſa. x. 5. Nec a re alienum, quod Meſſiae ſceptrum ferreum, quo hoſtes ſit contriturus, attribuatur, Pſ. ii. 9. oppoſite ad ſceptrum aequitatis, regni ipſius proprium, Pſ. xlv. 8. Sed praecipue obſervandum, Davidem cum ſceptro quo Moab profligaretur comparari, in viſionibus Bileami, Num. xxiv. 17.

Interpretes primum verſus membrum vel de Tribu Regia, vel de majeſtate populi ſuprema, intelligunt: poſterius ad Meſſiam adplicant;

2034. מְחוֹקֵק Prop. *inſculptor*, *delineator:* Hinc *circumſcriptor*, *difinitor* qui limites cujuſque ponit, penſa, poſſeſſiones determinat: *imperator*, qui conſcribit exercitum, juris legumque lator, judex qui ſuum cuique tribuit, et cujuſque jus defendit. *A governour, a ruler; a lawgiver, who preſcribeth right, and regulateth the actions of another.* A חָקַק حقّ prop. inſculpſit, ſculpendo excavavit. Vid. Num. xxi. 18. Hinc figuras, literas, imagines, incidit, delineavit, inſcripſit. *To engrave.* 2. Penſum, ſive cibi ſive laboris portionem, alicui aſſignavit; terminis fixis poſſeſſiones circumſcripſit. 3. Notat in genere id omne quod verum juſtumque ſit, vel quod alicui certò debetur, quod cujuſque jus ſit et *officium;* praeſcripſit; edicta publica tulit, quae in aes inſculpi et publice figi ſolebant.

cant; ſenſumque eſſe volunt, Populum in eo ſtatu uſque ad Meſſiae adventum perſeveraturum. Sed veriſimilius eſt, quod in priore membro, licet tribus et majeſtatis duratio includatur, de militari imprimis populi conditione; et in poſteriore, licet Meſſiae regnum includatur, de pacifica regni Judae forma, oppoſite ad *bellicam*, directe agatur. Adeoque duplex haec regiminis forma hic ita connectitur, ut prior ad poſteriorem uſque ſeſe porrectura, et haec illam immediate exceptura ſit. Nexus cum praecedenti verſu huic interpretationi favet: Bellicam Judae conditionem aptiſſimâ leonis praedantis et recubantis imagine depinxerat, mox durationem ad certum uſque terminum ſubjungit; modo ſymbolice locutus fuerat, nunc proprie magis rem exprimit. Manifeſta praeterea ad prius *leonis* emblema alluſio, מִבֵּין רַגְלָיו *ab inter pedes ejus*, hanc interpretationem confirmare videtur, et quae ſimplicitate ſuâ forte approbabit: Imago enim leonis recubantis Jacobo loquenti obverſata videtur; et ſceptrum majeſtatis imperatoriae *leonis inter* pedes indicari voluit. Judam itaque *leoni flexis cruribus recumbenti* et dominanti, ſuaeque poteſtatis inſigne inter anteriores pedes retinenti, comparat. Cum enim legiſlator vel inſigne imperatorium ad leonem referatur, et inter pedes ejus collocetur, leoninum ſive bellicoſum regni ſtatum indicare oſtendit.

bant. Vid. Job. xiii. 27. Statuit, decrevit, léges condidit. *To appoint, to decree, to make laws* (*s*).

2035. שִׁילֹה Prop. eliquator, i. e. tranquillator, pacificator, pacis et felicitatis auctor (eſt nomen formae קִיטֹר: Jod inſerta inter 1mam et 2dam radicalem) qui turbata omnia et confuſa ad liquidiſſimam defaecatiſſimam tranquillitatem, pacemque cum opimitate et opulentiam conjunctam revocaret. *The Author of peace, tranquillity and happineſs*, Ab שָׁלָה سلى prop. liquavit. *To fine from dregs and droſs*: Hinc 2. Ad liquidam tranquillitatem pacemque tranſfertur; tranquillus, ſecurus, pacificus

(*t*) Itaque מְחוֹקֵק ſupremum rectorem et imperatorem, poſt Deum ſummum populi regem, et ſub ipſo tanquam ejus *vicarium*, (qui eſt genuinus Iſraelitici regni conſpectus) qui pacis bellique jura tenet, populum judicat, defendit, qui edicta publica edit, jura regni et circumtuetur, ſive *regis titulo et dignitate fulgeat*, ſive alio quovis nomine veniat: Vox enim per ſe regiam majeſtatem non exprimit, licet poteſtatem eandem complectatur, quo ſenſu *imperator* et *rex* diſtinguuntur, Iſa. xxxiii. 22. Ubi *Jehovah, judex, legiſlator* et rex populi, appellatur. Hanc vero ſignificatus amplitudinem habet, Pſ. lx. 9. ubi Juda eo titulo ornatur. Sceptrum vero hic latius, et pro quacunque regiminis forma, modo ſumma ſit, ἀνυπεύθυνος, i. e. legibus non obnoxia, ſumitur. Una eademque res per ſceptrum et legiſlatorem exprimitur: Sceptrum enim explicationis ergo et cum inſigni emphaſi, et legiſlator rei depictae cauſa memoratur. *Judae* tanquam *leoni* ſceptrum in manibus, ſeu *inter pedes* datur; et *imperator* vel *legiſlator* additur, ut, cujus poteſtatis inſigne ſit ſceptrum, exponeretur. Hoc clarius patebit, cum orationis membra, hac ratione connectenda poſſe obſervaverim, ac ſi legeretur *ſceptrum* וּמְחוֹקֵק (i. e. vel nimirum *Imperator*: Waw enim exegeticon eſt. Vid. Nold. concordan. de part. p. 290. et 293) et *Imperator*, i. e. ſceptrum inſigne imperatoris, *non recedet a Juda*, &c. Verba ad leonem praedantem reſpiciunt, in luſtro recubantem, et a nemine excitandum, qui inter pedes ſuos ſceptrum, tanquam inſigne majeſtatis, uſque ad regni pacifici epocham, teneret; uſque quando Juda ſceptrum traderet, et militari formâ abolita et cum pacifica commutatâ, leonis formam deponeret.

ficus fuit. *To make perfectly ſecure and happy, to be in profound peace and quietneſs* (*t*).

2036. יִקְּהַת Promptitudo obſequii, obedientia ſpontanea. *Chearful and ready obedience.* Ab יָקַה وقه paruit cum promptitudine, dicto audiens fuit. Unde יִקְּהַת אֵם obſequium matris, Prov. xxx. 17. Alii volunt eſſe a יָקָה وقى cuſtodivit, cavit, pius fuit; unde Jake, Pro. xxx. 1. *religioſus, cavens contaminationem.*

2037.

(*t*) Schilo vocatur rex, quia futurus erat Princeps Pacis, Iſa. ix. 5. Hicce titulus pacis maxime Meſſiae accommodatus, Iſa. lxiii. 1. Zech. ix. 9. Ratio hujus regni pacifici a ſpontaneo populi obſequio redditur, quod vi et armis non indigeret. Regis hujus regnique characteres illuſtriores ſunt; regem huncce ab omni violentia alienum, lenitate, paciſque amore inſignem, fore: ſtatumque regni ejus vis et armorum expertem futurum eſſe; ſubditos, ſeſe huic regi, in fide et amore ſubmiſſuros, eique ſpontaneam obedientiam praebituros eſſe, nomine יִקְּהַת comprehenſam: terrificam regni Judae formam per *leonis* emblema depictam, et ſceptri ac legiſlatoris phraſibus propoſitam, pro ſcopo et complimento ſuo, pacificum *Schiluntis* regnum habituram; ita ut non antea ceſſatura ſit, quam iſtius regni jacta fuerint fundamenta: quod plane innuitur his verbis עַד כִּי *donec advenerit* Schilo. Regnum itaque Schiluntis hic tanquam regni Leonis in Juda, complimentum et terminus repraeſentatur, quemadmodum *lex* et *prophetae uſque ad Joannem* ſive regnum coelorum eſſe dicuntur, Mat. xi. 13.

Hos characteres, qui cum Meſſiae, ejuſque regni, deſcriptione in *Veteri Teſtamento* comparaverit; de eo hic agi facile perſpexerit.

Sceptri et *imperantis* durationem nec interruptiones aut imminutiones excludere, nec proprie ad regiam majeſtatem reſtringi, patet. Hoc vero clarum eſt ex phraſi לֹא יָסוּר *non recedet ſceptrum.* Vox enim סוּר totam ablationem, et non ceſſationem pro tempore, denotat. Licet itaque poteſtas Judae aliquando imminuta et peregrinae dominationi obnoxia fuerit, illud ad breve tempus tantum duravit, et poſtea ad Judam rediit, ut poſt exilium Babylonicum, et imperium Perſicum ſub Macabaeis, contigit. *Sceptrum*, et *imperans*, licet ſupremam poteſtatem, etiam regiam, complectatur, in populo Judaeo locum habere potuit, qualicunque ſub regiminis forma, ſive *Judices*, ſive reges ſunt, ſive Ethnarchae, ſive ſacrae ſunt perſonae ſive aliae, a quibus populus regitur; modo id ſecundum ſupremae majeſtatis leges fiat, ſarta tecta *αυτονομια*.

2037. VER. 11. שׂרֵקָה شرقة Vitis generoſa, nobilis. *The choiceſt ſort of vine which produced the moſt generous wine, exported beyond ſea and drunk by the lords of the nations.* Vid. Iſ. v. 2.—16. A m. שׂרֵק genus vitis nobiliſſimae, et generoſiſſimae, in cujus uvis, aiunt non inveniri acinos: Unde Sorec nomen vallis, a vinetis laudatiſſimis. A שׂרק شرق ſplenduit, nituit, micuitque pulchritudine, nobilis fuit.

Populus enim Judaeus pro rege habuit ipſum Deum, Iſ. xxxiii. 22. qui etiam *ſceptrum haereditatis Jacobi* vocatur, Jer. li. 19. Huic ſupremae majeſtati ſubordinata eſt varia regiminis forma, quae ſub Moſe et Joſhua, tribuum ſenioribus, judicibus, regibus, ducibus et pontificibus, ethnarchis, ſynedria ſeu ſeniorum et peritorum conſeſſu, obtinuerat. Ex quo *ſceptrum* et *imperantem* ſumma ſua emphaſi dici poſſe penes Iſraelitas fuiſſe, quamdiu Deus populi hujus rex fuit, et reſpublica ſecundum ejus leges gubernabatur; quocunque demum titulo veniant, conſtat.

Sceptrigeram vero poteſtatem, non ante abolendam, quam pacificum Meſſiae regnum adluxerit, plane innuitur per עַד כִּי *uſque quo, donec*, per quam, rei durantis et terminantis conjunctio ſignificetur. Vid. Vitring. obſervat. ſelect. lib. 4. cap. 5. quod tamen, non Judae poteſtatem penitus evaneſcere, quamvis imminui vel ad tempus ceſſare poſſe, ſignificat. Licet vero ſceptrum jam ante ad finem tendere cœperit, illud non eſſe receſſurum donec venerit Schiloh, rectiſſime dicitur, ſi non niſi poſt illum adventum penitus aboleatur.

Periodus ablati ſceptri ſeſe a tempore occupatae Hieroſolymae per Pompeium ad rem publicam ſub *Veſpaſiano* deſtructam porrigit, et tribus intervallis perfecta fuit.

Primum intervallum eſt ſubactae Hieroſolymae a Pompeio et inſtauratae ſpeciei libertatis ſub *Herode* magno ad Archelai relegationem; quo intervallo, manſit quidem poteſtas et αυτονομια, ſed de libertate civili multum delibatum eſt; militari poteſtate initio fere deletâ, poſtea ſub Herode ex parte reſtitutâ. Periodum ſubjectionis Judaicae ab ea epocha eſſe derivandam, hiſtorici et praecipue Joſephus haud uno in loco, ipſis verbis, affirmant. Quae loca brevitatis ergo ſignaſſe ſuffecerit. Antiq. lib. 14. cap. 4. de bel. Jud. l. ii. cap. 16. v. 9. vi. 6. et contra Appion. lib. ii. § 11. Ante Herodem vectigalis et ſerva fuit reſp. Judaica, variiſque expilationibus Romanorum obnoxia. Vectigalem quidem fuiſſe factam Judaeam, Joſ. Ant. xiv. 4. et alibi ipſis verbis affirmat: Nullum enim proſtat indicium eos annuo

2038. כִּבֵּס Lavavit, 3 ſing. praet. יְכַבֵּס 3 ſing. יְכַבְּסוּ 3 pl. תְּכַבֵּס 2 ſing. fut. 3 ſp. כֻּבַּס lotus fuit, praet. 4 ſp. A כָּבַס كبس prop. calcando preſſit. 2. Lavavit. *To waſh.*

2039. לְבֻשׁוֹ Veſtimentum ejus, ex aff. וֹ et לְבוּשׁ veſtimentum. *A garment.* A לָבַשׁ لبس induit.

2040.

vectigali et capitis tributo ſubjectos eſſe ante Archelaum relegatum, patet. Vid. Burm. in har. evang. ad Mat. xvii. Sub Herode tanquam amici Romanorum majore gaviſi ſunt libertate, et regiam quoque majeſtatem, licet poteſtati Romanae varie ſubordinatam, adepti ſunt. Vid. Baſnag. hiſt. Jud. l. c. 5. Lardner. verit. rel. Chriſt. p ii. c. 1. Sceptrum itaque nullo modo dici potuit abolitum, licet nonnulla ſigna inſtantis finis tunc apparuerint. Hoc ipſo tempore natum fuiſſe Dominum noſtrum, verum Meſſiam, exſtante adhuc ſceptro Judae, manifeſtum eſt. Vid. Vitring. obſerv. ſelect. lib. iv. c. 5, 6.

Secundum intervallum eſt *judicialis* ac militaris poteſtatis magis quam ante adflictae, et ex parte abolitae; ſalvâ tamen legum et religionis auctoritate, etiam parte poteſtatis judicialis relicta; adeo ut ne tunc quidem ſceptrum cenſeri poſſet abolitum, maxime cum novam vitam acceperit in *Herode Agrippa*, qui ad inſtar Herodis totius Cananaeae rex fuit, populique Romani *amicus*. In hoc intervallo regni Meſſiae erectio inter Hebraeos, Helleniſtas et proſelytas incidit; ſed non quaqua verſum.

Tertio denique intervallo omnis libertatis et poteſtatis tota abolitio fuit, quae ſub novis procuratoribus Romanis, maximam partem duris Dominis, quorum tyrranis et ſaevum imperium bellum cum Romanis tandem produxit. Ante quem terminum reipub. Judaicae regnum Chriſti per orbem jam fuit promotum, et per totum hocce intervallum triſtiſſimus populi Judaici ſtatus fuit, et tandem Hieroſolyma funditus deleta fuit.

Ex praedictis, ablationem ſceptri Judaici omni ex parte eſſe poſteriorem, etſi cum proxime connexam, regno a Jeſu Chriſto condito, apparet. Natus enim eſt ſub Herode Magno, cum Judaea in provinciam redacta fuit. Regnum Chriſti inter Judaeos et Proſelytas tum fundatum fuit, ſecundo illo intervallo, quo laeta rurſus ſub Herode Agrippâ regni Judaici facies ſeſe oſtentavit, paulo ante poſteriorem reipublicae deſtructae periodum; adeo ut regni Schiluntis epocha, de quo in noſtro vaticinio, ſceptrum penitus ablatum, paulo anteceſſerit. Quod ipſum Dominus noſter his verbis luculenter expreſſit, "Et adnunciabitur hoc evangelium regni in univerſo "orbe in teſtimonium omnibus gentibus, et tunc veniet finis, ſcil. reipublicae Judaicae:" quod idem fere eſt, ac quod hic habetur, ſceptrum non recedet a Juda, donec veniet Schiloh, cui erit obedientia populorum. Quibus etiam concinit, Mica. v. 2.

2040. סוּתֹה Tegumentum ejus, ex aff. ה et סוּת per aphaeriſin rr̃ כ pro כְּסוּת tegumentum, deficiente כ quod in codice Samaritano manſit). *A covering.* A כָּסָה texit *(u)*.

2041. VER. 12. חַכְלִילִי Rubicundus admodum. *Very ruddy*. (Derivatum ex 13 ſp. formae פִּקְּדֵד ubi ſignificatio augetur ex duplicatione tertiae radicalis) A חָכַל حكل ruber fuit, interpretes Arabum vim ejus declarant per شكل quae ſignat qualitatem rubedinis ſuffuſam albedini oculi, indeque oculus rubicundus, iſta rubedine ſuffuſus. Apud Golium redditur, *obſcurus fuit*: ſed prop. colore nigricante fuit: Adhibetur autem iſta nigricatio in uvis dactyliſque jam ad maturitatem adductis.

2042. שִׁנַּיִם Dentes vel duplices ordines dentium dual. A שֵׁן سن dens. *A tooth.* A שָׁנַן سنن acuit *(v)*.

2043.

(*u*) In hoc et ſequente verſu ſumma tranquillitas populi ſub Schiloh vividiſſimis coloribus depingitur; ſubditis ejus ſpontaneam lubentemque obedientiam praeſtantibus inter tantam bonorum omnium copiam: Figuratam verba continent deſcriptionem, qua terra, ſine ullo labore, plenis quippe vini et lactis alveis fluens exhibetur, ita ut unuſquiſque cum aſinis ſuis, ſeu jumentis laborantibus, quietam et amaeniſſimam vitam degeret, eos *viti* quaſi adligans.

Ligatio pulli et aſini ad *vitem*; tanquam *pacis* et *copiae* ſignum memoratur, Zech. ix. 9. Jud. x. 10. Iſa. xxx. 24.

Altera emblematis pars, qua quiſque veſtes vino lavare, et ipſe oculos a vino ruber, dentes a lacte albus, dicitur, hominem pingit, qui tum ſeſe vino et lacte ita replet, ut oculi et vultus inde purpureſcant et dentes albeſcant. Vid. Joel iii. 18. Stillabunt montes muſto et colles defluent lacte. Vid. Amos ix. 13. Job xx. 17. De ſitu regionis loquitur, quae forte filiis Judae obtigit; et praedicit tantam illic fore vitium copiam, ut paſſim obviae proſtent, non ſecus ac alii vepres vel infrugifera arbuſta. Optime obſervavit cl. Vitringa ſine jure adductum eſſe Tacitum aſſerentem Judaeam non abundare vineis: fertilitas hujus terrae confirmatur ab iis qui terram hancce peragrarunt. Vid. Sch. travels, p. 164.

(*v*) *Rubicundus oculos a vino, et albus dentes a lacte* mihi videtur eſſe melior verſio prae illa *vino* et *lacte*; nulla enim comparatio inſtituitur; ſed unice de liberali vini et lactis uſu agitur. Vox חַכְלִילִי non *rubedinem* ſolum, ſed vini lactiſque abundantem uſum notat, qui ab effectis et ſignis ſuis in oculis facieque rubicunda, et dentibus ac ore albeſcente a lacte deſcribitur.

2043. Ver. 13. חוֹף Portus. *An haven.* Littus, a terendo et fricando quatenus perpetua alluvione fluctuum teritur et tergitur. A חָפַף حفف fricando polivit, terſit.

2044. אֳנִיּוֹת Pl. ab אֳנִי navis, claſſis navigationi deſtinata, maturo tempore ire et redire facta. *A ſhip. a navy.* Ab אָנָה انى prop. ferbuit. 2. Maturus fuit.

2045. וְיַרְכָתוֹ Et latus ejus. Ex aff. ו et יַרְכָה latus *The ſide, the coaſt.* (Dual. יַרְכָתַיִם ambo latera). A יָרֵךְ ورك recubuit in latere (*w*).

2046. Ver. 14. גֶּרֶם Os oſſis, *majus. A large bone.* (ut עֶצֶם os *minus*). A גָּרַם reſecuit, revulſit; ſic dictum a proprietate ea, qua omnis caro vulſim reſecta eſt.

2047. הַמִּשְׁפְּתָיִם m. dual. vulgo redditur *duae ſarcinae,* quales jumentis imponuntur. *Two burdens;* vel repagula, *two rails or bar's, placed on each ſide, to keep cattle aſunder.* Sed proprie ſignificat *chytropodes,* ollae ſuſtentaculum triquetrum. *Two ſtones ſet upon an hearth to ſupport a pot; a trivet to ſet pots on, a triangular ſupport for a pot.* A שָׁפַת diſpoſuit ollam in foco, adhibito ferraeo vel lapideo illo ſuſtentaculo, quod alii Chytropodem, alii Tripodem vocare voluerunt. Apud Arabes exſtat ثفى et اثف impoſuit Chytropodi ollam, poſuit ollam in foco (*x*).

2048.

(*w*) Hae phraſes notant Zabulonem, cum littoralem, tum portuoſam oram habiturum; et piſcaturae in primis operam daturum, merceſque in alia loca tranſportaturum, et frequens ac commune aliquod forum in ora ſua futurum, unde opes cumulatiſſimas reciperet: Hinc Deut. xxxiii. 18. de Zabulone dicit Moſes, *Lætare in egreſſu tuo* ſcil. ad negotiationes et mercaturas, et ver. 19. *quoniam affluentiam maris ſugent.* Vid. etiam Jud. v. 17. Innuitur porro Zabulonem ſitûs et maritimi negotii reſpectu cum Sidone comparari.

(*x*) Haec vox notat tum lapideum tum ferreum ollae ſuſtentaculum, cui imponitur olla, ut commodius ſubdi et conſervari poſſit ignis. Solent quippe Arabes ſenitæ tres lapides fere aequales quoſcunque

2048. VER. 15. נָעֵמָה 3 ſing. fut. 1 ſp. A נָעַם نعم prop. mollis, tener fuit: Hinc, 2. Suavis, amoenus, delicatus fuit. *To be pleaſant, delightful, charming.*

2049.

que ad eam rem componere. Arabes vim hujus vocis declaraſſe conſtat ex 2 Reg. iv. 38. Ubi Elias dicit puero ſuo שְׁפֹת הַסִּיר *ollam magnam tripodi impone,* et coque pultem pro filiis prophetarum. Sic Ezech. xxiv. 3. *Tripodi impone ollam,* ubi adhibetur in ahenis ſuper grandi igne collocandis, quod ſine ope talis ſuſtentaculi fieri non poſſit. Metaphorice ad *lautam firmamque quietem,* qua circa ollas ſuas quis tuto adſideat; et etiam ad *ignaviam,* qualis eorum qui in culina verſantur, depingendam, transfertur. Variæ hæ metaphoricæ ſignificationes ex ipſis reliquiis Biblicis illuſtrari poſſint. Prima conſtat ex Pſ. lxviii. 14. *Profecto* (אִם ſic reddi debet ut in aliis locis) recubabitis inter duas focarias ſtrues, i. e. quiete et laute: Proſperus enim ſtatus populi tempore Davidis, inſtar columbæ in columbario ſuo ſe tenentis, pingitur. Ignaviae ſimul poteſtatem involvit, Jud. v. 16. "In diviſionibus Reubenis magnæ contentioſæ de-"liberationes cordis; quare ſediſti inter lapidum focariorum ſtrues, "audiens ſibilos gregum," quæ eſt otii rerumque domeſticarum curæ deſcriptio: Servilis conditionis etiam imaginem fert, 1 Sam. ii. 8. Pſ. cxiii. Iſſachar igitur hic inter lapides focarios recubans deſcribitur, ad ejus lautam et firmam quietem denotandam; et ſic reddi Anglice poſſit. "Iſſachar is a ſtrong aſs, couching at his eaſe, amidſt "peace and plenty, and he ſaw that his abode or dwelling (place of "reſidence), was good, and the land that it was pleaſant, and he "bowed his ſhoulder to bear, and became a ſervant unto tribute." Vid. Venema diſſertat. in Gen. xlix. p. 302. 3.

Iſſachar non ſimpliciter *aſinus* dicitur, ſed oſſeus, quo vegeta firmaque Iſſacharitarum conſtitutio, tum aptitudo ad opera et onera ruſtica perferenda, deſignatur; *recubanſque inter duas lapidum focariorum ſtrues,* lautam et otioſam ejus conditionem exhibet, qua rebus bellicis et negotiationibus externis miſſis, ſe domi et domeſtica unice curaret et genio indulgeret. Moſes eandem rem hiſce verbis intendit; *lætare Iſſachar in tentoriis tuis.* Figura animalis onuſti ſarcinis ſuis, textui non quadrare videtur, nam רבץ proprie uſurpatur de animali recumbente tuto et quiete complicatis pedibus, (ut patet ex verſu nono hujus capitis), et quae ſequuntur huic interpretationi favent; nam additur, et vidit *recubitorium eſſe bonum, et terram fuiſſe pulchram.* Vox מנחה *recubitorium,* vel *locum ubi greges recubant,* ſignat, adeoque emblemati aſini inter duas focarias ſtrues recubantis rite adjungitur. Porro ſubjungitur et *erit tributo ſerviens,* i. e. tribus Iſſachar, quodvis onus ſibi impoſitum, quam continuis bellis atteri

2049. לִסְבֹּל Ad portandum. inf. 1 ſp. cum praef. ל, A סָבַל سبل prop. ſtipavit: Hinc portavit. *To carry.*

2050. לְמַס In tributum; ex praef. ל et מַס tributum, quo macerantur, exhauriuntur, et quaſi *liqueſcunt ſubditi; Tribute*, m. pl. מִסִּים *tributa.* A מָסַס مسش maceratus, liquefactus fuit.

2051. Ver 16. יָדִין Judicabit, 3 ſing. fut. 1 ſp. A דִּין دان judicavit. *To judge.* Vid. n. 1574 (y).

2052. Ver. 17. שְׁפִיפֹן Serpens veneno praeditus, q. d. acerrime radens et pungens. A שָׁפַף شفف raſit, pupugit. *A ſerpent of the viper kind, of a ſandy colour, which lurks in ſand and the tracts of wheels in the road; and which infeſts, with its deadly bite, not only the unwary traveller, but horſes and other beaſts.* Vid. Bochart. Hieroz.

2053.

ri et vexari, ferre mallet. Vid. Pro. xii. 9. Senſus itaque verborum eſt, Iſſacharem ſervili indole fore praeditum, a nobilioribus negotiis, ſive bellicis ſive politicis, alienum fore, terrae ſuae operibuſque ruſticis unice deditum, omnia etiam vilia et moleſta ſubiturum, ut fructus terrae carperet, et vitam ſecuram et tranquillam degeret. Jacobus, naturam et ſitum ſortis Iſſacharis in terra Cananaea, qua amaenam et fertiliſſimam coleret planitiem ab ortu ad occaſum late extenſam inter montem Tabor a ſeptentrione, et Gilboan a meridie, mediam, tanquam duas lapidum firmas ſtrues, indigitare etiam videtur.

(*y*) Dan judicabit populum, ſicut una Iſraelis. Praenuntiat his verbis Danem ingentem habiturum prolem, in unam eamque liberam et bene conſtitutam civitatem coactam, indolis haud ignobilis, ſed generoſae et bellicoſae, ab hoſtibus vero impugnandam, ſed virtute et vi ſeſe vindicaturam, ſicut *una tribuum Iſraelis*, emphaſi in voce Iſrael poſita, i. e. Danem dignitatem tribus Iſraeliticae probe defenſurum, et foederatae reipublicae digniſſimum ſocium ſe praeſtiturum eſſe; vel inſtar praeſtantiſſimae et fortiſſimae tribus Judae. Huic interpretationi favet vaticinium Moſis, ubi Dani aeque ac hic, Judae emblema leonis datur, Deut. xxxiii. 22. *Dan catulus leonis.* Praeterea, imago ſerpentis hoſtes mordentis, regiae ex Juda ſtirpi Davidicae aſſignatur ab Iſaia cap. xiv. 29. *Ne læteris Paleſtina, tota tu, quod confracta ſit virga percutiens te, quia e radice* ſerpentis (נחש i. e. Iſai hoc ipſo nomine adpellati, 2 Sam. xvii. 25.) *proveniet Baſiliſcus et fructus ejus Cherſydrus volans.*

2053. הַנֹּשֵׁךְ Momordens (יִנָּשְׁכוּ 3 pl. fut. 3 ſp.) A נָשַׁךְ نسك momordit, pupugit punctim feriendo. *To bite.* 2. Uſuram exercuit (z).

2054. סוּס Equus. *An horſe.* Pl. סוּסִים A סוּס ساس rexit vel, شوس (med. Waw) obliquus fuit, q. d. oculo.

2055. Ver. 18. לִישׁוּעָתְךָ In Salutem; ex aff ךָ et לְ et יְשׁוּעָה et in ſtat. conſtr. יְשׁוּעַת ſalus. *Salvation.* A יָשַׁע وسع amplus, patens fuit: Hinc ſervavit (*a*).

2056.

(*z*) *Serpens juxta viam latens,* &c. non ſine emphaſi repetitur cum elegante varietate phraſis *juxta viam, juxta ſemitam,* prior enim vox דרך *viam regiam,* quam magnifice incedunt et ambulant; poſterior vero ארח quamvis aliam *ſemitam,* tritam, notat: memorari *equi* et *ſeſſores* videntur, ad indicandum Danitas non in quoſvis viatores ſine diſcrimine impetum facturos eſſe; ſed in vicinos hoſtes qui equites et currus habebant. Praedicitur Danitas ab hoſtibus vi armata invadendos eſſe, eoſque eorum exitio vigilanter intentos, omnique modo lethales plagas tum aperta vi, tum inſidiis, iis inflicturos eſſe; eoque cum ſucceſſu id praeſtituros, ut inter fortiſſimas tribus locum haberent. Sors Danitis evenit inter Philiſtaeos et Judam, ac Benjaminem medium ab Azoto, vel Tſorha a meridie ſeſe ad Joppen, ſeptentrionem verſus, porrigentem, ita ut praeter partem aliquam montanae Judae, maximam partem vallis שפלה complecteretur. Vid. Joſh. xix. 40, 46. Jud. i. 34. Ex hiſce Danitarum ſedibus, vicinorum infeſtationibus ſemper obnoxii fuere; auſtrales enim Danitae Philiſtaeos, et ſeptentrionales habuere Phoenices ſive Cananaeos, quorum primos impetus ſemper experiri oportebat Danitas. Vid. Jud. iii. 31. Implementum hujus prophetiae in Barako, Sampſone, et aliis, plane apparuit.

(*a*) Salutem tuam expectavi, &c. Exclamatio eſt Jacobi, quum multa diſcrimina multaſque clades, quae ſoboli ſuae exitium minarentur, praevidens, ſollicitudine et metu commovetur. Veriſimile etiam videtur, illum ob oculos habuiſſe illuſtrem illum Danitam Sampſonem, Philiſtaeis vexatis et pene deletis, miſerabili lapſu et morte abreptum fore. Verum, ut contra omnes haſce difficultates inſurgat, oculos ſuos ad Jehovam convertit, qui ſe illius populi praeſidem per filium ſuum Meſſiam pollicitus fuerat. Hac igitur exclamatione, conſtantiae fideique exemplar ob oculos filiorum proponit, ut eos inter varia pericula et tot diſcrimina rerum confirmaret. Non ſibi ſoli Jacobus ſalutem, ſed etiam poſteris ſuis ſperavit; redemptione enim procul oſtenſa fretus ad mortem intrepide perrexit: Nam inter ultimos ſpiritus, et quaſi in media morte, vitam aeternam apprehendit.

2056. קִוִּיתִי Studio expectavi, 1 ſing. praet. 3 ſp. A קָוָה قوي prop. torſit; hinc exſpectavit: Qui enim exſpectat, ſe in omnes partes torquet. *To wait, to hope with expectation.*

2057. VER. 19. גְּדוּד Turma militaris, prop. ſectum, reſectum utpote de reliquo exercitu excurrat. *A troop.* A ſequenti גָּדַר (*b*).

2058. יְגוּדֶנּוּ Superabit illum; ex aff. נּוּ et יָגוּד et יָגֻד pro יְגֻדַד 3 ſing. fut. 1 ſp. A גָּדַד جدد prop. ſecuit, q. d. acie ſecante polluit: Hinc divitiis, dignitate, vi eminuit, ſuperavit.

2059. VER. 20. שְׁמֵנָה F. g. a m. שָׁמֵן pinguis. *Fat.* A שָׁמֵן سمن pinguis fuit (*c*).

2060.

dit: Haec enim verba ab ignaro vitae immortalis haud prolata fuiſſe videntur.

(*b*) Gad, vere erit, turma militaris ſeque talem praeſtabit, qualem nomen oſtendit, prolemque ſtrenuam et bellicoſam habebit, ut revera evenit. Vid. 1 Chron. xii. 8. ubi Gaditae viri militares, inſtructi clypeo et ſpiculo, quorum vultus erant ut leonum et inſtar caprarum in montibus, veloces. Regionem incolebant Gaditae in qua, inſtar cohortis ſelectae, excubias quaſi ante populum Iſraeliticum agebant; ſedes enim eorum erat trans Jordanem. Ellipſis eſt vocis אשר quicunque eum invaſerit, et ipſe invadet viciſſim vel ad calcem, i. e. vicini hoſtes ſemper in eos impetum facere intenti, Gaditas, aggredientur, eoſque ſtrenuos, vim vi repellere promptos, et veſtigia eorum in terram ipſorum inſectaturos, invenient. Vid. Deut. xxxiii. 20. *quaſi leo requievit, cepitque caput et verticem.*

(*c*) Aſheritae totum illum tractum occidentalem a Sidone uſque ad ſinum Carmeliticum tenuere; termini itaque fuerunt, ſeptentrionalis Sidon, auſtralis ſinus Carmeliticus, occidentalis mare Mediterraneum, orientalis univerſa ſors Naphthalitica. Vid. Joſ. xix. 25, 26. Senſus eſt, Aſcherem a praeſtantia et (beatitudine) gloria nomen ſortitum fuiſſe, et reipſa talem reſpectu haereditatis fore. Fruetur enim ipſe non tantum feracis terrae proventu, ad laute vivendum, verum ex divite penu delicatiſſima quaeque ab ipſis regibus deſideranda, proferet.

Vox לֶחֶם, non panem, ſtricte dictum, ſed omne quo veſcimur, notat: שְׁמֵנָה verti poſſit *pinguedo ipſa*, (cum ה parag. Vid. exempla talia in Pſ. cxxiv. et Pſ. cxx. 1. Hab. i. 9. Vid. Gram. Hebr. p. 88.) *panis ejus*, ita ut omnis ſcrupulus ex ה foemin. evaneſcit; complectitur enim pinguedinem quamcunque, et de terra opima, frugibus, carni,

2060. מַעֲדַנֵּי in ſtat. conſtr. pro מַעֲדַנִּים m. deliciae, amoenitates, ſpeciatim deliciae verni temporis. Vid. Job. xxxviii. 31. *Pleaſures, dainties, delicacies in diet as well as in dreſs.* 2 Sam. i. 24. A עָדַן غدن delicata et tenera mollitie praeditus fuit.

2061. VER. 21. אַיָּלָה ايل Cervus. *A hind.* A praeeminentia cornuum et corporis. Ab אַיִל ايل praeeminuit.

2062. פֹּרָת Findens, fructificans, part. f. g. 1 ſp. contracte pro פֹּרִיָּת نسل a m. פְּרִי vel פֹּרֶה. A פָּרָה فري fidit, protrudit fructum. Hinc phraſes פְּרִי עֵץ *fiſſio*, i. e. *fructus arboris*; פְּרִי בֶטֶן *fructus uteri*; פְּרִי אֲדָמָה *fructus terrae:* Igitur פֹּרָת *vitis foecundiſſima, generoſiſſima*, (Anglice, *a moſt excellent or noble vine*), cujus jam turgent gemmae cumque grato virore ac vigore erumpere et findere incipiunt; eſt prop. adjectivum quod pro epitheto τῳ גֶּפֶן plene uſurpatur, ut Ezech. xix. 10. Sic Pſ. cxxviii. 3. *Uxor tua eſt ut vitis fructifera;* uſus tamen invaluit, ut pro ipſa re abſolute deinceps uſurpetur, prout omnes participiorum formae, res ipſas, in omnibus linguis deſignare ſolent (*d*).

ni, in ſpecie, oleo et unguento, adhiberi ſolet. Vox שמנה verti etiam poteſt *oleum* potius, ut patet ex Deut. xxxiii. 24. ubi *Aſer pedem in oleum intincturus* celebratur.

(*d*) Doctiſſ. Bochartus lectione Maſorethica in vocibus אילה et אמרי leviter mutata, huncce verſum ſic vertit, "Naphtali eſt arbor "ſurculoſa, et edet ramos pulchritudinis." Anglice ſic, "Naphtali is a well ſpread tree, which puts forth beautiful branches"; et cum ad foecunditatem Naphtali, tum ad fertilitatem terrae, quam poſſiderat, adplicat. Verſionem LXX interpretum preſſius ſequutus Doct. Hooperus verba ſic reddit, "Naphtali ſurculus dimiſſus in pro-"paginem, ramos pulcherrimos edens." Vid. Bochart. Hieroz. part. 1. l. iii. c. 18. et Hooper. conject. ad Gen. xlix.

Sed tribus Naphtalitica, quae in excelſis agri verſari dicitur, Jud. v. 8. Sub hac imagine cervae praecipue intendi videtur; cerva enim miſſa i. e. adulta libere in paſcua ſe immittit, novos mox datura catulos; ſimile cervae huic tribui convenire optime videtur, quod animal ſit gratioſum, foecundum, imbelle quidem, attamen agilitate et firmitate

2063. אִמְרֵי *Verba*, pl. in ſtat. conſtr. pro אֲמָרִים. A אֵמֶר dictum. *A word, a ſaying*. Ab אָמַר dixit.

2064. שֶׁפֶר Pulchritudo, elegantia, decus, dictae pulchritudinis, *i. e.* pulchra et decora. *Beauty, elegance*. A שָׁפַר سفر prop. praecidit, raſit. 2. Nituit, renituit. Vid. Job. xxvi. 13. pulcher fuit.

2065. Ver. 22. עָלֵי Pl. conſtr. pro עָלִים Superioritates. A עָלָה vel עַל ſuperior locus, ſitus alicujus rei, cujus veſtigium plane exſtare videtur. 1 Reg. xviii. 26. עַל מִזְבֵּחַ וַיְפַסְּחוּ et diſſolverunt ſuperioritatem ſive ſupremam partem altaris. A עָלָה aſcendit.

2066. שׁוּר سور Murus, ſtrues ſerieſve lapidum in muro. *A wall*. Speciatim eſt murus vineae, pedamentum. *A ſtake, a prop to ſupport vines*. A שׁוּר سور diſpoſuit, ſtruxit (*e*).

2067.

firmitate pedum prae caeteris praeditum, et in praeruptis maxime locis ſeſe tenens. Naphtalitae in proprias ſedes immiſſi mirum in modum multiplicati fuere. Hinc Naphtali *plenus benedictionis Jehovae dicitur*, Deut. xxxiii. 22. Vid. Num. i. 43. Sors Naphtalitica montibus Anti-Libani, fluvio Jordane, et parte lacus Genneſaritici, tribubuſque Zabulonis et Aſeris concluſa, et in extima Cananaeae parte Aquilonari ſita fuiſſe videtur; et Galilea ſemper fuit populoſiſſima, teſte Joſepho bel. Jud. lib. iii. cap. iii. Ubi cervae montes colleſque inſideant. Sic Naphtalitae loca montana, Libanum, Amanum, cervarum copiâ illuſtria (teſte Æliano hiſt. lib. v.) incoluere, et excelſa agri inſtar cervarum percurrentes, tutas ſibi ſedes ibidem tenuere. הנתן אמרי *dans dicta pulchritudinis*, i. e. materiam laetorum dictorum et carminum. Vid. Job. xxv. 10. *dare cantica in nocte*, i. e. materiam laetitiae et conſolationis. Sic Pſ. lviii. 12. *dominus dabit dictum*, materiam laetorum dictorum et carminum. Senſus hujus verſus videtur eſſe, Naphtali inſtar cervae emiſſae, ſeſe hoſtium manibus, multum licet luctando extricabit, ſuper celſis, firma figet, ſicut cerva, veſtigia, et laetorum carminum materiam in laudes ſuas uberrimam, tum ſibi, tum reliquis contribulibus, praebebit.

(*e*) Joſephum alloquitur Jacobus eodem modo quo Judam in ſecunda perſona compellaverat; propter duplicem portionem primogeniturae illi collatam. Vid. verſ. 10. *vitis* foecunda appellatur Joſephus eodem ſenſu, quo Juda Leonis Catulus, Iſſachar Aſinus *oſſeus*, Dan Serpens, Naphtali Cerva, quatenus viti generoſae et foecundae ſimilis foret. Vitis foecunda uſurpatur ad inſignem familiae propagationem

2067. צָעֲדָה Scandit, 3 ſing. f. g. praet. 1 ſp. A צָעַד صعد prop. niſus, conniſus eſt: Hinc ſcandit, aſcendit, inceſſit ſuperbe et compoſite. *To walk ſolemnly, to advance with large ſtrides; applied to the luxuriant ſpread of branches, to ſtride or ſhoot forth in a luxuriant manner.*

2068. VER. 23. וַיְמָרְרֻהוּ Et amaritudine affecerunt eum, 3 pl. m. fut. 3 ſp. cum aff. הוּ. A מָרַר مرّ amarus, acerbus fuit. *To be bitter.* In 3 ſp. exacerbavit, amarum reddidit. *To exaſperate, to provoke.*

2069. וָרֹבּוּ Et jaculis adpetiverunt, 3 pl. praet. 1 ſp. A רָבָה ربى ſpiſſus, denſus fuit: Hinc ſpiſſavit ſaggitas, jaculatus eſt. Vid. Pſ. xviii. 15. *To ſhoot an arrow.* Vid. num. 1276 (*f*).

Et nunc lenta manu ſpargens hoſtilia denſat. Virg.

2070.

gationem depingendam; Illuſtriſſimae familiae emblema eſt: filiae vitis ſeu palmites, filiarum nomine ob pulchritudinem et decus earum inſignitæ ſunt. Juxta fontem, optimum et irriguum ſolum deſignat. Moſes decorem primogeniturae bovis Joſepho attribuit, Deut. xxxiii. 17. ubi excellentiam et dignitatem Ephramitarum in oculis habuiſſe creditur: Quam prope conveniunt Jacobi et Moſis dicta, quibus ille palmitum עלי שור *ſupra murum*, hic vero *primogeniti* שור bovis, emblemate uſus eſt. Vox enim שור *princeps* ſive primum in ſerie, etiam murum, ſive ſeriem lapidum, notat ab שור *recta ſerie diſpoſuit.* Stupenda eſt poſterorum Joſephi propagatio, ut conſtat ex Joſh. xvii. 14, 17. ubi עם רב populus ſpiſſus et valde multus memoratur; ut ex accurato Calviſii calculo in Iſagog. chron. p. 36. patet. Ephraim 87380 ex ſe ortos, videre potuit; quam foecunditatem Moſes quoque haud obſcure ſignificavit, ubi myriades Ephraimi, et chiliades Menaſſis celebrat, Deut. xxxiv. 17. Hicce verſus ſic verti poſſit, *filius foecunda vitis Joſeph*; *filius foecunda vitis juxta fontem; filiae* (ſeu palmites) *ſuperiora pedamenti ſcandunt*; Anglice, "My ſon Joſeph is a "fruitful vine, my ſon a fruitful vine nigh to a fountain, its bran-"ches overtop the wall".

(*f*) Joſephi diſcrimina, calamitateſque tantum illas poſterorum ejus adumbraſſe innuit Jacobus: colores quidem picturae; qua fata et facta eorum depinxit Patriarcha, ab ipſius Joſephi caſibus petiti ſunt, ſed ita ut in ſequentia tempora magis quadrent; nam ſcopus totius hujus vaticinii ſedes, fata, ingenium et indolem 12 tribuum in terra Cananaea, praedicere, plane eſſe videtur. Venenata enim tela jacta

in

2070. חִצִּים Sagittae, pl. et in ſtat. conſtr. חִצֵּי a חֵץ ſagitta. *An arrow.* q. d. Sciſſio, fiſſio in longum, vel a vi ſcindente, penetrante. A חָצַץ حصص ſcidit,

in eum, non fratrum in Joſephum intelligenda ſunt, quod Jacobus veniam fratribus a Joſepho petierit, et memoriam illarum injuriarum deletam voluerit, Gen. l. 17. Deſcriptio videtur potius eſſe incurſionum hoſtilium, et invicti Joſephi roboris in Cananaeos; hoſtes enim ejus vocantur *pollentes ſagittis*, ſive bello exercitati, qui venenata tela in eum jaculati ſunt. Ipſe Joſephus ſtrenuus bellator, arcu inſtructus et expeditis brachiis iis opponitur: quae omnia ſcenam bellicam ſpirant. Senſus igitur eſt Joſephum ſumma agilitate et alacritate praeditum, eamque virtutem firmam et ſtabilem retenturum; quam Moſes altero emblemate illi attribuit, Deut. xxxiii. 17. ubi cornua Bubali ipſi adſcribit, quibus populos feriat, et Joſhua de Joſephi poſteris diſerte teſtatur, Joſh. xvii. 17. *populus ſpiſſus, multus, et robur magnum.* Originem vero hujus vigoris et ſtrenuitatis ob oculos ponit, ſcil. *a manibus fortis Jacobi, ab ibi paſtore Iſraelis:* Deus אביר potens propugnator vocatur, quem alibi גאל redemptorem ſuum celebraverat; a praeſentia ejus haec omnia manaſſe declarat. Paſtor praeterea Iſraelis videtur proprie eſſe *Deus ipſe*, qui hoc titulo ornatur, Pſ. lxx. 1. xxiii. 1. et quem tanquam paſtorem ſuum diſerte laudaverat, Gen. xlviii. 15. Paſtor ob affectum et curam apte adjungitur titulo אביר *potentis Jacobi*; ſicut אל et שדי mox conjunguntur, ut eum tum potentem, cum benevolum cuſtodem et paſtorem poſteris ſuis exhiberet: titulumque lapidis Iſraelis ſubjungit, digitum intendens ad locum, Gen. xxvii. 11. ubi Deus ſeſe vel Meſſiam tanquam paſtorem et lapidem rupemque manifeſtavit, cui ſecurus incumberet. Vid. 2 Sam. xxii. 2. Dicta illuſtrat; quod Moſes eodem ſcopo, Joſepho benevolentiam ejus, qui rubum incolet, Deut. xxxiii. 16. adprecetur. Quo plane innuitur, Jehovae ſedem in medio Joſephitarum futurum eſſe: In Joſhua Ephraimita illo ſervo Jehovae, hoc plane impletum fuit, ſuper quem ſpiritus Moſis requievit; et qui populos Cananaeos ſubjugavit; uti etiam in Barako et Gideone, quibus Deus ſe paſtorem et lapidem Iſraelis, arcem et petram praeſtitit.

Veneno tinxerunt eum et jaculati ſunt, i. e. telis venenatis ipſum petierunt; verbum enim verbo junctum ſaepe qualitatem rei exprimit; vox enim מרר uſurpatur in amaritudine fellis et veneni. Vid. Job. xx. 14. Deut. xxxii. 24. וישטמהו *et erectis aculeis adverſati ſunt ei.* Vid. Num. 1511. inſtar majoris et horridioris Erinacei; vox enim سطم *Erinaceus*, etiam notat infenſiſſimum adverſarium, qui acriter infeſtat. Phraſis בעלי חצים *pollentes ſagittis*, prop. quorum brachia et nervi turgent, valide et infenſiſſimi ſagittarii, bellatores exercitatiſſimi, quorum praecipua olim armatura erat arcus et ars in jaculando.

dit, ſecuit: בַּעֲלֵי חִצִּים potentes ſagittarii, vel qui pollent ſagittis. Vid. num. 954.

2071. VER. 24. בְּאֵיתָן In perenni vigore, ex praef. ב in, et אֵיתָן perennitas, perennis vigor, rigidus, inflexibilis. 2. Praepinguis, copioſus, omni felicitate circumfluens, venâ nunquam intermoriente. *Laſting, durable.* A יָתַן وتن, perennis fuit; jugi et inexhauſta vena fluxit (*g*).

2072. וַיָּפֹזּוּ Et expedita, agilia erunt, 3 pl. fut. 1 ſp. A פָּזַז فزّ prop. emicuit, exiliit; hinc agilis expeditus fuit. *To be ſtrong and vigorous, to exert ſtrength with great agility.* Vid. 2 Sam. vi. 16.

2073. זְרֹעֵי Brachia, pl. in ſtat. conſtr. A זְרוֹעַ brachium. *An arm.* Ita dictum quod ſolet deſtringi et depromi ad opus. A זָרַע ذرع deſtrinxit, dempromſit.

2074. אֲבִיר Praepotens heros, q. d. alatus, pernix ad operam ferendam: Hinc metaph. praepotens, animoſus, ubi ellipſis videtur vocis אִישׁ *vir.* *A ſtrong powerful heroe, able and ready to help.* Ab אָבַר ابر prop. pupugit, vel pungenti et forti ala gaviſus eſt (*h*).

2075.

(*g*) יתן Notat id omne quod durat et permanet in ſua ſede, aquam praeſertim jugiter fluentem et perennem, metaphorice copiam, tranquillitatem, laetaſque res ſignificat; alio flexu *perennis, rigidus, inflexibilis*; ut in textu, *et permanſit in perenni*, nempe vigore, *arcus ejus et brachia manuum ejus fuere expeditiſſima*, agilia; pulchrum elegansque eſt, *manſit in perenni arcus ejus*, vigorem remitti neſcium obtinuit, non interciſa atque emoriente vena crepuit. Nobiliſſima figura, qua perennis vigor attribuitur arcui ſemper victori, hinc etiam illuſtratur, Job xxix. 20. *Arcus meus mea in manu revireſcebat identidem:* Etiam Amos v. 24. *et juſtitia* כנחל איתן *tanquam perennis et uberi ac inexhauſta vena decurrens fluvius:* Sic Pſ. lxxiv. 15. *Tu exareſcere feciſti* נהרות איתן *flumina perennia.*

(*h*) מידי אביר *Ex manibus herois praepotentis*, q. d. alati, pernicis ad operam ferendam. Sic Iſ. i. 24. xlix. 26. Et redemptor tuus heros ille praepotentiſſimus, bellatorem animoſum repreſentat, Jud. v. 22. Jer. viii. 16. xlvii. 3. Nihil aptius ad bellatorem ſtrenuum pingendum, quam, cum alis quaſi praeditum, tum ad hoſtem propellendum et amicos ſublevandos.

2075. רֹעֶה אֶבֶן Paſtor lapidis Iſraelis, ſcil. paſtor Joſephi filii Iſraelis domûs ejus praecipue *fundamenti*; titulo אֶבֶן ſive lapidis inſigniri videtur, quod fulcrum foret et columen Iſraelis, quo et pater cum domo ſuſtentatus, et poſteritas firmaretur ac fulciretur: Filius cui illud poetae de Turno aptari poſſit, In te domus omnis recumbit.

2076. Ver. 25. וְיַעְזְרֶךָּ Et auxilio copioſiſſime affluat. 3 ſing. fut. 1 ſp. A עָזַר غزر prop. affluit copia. *To abound.* 2. Auxiliatus eſt, opem tulit. *To aid, to help.*

2077. שָׁדַיִם Mammae, ubera, dual. a שַׁד mamma. *A woman's breaſts.* A שָׁדָה سدي fudit, profudit copioſe. Vid. num. 1063 (*i*).

2078. Ver. 26. הוֹרַי Progenitores mei. *Progenitors.* Quatenus et illi recte *fotores* exiſtimantur, ſaepius de foeminis, de viris vero. Num. xi. 12. Iſ. xxiv. 18. Pl. part. praeſ. 1 ſp. Ab הָרָה هرا prop. fovit, concepit. Vid. num. 412 (*k*).

2079.

(*i*) Primogeniturae pars, quae in duplici bonorum portione ſita fuerat, et quo proprie בכורה praerogativa primogeniti, appellatur, Joſepho aſſignata fuit, filiis ejus Ephraimo et Menaſſeh adoptatis et tribubus Iſraelis inſertis, uti ſacer hiſtoricus notavit, 1 Chron. v. 1, 2. Profecto ipſe Reuben primogenitus erat, ſed cum ipſe polluerit ſtrata patris ſui, datum eſt primogeniturae privilegium filiis Joſephi, &c. benedictiones coelorum et abyſſi, coelum tempeſtive ſerenum et pluvium, terramque aquis irriguam denotant. Vid. Deut. viii. 7. Ezech. xxxi. 4. *benedictiones uberum et uteri*, foecundam ſobolem tum hominum tum pecudum; uterum, nempe feliciter concipientem et parientem, item ubera lacte diſtenta et abunde manantia, ſignant.

(*k*) Si Vox על cum גברו conſtruatur, tunc verti poſſit, "Benedic-"tiones patris tui praevaluere (proprie in ſummum collectae ſunt) "ſuper benedictiones progenitorum meorum;" ſi vero על cum ברכות conſtruatur, tunc reddi poſſit, *ſummum benedictionum*. Particula עד *ad*, *uſque ad*, praemiſſa nomini תאוה elegantem emphaſin habet, vel *inſuper* vel ipſam rem ſignans; uti notat 1 Sam. ii. 5. עד עקרה *inſuper*, vel *ipſa ſterilis parit ſeptem*. Vid. etiam Gen. vi. 7. Job. xxv. 5. Uti benedictiones ſuas, qua patris, memorat, ut Joſephum jure primogeniti ſui, fruiturum eſſe ſignificet: ita ille parentum meminit, ut primam earum originem et ſtabilitatem ex promiſ-ſis

2079. תַּאֲוַת Deſiderium, *An object of deſire.* In ſtatu conſtr. pro תַּאֲוָה. Ab אָוָה اوي deſideravit. Vid. num. 298.

2080.

ſis Abrahamo et Iſaaco factis, exponat. Haereditariam Cananaeae poſſeſſionem praecipue ob oculos habuit Jacobus, ubi progenitores ſuos memorat, cujus עַל ſummum ſeu duplex portio Joſepho cederet. Quam ob cauſam apte adjungit *deſiderium collium perpetuorum.* Vox etiam תאות *deſiderium,* apte jungitur hiſce collibus: erat enim ut Pſaltes loquitur ארץ חמדה *terra deſiderabilis,* exoptatiſſima Iſraeli, Pſ. cvi. 24. quaevis enim utilia et deſiderabilia proferebat. Vid. Ezech. xxxvi. 1, 2, celebratiſſima erant montana Ephraim. Erunt ſuper capite Joſephi, &c. haec ab impoſitione manuum ex ritu benedicendi petita eſſe videntur: capitis et verticis mentio diſtincta ad duos Joſephi filios Ephraimum et Menaſſem reſpicit: ita ut caput Ephraimi et vertex Menaſſis ſit figura, illo quippe licet juniore huic praelato, et propterea dextrâ, hoc ſiniſtrâ patris manu in benedicendo, ornato, quod Moſes etiam Deut. xxxiii. 17. Ephraimum praemittens et ei myriadas tribuens, clare oſtendit. Jacobaeae benedictionis Joſephi implementum plane apparet; nam Joſephi poſteri, duplicem, in medio terrae promiſſae et reliquarum tribuum, portionem, omnium optimam et fertiliſſimam, ſorte ſibi datam incoluere: uberrimae enim et luxuriantes regiones erant Saron, et Baſhan, quarum boves, tauri et oves, ut optimae in ſacra ſcriptura celebrantur. Haec a Joſephi et aliorum teſtimonio ſatis confirmantur. Vid. Joſeph. bell. Jud. lib. iii. cap. 3. et Bochart. Hieroz.

Benedictio Joſephi Anglice ſic verti poſſit:

Ver. 22. My ſon Joſeph is a fruitful vine, my ſon a fruitful vine nigh to a fountain. Its branches (Hebr. daughters) overtop the wall. 23 And the archers have ſhot at him with invenom'd and thick darts, and bore implacable hatred againſt him. 24 But his bow ſhall abide in ſtrength, and the arms of his hands ſhall be made ſtrong by the hands of the mighty God of Jacob, and by him who was the ſhepherd and the rock of (his father) Iſrael. 25 Even by the God of thy father who ſhall help thee, and by the Almighty who ſhall bleſs thee. 26 The bleſſings of heaven above, the bleſſings of the deep beneath, the bleſſings of the breaſt and of the womb, * the bleſſings of thy father are gathered together, the ſum of the bleſſings of my progenitors, even the deſireable everlaſting hills, ſhall be upon the head of Joſeph, and on the crown of the head of him that was ſeparated from his brethren.

* (26 aliter) The bleſſings of thy father which are gathered together with the bleſſings of my progenitors, even &c.

2080. גְּבָעוֹת Colles, plur. a גִּבְעָה collis. *An hill.* A complicatione, rotunditate ita dictus. A גבע complicuit in rotundiorem formam.

2081. קָדְקֹד Vertex capitis. *The crown of the head.* A קָדַד قدّ ſecuit, totondit capillum.

2082. נְזִיר In ſtat. conſtruct. pro נָזִיר *ſeparatus*, excellens, eximius inter fratres. *Conſecrated by a vow or by dignity.* Sed ſi attendamus ad ſignificationem vocis נֵזֶר *diadema*, tunc reddi poſſit נָזִיר diadematus, *diademate cinctus*, is qui meruit diademate coronari. *Diſtinguiſhed or crowned.* A נָזַר نذر *obſtrinxit*, per ſacra vincula conſecravit. 2. Hinc ſeparavit. *To bind by a ſacred bond, to ſeparate or conſecrate by a vow* (*l*).

2083. Ver. 27. זְאֵב ذيب Lupus. *A wolf.* Prop. abactor gregis. A זָאַב ذاب abegit, pepulit, impulit.

2084. יִטְרָף Dilaniabit. 3 ſing. fut. (טָרֹף inf.) 1 ſp. יִטְרֹף 3 ſing. fut. 2 ſp. A טָרַף طرف diſcerpſit. Vid. n. 1798.

2085. עַד Praeda. *A prey.* A עָדָה عدي accinxit ſe ornatu. 2. Magnifice vel animoſe ſe intulit, ſpeciatim de audacia accedentis leonis fame et cupiditate praedae ſtimulati, uſurpatur; inimicus fuit, apud Chaldaeos ſignificat, praedatus eſt, diripuit (*m*).

2086.

(*l*) Sic vocat Joſephum, vel quod ſit eorum corona propter communem gloriam quae ab ipſo in omnes redundat, vel quia propter dignitatem qua omnibus excellit, ab omnibus ſegregatus, ſeparatus ſit, ab aliis vertitur נזיר *princeps*, is qui principatum obtinet inter fratres; Chaldaeus paraphraſtes reddit, ſuper virum qui ſeparatus ſit a fratribus.

(*m*) Benjamin ſub emblemate lupi ad aviditatem et rapacitatem ejus ſignificandam, pingitur: Sub hac imagine vates tum praedae copiam ab hoſtibus ereptam, tum indolem ad coacervandam pronam ob oculos ponit. Praedationis ut et animalium rapacium emblemata de duabus illis tribubus Juda et Benjamine adhibentur. Vicinae inſuper fuerunt tribus, regni metropolin Hieroſolymam in utriuſque finibus habuerunt, primumque populo, judices dederunt, Othnielem ex Juda et Ehudem ex Benjamine; primique etiam reges earundem tribuum fuerunt,

2086. Ver. 29. נאסף Congregatus, collectus, admiſſus in communionem, domum patrum, inque haereditatem et tutelam domus illius coeleſtis: ad plures

N n abiens

fuerunt, Saul Benjamita et David ex Juda, propterea etiam copulantur, Pſ. lxviii. 28.

Benjamitae tribui Judae ſemper adhaeſerunt, adeoque arcta conjunctio fuit, ut unius tribûs nomine aliquando veniant, 1 Reg. xi. 32, 36, xii. 20. Redierunt etiam ab exilio Babylonico in Cananaeam hae ſolae duae tribus integrae, et uſque ad finem Reipub. conjunctae permanſerunt. Praedari more lupi, in Benjaminem recte quadrare, ex hiſtoria ſacra patet: Cananaeos ex ſua regione exſtirparunt, Jud i. 21. Moabitas ita profligavit Ehud Benjamita, ut ne unus de exercitu evaſerit, itaque repreſſit, ut terra 80 annis, quot ſub nullo judice poſtea, requieverit, Jud. iii. 29, 30. De Saulo memoratur, quod quocunque ſemet verteret, omnes ירשיע terrore perculſerit, vel potius *miſeros et calamitoſos reddiderit*. Vid. Schult. in Job. iii. 17. Hinc Benjamin hoſtium calcator eſſe dicitur, Pſ. lxviii. 25.

Verba illa *mane comedet praedam*, tantam praedae copiam a Benjamino lupino more praedante, coacervatam fore notant, ut ſibi non tantum mane, ſed et per totum diem, et ad veſperam uſque, aliis quoque quibus lubens impertiret, ſufficeret. *Mane* et *veſpera* totum diem, ſive univerſum durationis reipub. Judaicae terminum comprehendit, uti etiam illuſtrari hic locus poſſit ex Deut. xxxiii. 12. tegens illum toto die. Hoc inſuper ex Vaticinio de Juda confirmatur, ubi ſceptrum dicitur manſurum eſſe apud Judam, donec venerit Schiloh. Obſervatu dignum eſt, tempus nullius tribûs definitum eſſe praeter illud Judae et Benjaminis. Hiſtoria huic interpretationi favet; toto enim tempore ex quo Iſrael Cananaeam ſubjugare coepit, uſque ad Davidem, nox populo variis calamitatibus afflicto, incubuit, crepuſculum diei ſub Saulo, ſed dies cum Davide ſplendere coepit. Deinde meridie, ſol reipub. tempore exilii Babylonici obſcuratus eſt, et die ad veſperam inclinante, ſub Maccabaeis luciditſſimum rurſus vibravit lumen. Huic ſenſui etiam favet, quod exilium Babylonicum ſolis occaſui in meridie comparetur, Amos viii. 9. et medium annorum appellatur, Hab. ii. 2.

Si aliquis praejudiciis vacuus ſerio perpenderit Jacobum haecce fata filiorum praedixiſſe, cum ipſe et filii ejus peregrini in Ægypto fuiſſent, et adhuc pauci numero, 250 annos ante exitum Iſraelitarum ex Ægypto; ſi praeterea vatem non tantum ſitum, fines, et limites uniuſcujuſque tribus, qui poſtea iis ſorte aſſignati fuerant, ſed etiam indolem animumque ſingulorum tribuum adeo clare et diſtincte delineaſſe, uti ex hiſtoria illorum cuique attendenti patebit; patriarcham haec non ſua ſagacitate, nec humanâ prudentiâ, ſed afflatu illius Numinis quod varia ingenia, diverſamque indolem omnium hominum intime perſpexerat et praeviderat, neceſſario confiteri oportebit, quicquid gens inſanientis ſapientiae in contrarium affirmet.

abiens ex mundo viſibili ad inviſibilem illum ſtatum exiſtentiae. Part. 2 ſp. Ab אָסַף (n).

CAPUT L. VERSUS 2.

2087. הרֹפְאִים MEdici, pl. part. praeſ. 1 ſp. a ſing. רֹפֵא ſanans, medicus. *A phyſician, an healer.* (נִרְפָּא ſanatus eſt, praet. אֶרָפֵא ſanabor, 1 ſing. fut. הֵרָפֵה ſanari inf. 2 ſp.) A רָפָא رفا ſarcivit, hinc ſanavit. Vid. num. 1244.

2088. לַחֲנֹט Ut aromatibus condirent, inf. (חֲחֻנָטִים aromatibus conditi, part. paſſ.) 1 ſp. יַחַנְטוּ 3 pl. fut. 5 ſp. A חָנַט حنط prop. ſucco turſit, ematuruit vegeta ſpecie. *To ſwell with juice, to ripen.* Vid. Cant. ii. 2. 2. Condivit cadavera odoribus unctis ad ſpeciei vigentis conſervationem, ita ut cadaver ſic curatum turgeſceret, et in ipſa morte quaſi turgeſceret per potentiam ſucci aromatici; pollinxit. *To preſerve a dead body from putrefaction by aromatic juices, to embalm.*

2089. VER. 4. בְּכִיתִי Fletus. *Mourning.* A בָּכָה *flevit.*

2090. VER. 9. רֶכֶב Currus. *A chariot.* A רָכַב ركب, Vid. num. 1406.

2091. פָּרָשִׁים Equites. A פָּרַשׁ فارس eques, artis equeſtris peritus. *An horſeman.* A פָּרַשׁ فرس gnarus fuit rei equeſtris.

2092. VER. 10. גֹּרֶן Area. *A threſhing floor.* Ita dicta quod grana ibi poliantur, et a paleis tergantur. A גָּרַן جرن prop. terſit, polivit, laevigavit.

2093.

(n) Sic de Abrahamo, dicitur et collectus fuit ad populum ſuum. Sic 2 Reg. xxii. 20. Ecce collegam te ad patres tuos, et collegeris ad monumenta tua. Patet inde collegi ad patres, ſecundum popularem loquendi rationem ſtatum ſignare animae a corpore disjunctae, ſive obitum ad plures patres: Nam diſtinctio plane innui videtur inter collegi ad patres, et collegi ad monumenta.

2093. הָאָטָד Rhamnus, i. e. locus rhamni, Arab. اطد rhamnus, aculeatior et durior ſpina. *A thorn, a bramble.* Ab אָטַד اطد panxit firmius.

2094. עֵבֶר Tranſitus. *A paſſage.* A עָבַר tranſivit.

2095. מִסְפֵּד Planctus. *Lamentation.* A סָפַד planxit. Vid. num. 1320.

2096. Ver. 15. גָּמַלְנוּ Fovimus. 1 ſing. praet. 1 ſp. A גָּמַל جمل et غمل prop. fovit, metaphorice, fovit bonum vel malum alicui, tribuit, retribuit. *To make returns of any kind to one for that which they have done us.* Vid. num. 1255.

2097. Ver. 20. חֲשַׁבְתֶּם Exputaviſtis, vel ſubtiliſſime machinati eſtis ſubductiſſima velut ratione, 2 pl. m. (נֶחְשַׁב 3 praet. יֵחָשֵׁב 3 ſing. fut. 2 ſp. יִתְחַשֵּׁב 3 ſing. fut. 7 ſp.) 1 ſp. A חָשַׁב computavit. Vid. num. 997. Subnectitur autem, Deus in bonum חֲשָׁבָהּ computavit illud, i. e. ſubtiliſſimo et occulto conſilio ſuo direxit; haec machinatio ſubtiliſſima per rationes aſtute ſubductas in ſummam, quae ſolidiſſima credebatur, et certum exitum ſortitura, patet ex 1 Sam. xviii. 21. Jer. xi. 9. Dan. ii. 25. *To deſign, to purpoſe with ſubtilty, with ſkill in calculation.*

2098. Ver. 23. בְּנֵי שִׁלֵּשִׁים Filii *tertiorum*, i. e. tertia generatio, tertii, nomen m. pl. A שָׁלַשׁ tertius fuit.

2099. Ver. 26. וַיִּישֶׂם Et adpoſitus eſt; non anomalè hic venit pro וַיָּשֶׂם 3 ſing. fut. 6 ſp. a שׂוּם ſed eſt 3 ſing. fut. 1 ſp. analogicè formata, et verti poteſt intranſitive et *adpoſitus fuit*, vel tranſitive, *et adpoſuit*, imperſonaliter ut notavit cl. Cocceius. A יָשַׂם وسم adpoſuit, hinc apud Arabes *appoſuit ſignum.* *To place.* Vid. num. 1381.

2100. אֲרוֹן Arca lignea. *An ark, a coffin.* Ab אָרַן ارن alacer agilis fuit: Quidam volunt derivare hanc vocem. Ab אָרָה ارى collegit. Sed Arabes hanc vocem ſub radice אָרַן ordinant.

2101. חֲזַק Confirma te, eſto fortis, imp. 1 ſp. A חָזַק fortis fuit (*o*).

(*o*) In fine hujus libri et aliorum librorum fere adjicitur vox חֲזַק *eſto fortis*, confirma te, et in calce 2. libri regum, Jeſaiae et Jeremiae adjiciuntur duae voces חֲזַק וְנִתְחַזֵּק *eſto fortis* et *confirmemus nos*. Hae voces, ſecundum antiquum morem, ſubjiciuntur ad excitandos auctores, ut lectis his libris, etiam ſtrenue pergerent ad alios libros, voces illae occurrunt, 2 Sam. x. 12.

In fine librorum Haebraicorum clauſula aliqua addi ſolet, quae continet numerum verſuum, medium verſum, capita, ſectiones, aliaque: Quam una cum verſione latine cauſa tyronum hic adjecimus.

סכום פסוקי דספר ברשית אלף וחמש מאות ושלשים
וארבעה א"ך ל"ד סימן: והציו ועל הרבך תחיה: ופרשיותיו
י"ב ז"ה שמי לעולם סימן: וסדריו מ"ג ג"ם ברוך יהיה סימן:
ופרקיו נ' חננו לך קוינו סימן הפתוחות שלשה וארבעים
והסתומות שמנה וארבעים: הכל תשעים ואחת פרשיות
צא אתה וכל חעם אשר ברגליך סימן:

Numerus verſuum libri Geneſeos ſunt 1534. Literae illae אדלד ejuſdem numeri ſymboli ſunt. *Et medius ejus* verſus invenitur cap. xxvii. ver. 40. *et ſuper gladio tuo vives*. Ejuſdem libri ſectiones maximae, tribus פפפ vel ססס diſtinctae, ſunt *duodecim*. Et in voce זה numérice 12 denotante, idem numerus exprimitur: "Hoc eſt "nomen meum in aeternum", Exod. iii. 15. Capita ejus maſorethica ſunt 43. qui numerus voce גם denotatur. Etiam benedictus ſit, Gen. xxvii. 33. *Sed capita ejus*, hodie uſitata, ſunt 50. expreſſa voce לך: "Domine, eſto gratioſe nobis, te exſpectamus", Jeſ. xxxiii. 2. *Numerus* ſectionum *apertarum*, litera una פ denotatarum ſunt 43. Sed *clauſarum*, litera ס *indicatarum* ſunt 48, quae ſimul collectae ſunt *ſectiones* majores et minores 91. Hae voci צא numerice includuntur: "Exi tu et totus iſte populus, qui tua veſtigia ſequitur.

EXODI

EXODI

CAPUT I. Versus 8. (p)

2102. חָדָשׁ M. Novus. *New.* In f. g. חֲדָשָׁה. A חָדַשׁ حدث حدس renovavit. Vid. n. 644.

2103. Ver. 10. נִתְחַכְּמָה Noſmetipſos callidos, ſapientes oſtendemus, 1 pl. fut. 7 ſp. A חָכַם حكم ſolidè compactus fuit. 2. Sapiens fuit. In 7 ſp. הִתְחַכֵּם Sapientem ſemel praeſtitit. *To act in a cunning ſubtle manner.*

2104. נוֹסַף Additus eſt, praet. 2 ſp. (הוֹסִיף inf. 5 ſp.) יָסַף addidit. Vid. num. 706.

2105. וְנִלְחַם Conſertus erit, praet. cum ו converſ. יִלָּחֵם 3 ſing. fut. הִלָּחֵם inf. 2 ſp. לְחֻמֵי in ſtat. conſtr. pro לְחוּמִים exciſi, conſumpti, part. paſſ. 1 ſp. לָחַם لحم conſeruit. In 2 ſp. conſertus fuit cum alio, pugnavit. *To engage with an enemy, to fight.* 2. Conſeruit dentes, comedit. *To eat.*

2106. Ver. 11. עַנֹּות Et עַנֵּה affligere valde, inf. 3 ſp. A עָנָה afflixit. Vid. num. 1023 et 1690.

2107. בְּסִבְלֹתָם In oneribus illorum. Ex praef. ב in, et aff. ם et סִבְלוֹת pl. a סִבְלָה onus. *A burden.* A סָבַל portavit. Vid. num. 2049.

2108,

(p) וְאֵלֶּה שְׁמוֹת *Et illa ſunt nomina.* Eſt titulus ſecundi libri Moſis, qui ſic appellatur a primis vocibus, vel brevius a prima ejus voce emphatica שְׁמוֹת quae paſſim ſupra textum Hebraeum in Exodo conſpicitur. Haecce diviſio Pentateuchi in quinque libros non videtur inſtituta ab Hebraeis ſed a Graecis, quia appellationes antiquae illorum librorum, ut Γένησις, Ἔξοδος, &c. fere ſunt Graecae. Vid. Leuſden. philolog. Hebr. diſſertat. 4.

Continet *Exodus* hiſtoriam Eccleſiae Iſraeliticae, a morte Joſephi uſque ad exitum ex Ægypto, et conſtitutum populum ac cultum Iſraeliticum in deſerto.

2108. מִסְכְּנוֹת F. pl. promptuaria, armamentaria. *Store-houſes.* A סָכַן recondidit in cellam promptuariam.

2109. VER. 12. וַיָּקֻצוּ Ita ut faſtidio et horrore afficerentur, 3 pl. אָקֻץ 1 ſing. fut. 1 ſp. A קוּץ قاض faſtidivit, taedio affectus fuit. Vid. num. 1519.

2110. VER. 13. פָּרֶךְ Prop. contritio, ſaevitia, ſaevum imperium. *Cruelty, rigour.* A פָּרַךְ فرك contrivit cum diffractione et comminutione, conculcavit.

2111. VER. 15. מְיַלְּדוֹת Obſtetrices. *Midwives.* Pl. part. f. g. בְּיַלֶּדְכֶן cum obſtetricaveritis. *When ye do the office of a midwife.* Inf. cum praef. ב et aff. כֶן 3 ſp. A יָלַד peperit (*q*).

2112. הָעִבְרִיּוֹת Hebraeae, pl. f. g. a m. עִבְרִי Hebraeus. Vid. num. 953.

2113. VER. 16. הָאָבְנָיִם Sellae parturientium, q. d. geminus lapis, quòd ex duobus lapidibus conſtaret. *A ſeat convenient for women in labour.* Etiam rota figuli. *The wheel or frame on which potters work.* Dual. ab אֹבֶן. Ab אָבַן ابن in duritiem coaluit, concrevit.

2114. וַהֲמִתֶּן Et interficietis, 2 pl. f. g. הֲמִתֶּם 2 pl. m. praet. יָמִית et יָמֵת 3 ſing. m. fut. הָמִית inf. et imp. 5 ſp. הוּמַת interfectus eſt, praet. יוּמַת 3 ſing. m. fut. 6 ſp. A מוּת مات mortuus eſt. *To die.*

2115. VER. 17. וַתְּחַיֶּיןָ Et vivos ſervârunt, 3 pl. f. g. תְּחַיֶּיןָ 2 pl. m. תְּחַיֶּה 2 ſing. m. יְחַיֶּה 3 ſing. m. אֲחַיֶּה 1 ſing. fut. 3 ſp. חִיָּה in vita conſervavit, vivere fecit. *To preſerve alive.* (הֶחֱיֵיתִי 1 ſing. praet. הַחֲיוּ 2 pl. imp. 5 ſp.) A חָיָה حيي vixit. *To live, to be in a firm vigorous ſtate.* Vid. n. 180.

2116.

(*q*) Hic plane videmus quam gravi errore laborant, qui hanc tertiam ſpeciem vulgo dictam Pihhel e grammatica Hebraea eliminandam eſſe velint: Manifeſtum enim eſt, יִלֵּד obſtetricantes, parere facientes, juvantes, plane plus ſignificare quam יָלַד *parere* in prima ſpecie. Sic חִיָּה *vivificavit, vivum conſervavit* plus notat quam חָיָה *vixit*, ut patet ex לְחַיּוֹת *ad conſervandum in vita*, " to preſerve " alive,"

2116. VER. 19. מִצְרִיּוֹת Ægyptiacae, pl. f. g. a m. מִצְרִי Ægyptiacus. A מִצְרַיִם Ægyptus.

2117. חָיוֹת Vividae, vegetae. *Lively, vigorous.* Prop. quibus vigor, coagmentatio ineſt. Pl. f. g. part. 1 ſp. Ab חָיָה vixit. Vid. num. 96.

2118. VER. 22. הַיִּלּוֹד Natus, qui naſcitur, eſt nomen formae פָּקוֹד. (Vid. Simonis Arcan. form. nomin. ling. Heb. p. 419.) A יָלַד genuit (*r*).

2119. תַּשְׁלִיכֻהוּ Projicietis eum ex aff. הוּ et 2 pl. תַּשְׁלִיךְ 3 ſing. f. g. fut. הַשְׁלֵךְ imper. 5 ſp. הִשְׁלִיךְ projecit. A שָׁלַךְ سلك jecit, dejecit. *To fling, to throw, to caſt as a tree its leaves, or flowers.*

CAPUT

" alive," uti redditur a noſtris interpretibus, Gen. vii. 3. Sic etiam לְחַיּוֹתָם ad eos in vita conſervandos, Joſh. ix. 15. לְחַיֹּתֵנוּ *ad nos in vita conſervandos,* Deut. vi. 24. Sic extat in imperat. חַיֵּנִי *vivifica me,* " quicken me," Pſ. cxix. 25. 27. 40. Vid. etiam Pſ. xxx. 4. cxix. 93. Habac. iii. 2.

Talia exempla ſelegi ubi nulla litera praeformans extat, qua quis contendere poſſit talia eſſe in Hiphhil, ſive 5ta ſpecie.

Praeterea lingua Hebraea plane cum lingua Arabica, caeteriſque linguis orientalibus, convenit, ubi haec ſpecies extat, eandemque characteriſticam, ſimilemque ſignificationem, poſſideat. Vid. Gram. p. 113. Vid. plura exempla hujus ſpeciei in num. 2116.

(*r*) וַיַּעַשׂ לָהֶם בָּתִּים *Facere domos,* ad Iſraelitas referendum eſt, ad quos relativum maſ. לָהֶם *ipſis* omnino pertinet, et ſic vertendum eſt, et *factum eſt, cum obſtetrices timerent Deum, et Deus iis* (nempe Iſraelitis) *domos faceret, ut praeceperit Pharaoh,* &c. " And it came " to paſs, as the midwives feared God, and God built houſes to them, " (*i. e.* the Iſraelites) that Pharaoh commanded, &c." Ex quo manifeſtum eſt, *facere domos* et *multiplicare populum* idem ſignificare, cum modo dictum fuit, populum, per pia illa obſtetricum facinora, multiplicatum fuiſſe. *Ædificari* hoc ſenſu ſumitur, Job. xxii. 23. *Si converſus fueris ad omnipotentem, aedificaberis,* nempe *ſpe,* re, prole, fortunis omnibus. Sic etiam 2 Sam. vii. 11. Annuntiat tibi Dominus, quod *domum* faciet tibi Dominus, &c.

CAPUT II. VERSUS 2.

2120. וַתִּצְפְּנֵהוּ ET occultavit eum, ex aff. הוּ et 3 ſing. f. g. fut. 1 ſp. (הִצְפִּינוֹ inf. 5 ſp. cum aff ו). A צָפַן صفن prop. compegit, 2 occultavit, recondidit in loculo. *To conceal, to lay up in ſtore as a treaſure.*

2121. VER. 3. גֹּמֶא Juncus, ita dictus a ſorbendo aquam. *A ruſh, which is always drinking in water, a bulruſh, the papyrus.* A גָּמָא ſorpſit.

2122. וַתַּחְמְרָה Et bitumine obduxit. 3 ſing. fut. 1 ſp. A חָמַר خمر prop. ferbuit: Hinc efferveſcentiam, commixtionem lutoſam notat; fermentavit maſſam intus abdito fermento; bituminavit, bitumine efferveſcente obduxit. *To ferment, to be muddy, to be in a turbid ſtate like water mixed with mud, to daub, to cover over with fermented ſlime or mud.*

2123. זֶפֶת زفت Pix. *Pitch.* A זָפַת زفت illivit pice, picavit.

2124. סוּף Juncus, *alga* Nilotica, (quam *papyrus* interpretantur. Vid. Bochart. Hieroz. part. i. l. ii. cap. 34.) *A ſea weed, reſembling a bulruſh, the alga or oar-weed.* (יַם סוּף *the ſea of weeds, or the weedy ſea.*) A סוּף finivit, defecit (*s*).

2125.

(*s*) יַם סוּף Mare junci vel juncoſum; mare rubrum *juncis* abundare ex *Herodoto*, *Strabone*, *Diodoro*, *Siculo*, aliiſque, Clericus ad Exod. x. 19. Grotius ad locum, et Bochartus, oſtendunt. Hodiernum juncum in mari rubro creſcere refert Neitzchitz. in Itiner. p. 14. Sed mare rubrum nomen habere ab herba quadam marina Æthiopibus *Supho* dicta, et in fundo illius creſcente, quo non tantum ipſa rubra ſit, ſed unde et color ruber, pannis tingendis inſerviens, conficiatur, docet P. Hieronymus de *qualitate* maris rubri, p. xlvii. et ſeq.

Stephanus quidam qui de urbibus ſcripſit, citat Uranium ſcriptorem Punicum, qui illud mare rubrum appellari voluit, quod ex ratione montium quibus cingitur, per radios ſolis ruborem excipiat. Neque hoc

2125. VER. 4. וַתֵּתַצַּב Et ſemet ſtiterat, pro תִּתְיַצֵּב 3 ſing. f. g. יִתְיַצְּבוּ 3 pl. m. fut. הִתְיַצֵּב imp. et inf. 7 ſp. A יָצַב, ضب, prop. perſtitit fixus, in 7 ſp. הִתְיַצֵּב aſſiduitatem, frequentiam et perſeverantiam, qua vel loco vel rei adfixi ſumus, notat. Vid. 2 Chron. xii. 13. A יָצַב. Vid. n. 1286.

2126. לְדֵעָה Ad ſciendum. Ex praef. ל ad, et דֵעָה per aphaereſin ה Jod pro יְדָעָה inf. (יְדֻעִים pro יְדוּעִים noti, part. paſſ.) 1 ſp. A יָדַע novit. Vid. n. 194.

2127. VER. 6. תַּחְמֹל Et emollita fuit ſuper ipſum; molli et tenera commiſeratione affecta fuit, 3 ſing. f. g. fut. 1 ſp. A חָמַל خمل, mollis fuit, tenerrimo et molliſſimo affectu commotus fuit. *To be ſoft and tender, to be moved with tender compaſſion, to pity.* Conſtrui amat cum אֶל ad, et עַל ſuper: Hinc in 5 ſp. הֶחְמִיל עַל indulgere alicui, prop. mollem ſe exhibere ſuper aliquem (*t*).

2128. VER. 7. וְתֵינִק Et lactet, ſugendum praebeat, pro תְּיַנִּיק ob anteced. Jod quae quieſcit in (··) 3 ſing. fut. (הֵינִיק lac ſugendum praebuit, praet.) 5 ſp. part. praeſ. 1 ſp. יוֹנֵק *ſugens.* A יָנַק ſuxit. *To ſuck as an infant the breaſt, to nurſe.*

2129. VER. 9. הֵילִיכִי Tolle, aufer, 2 ſing f. g. imp. in m. g. extat cum Waw הוֹלֵךְ *defer,* אוֹלֵךְ 1 ſing. יוֹלִיךְ et יוֹלֵךְ ire faciet, 3 ſing. m. fut. הוֹלִיךְ ire fecit, ire juſſit, duxit, praet. 5 ſp. (לֶכְתְּךָ ire te, inf. per aphaereſin literae Jod, אֵלֵךְ 1 ſing. fut. 1 ſp.) A יָלַךְ ivit. *To go.*

O o 2130.

hoc prorſus a natura alienum, nam radii ſolis in denſas nubes incidentes variè repercuſſi, varios itidem colores nobis referunt. Vid. 2 Reg. iii. 22.——Lipenius putat ים סוף mare Suph eſſe vi verbi, mare finitum, limitatum, terminis et littoribus circumſeptum, et opponi ים הגדול mari magno, ſcil. Mediterraneo. Vid. Schaw's travels, p. 447.

(*t*) Tria ſynonyma ſuam quaeque originem et vim indicantia conglobantur, Jer. xiii. 14.——Primum eſt, *non* אֶחְמוֹל *molleſcam tenera affectione*:—Secundum, *non* אָחוּס *connivebo oculo clauſo, condemnabo*:—Tertium, *non* אֲרַחֵם viſceribus afficiar, commovebor, qui eſt cumulus *teneritudinis* cor *emollientis.*

2130. Ver. 10. מֹשֶׁה Moſes, prop. exterſus (*vi intranſit.*) quem filia Pharaonis abſterſit et refocillavit. A מָשָׁה.

2131. מְשִׁיתִהוּ Abſterſi, refocillavi eum, 1 ſing. m. praet. 1 ſp. A מָשָׁה مسى prop. abſterſit, refocillavit, extraxit. *To draw out or forth.*

2132. Ver. 11. מַכֶּה Part. *percutiens*, יַךְ et יַכֶּה pro יַנְכֶה 3 ſing. m. תַּכֶּה 3 ſing. f. אַכֶּה et וָאַךְ 1 ſing. m. נַכֶּה et נַךְ 1 pl. fut. הַכֵּה inf. 5 ſp. A נָכָה نكى percuſſit, et quidem gravioribus plagis. Vid. num. 938.

2133. Ver. 12. כֹּה Sic, ita huc. *Thus.* Eſt particula notans modum rei, ad locum et tempus reſtrictum. A כָּהָה conſtrinxit, contraxit; uti in hoc loco, *reſpexit Moſes ad hunc et illum locum*; alii vero volunt eſſe compoſitum, ex praef. כ et ה q. d. ſecundum hoc, עַד כֹּה *uſque ad hoc tempus.*

2134. Ver. 13. נִצִּים Rixantes, part. pl. m. יִנָּצוּ rixati fuerint, 3 pl. m. fut. 2 ſp. (הִצּוּ 3 pl. praet. הִצּוֹת inf. 5 ſp. A נָצָה نصا vulſit, ſpeciatim crines, prehendit antias, et ita certavit. *To pull one by the hair.* 2. Contendit, pugnavit deprehenſis utrinque antiis, rixatus eſt. *To quarrel, to ſtrive, with blows or words, to buffet.*

2135. Ver. 16. וַתִּדְלֶנָה Et ſitulis hauſerunt, 3 pl. f. g. fut. (דְּלֹה inf.) 1 ſp. a דָּלָה دلى prop. notat volubilem motum ſeu reciprocationem ſitularum: Hinc ſitulis hauſit. *To draw water.* 2. Transfertur ad oculos in lachrymas effuſos. Iſa, xxxviii. 17. *reciprocabant oculi mei ſitulas ſurſum;* aquati nempe dicuntur oculi, et deſcendere in aquas, tanquam hauſtores, quum in lachrymas effunduntur. Vid. etiam Thren. i. 16.

2136. Ver. 21. וַיּוֹאֶל Et induxit in animum, 3 ſing. fut. 5 ſp. הוֹאֵל a יָאַל. Vid. num. 1148.

2137. Ver. 23. וַיֵּאָנְחוּ Et ſuſpiria emittere adacti fuere, 3 pl. fut. 2 ſp. cum ו relativo. Ab אָנַח انح anhelavit, vehementius ſpiravit ex laſſitudine et gravita-

te

te oneris, ex imo gutture eduxit ſuſpirium. *To ſigh, to groan.*

2138. וַיִּזְעָקוּ 3 Pl. fut. 1 ſp. A זָעַק ضعق et زعق cum fragore erupit, exclamavit. *To cry out, to complain loudly under diſtreſs.*

2139. שַׁוְעָתָם Vociferatio eorum, ex aff. ם et שַׁוְעָה vociferatio, quiritatio oppreſſi. *The cry or complaint of diſtreſs.* A שוע ساع et سوع vociferavit, imploravit opemque a vindice juſto. Vid. Job. xix. 7. xxiv. 12. Pſ. xviii. 42.

2140. Ver. 24. נַאֲקָת In ſtatu conſtr. pro נְאָקָה gemitus. *Groaning under oppreſſion.* A נאק نهك prop. ſingultivit. 2. Gemuit.

CAPUT III. Versus 1.

2141. חֹתֵן ختن PRop. *affinis per uxorem junctus,* proximus mulieris: Hinc ſocer. *A father in law*; etiam gener, in f. g. חוֹתֶנֶת ſocrus. *A mother in law.* Vid. num. 1181. A חָתַן affinitatem iniit. Vid. num. 1734.

2142. Ver. 2. בְּלַבַּת *In parte interiore,* ex praef. ב in, et ſtat. conſtr. pro לַבָּה cor, item medulla, arboris, vel plantae interior pars. A לָבַב affixus fuit. Vid. num. 576. Plane errare videntur qui לַבַּת contractum eſſe pro לֶהָבַת flamma. *A flame.* A לָהַב flammam extulit.

2143. הַסְּנֶה سنى *Rubus,* ἡ Βατος. *The black berry buſh.* Rubus fructus nigro caule aculeato, foliis ternatis ac quinatis. Hort. Cliffort. 192. Vid. Celſ. Hierobotan. vol. ii. p. 58. A סָנָה سنا in 4 ſp. notat anni injuriam, ſiccitatem, ſterilitatem paſſus eſt: Aliis vero eſt ſpina Ægyptiaca, Acacia.

2144. בֹּעֵר *Flagrans,* (יִבְעַר 3 ſing. m. g. fut.) 1 ſp. A בָּעַר بغر flagravit, deflagravit. *To be ſet on fire.*

2145.

2145. Ver. 5. שַׁל Exue pro נְשַׁל per aphaereſin, imp. 1 ſp. (יִשַּׁל excutiatur vel exuet ſe, 3 ſing. m. fut. 2 ſp.) A נָשַׁל نشل extraxit, evulſit, excuſſit, et intranſitive excuſſus eſt. *To pull, or pluck off, to caſt its fruit as the olive tree.* Deut. xxviii. 40.

2146. Ver. 7. נֹגְשָׂיו Exactores ejus, ex aff. ו et נֹגְשֵׂי pro נֹגְשִׂים pl. part. praeſ. a ſing. נֹגֵשׂ verbo et verbere urgens, יִגּוֹשׂ 3 ſing. fut. 1 ſp. A נָגַשׂ نجش (ejuſdem origines cum נגשׂ) prop. celeriori motu incitavit : Exegit opus vel pecuniam. In 2 ſp. notat exactionem pati, opprimi. *To demand, or exact rigorouſly work or money.*

2147. מַכְאֹב Livida et lurida plaga. *A ſtroke producing paleneſs, wanneſs; hence ſorrow, grief.* A כָּאַב كاب lurido colore fuit, moeruit. Vid. num. 1745.

2148. Ver. 8. זָבַת In ſtat. conſtr. pro זָבָה fluens, prop. liquefacta, terra nempe quae ubivis locorum quaſi eliquat, liquido curſu melleos lacteoſque fluores effundit, part. f. g. A זוב ذاب (med. Waw) proprie notat liquere, liquefactus fuit, liquefactum fluxit. Vid. Pſ. lxxviii. 20. cv. 41. *To flow, or iſſue forth as water out of a ſpring.*

2149. Ver. 9. הַלַּחַץ Oppreſſio, anguſtia. *Oppreſſion, affliction.* Ab ſequente לחץ.

2150. לֹחֲצִים Opprimentes, part. pl. m. g. תִּלְחַץ 2 ſing. m. fut. (תִּלָּחֵץ opprimebatur, vel oppreſſit ſe, 3 ſing. f. fut. 2 ſp.) A לָחַץ لحص prop. arctavit, compreſſit. 2. Oppreſſit. *To preſs or ſqueeze very hard, to oppreſs.*

2151. Ver. 14. אֶהְיֶה Nomen Dei proprium ſynonymum tetragrammati יְהוָה *Æternus*, Is qui ſemper eſt et exiſtit. *The Eternal One.* Quidam volunt eſſe 1 ſing. fut. 1 ſp. Ab הָיָה *fuit.* Contra quos, vid. Druſ. in tetragram. c. 3. et Wollii diſſertat. de ignoto Judaeorum et Athenienſium Deo (*u*).

2152.

(*u*) Arabs. Erpenii reddit الازلي الذي ليس يزول Æternus qui non tranſibit, LXX ὁ ὤν, Jonathan, " Ego ille qui ſum, et qui fu-

" turus

2152. VER. 15. זִכְרִי Ex aff. י. et זֵכֶר et זָכַר ذكر prop. odor fragrans, fama nobilis, laus in aeternum vigens et florens, concelebratiſſima commemoratio. *A fragrant odour, an agreeable remembrance, commemoration, a memorial.* A זָכַר viguit, praeſertim acri odore. Vid. num. 671 (*v*).

2153. VER. 16. הֶעָשׂוּי Quod factum eſt, part. paſſ. תֵּעָשֶׂין 2 pl. m. fut. 1 ſp. (נַעֲשְׂתָה 3 ſing. f. g. נַעֲשׂוּ 3 pl. praet. נַעֲשָׂה factum, paratum, part. תֵּעָשֶׂה 3 ſing. f. fut. 2 ſp.) A עָשָׂה عشي fecit. Vid. num. 44.

2154. VER. 19. חֲזָקָה F. a m. חָזָק validus, fortis. *Mighty, ſtrong.* A חָזַק forti brachio polluit.

2155. VER. 20. נִפְלְאֹת Mirabilia, miracula. *Wonderful things, miracles.* Pl. f. ab נִפְלָאָה; exſtat etiam נִפְלָאֹת a m. נִפְלָא mirabilis, part. יִפָּלֵא diſerte diſtinxerit, vel

" turus ſum ;" et in Schemoth Rabba explicatur, " Ego qui fui, " qui ſum, et qui futurus ſum." Doctiſſ. Houbigant ſic vertit, " Is " ero, qui *olim* futurus ſum." Addit *olim* ex ſententia, et ex ipſa futuri אהיה voluntate. Deus enim (addit ille) Moſis poſtulationi reſpondet, ſe eundem futurum, cum populum Iſraelem ex Ægypto liberabit, quem promiſit patribus Iſaac et Jacob olim venturum, et generis humani fore liberatorem ; rem ipſam indicans in nomine Jehova olim adumbratam.

(*v*) Notabilis dignitas eſt in יְהוָה זֶה זִכְרִי Jehovah eſt fragrantia mea, i. e. nomen fragrantiſſimum meum. " Jehovah is that name " which is moſt fragrant and agreeable to me." Sic Hoſ. xii. 6. Jehovah זִכְרוֹ vulgo *memoriale*, et noſtra verſio, " Jehovah is my " memorial." Potius odor fragrans, fama nobilis, laus in aeternum vigens et florens, Jehovah.—Pro quo Eſſ. xxvi. 8. לְשִׁמְךָ וּלְזִכְרְךָ ad nomen tuum atque fragrantiſſimum tuum deſiderium animae noſtrae.——Primaria ſignificatio hujus vocis זָכַר plane apparet ex Jeſ. lxvi. 3. מַזְכִּיר לְבֹנָה *adolens thus* ; ubi non quadraret *commemorans*, uti vulgo redditur haec vox. Sic Jeſ. xxvi. 8. בְּךָ נַזְכִּיר שְׁמֶךָ per te fragrare facimus nomen tuum, ſive commemoratione fragrantiſſima celebramus ; ejus odorem acrem ac ſuavem longe diffundimus. Pſ. cxi. 3. זֵכֶר fragrantiam fecit mirabilibus ſuis, i. e. memoriam et celebritatem fragrantem, et perenni vigore florentem. Vid. Schult. comment. in Prov. x. 7.

vel diſtinguere fecerit, 3 ſing. m. fut. In 5 ſp. הִפְלָא diſtinguere fecit. *To make a perſon or thing wonderful, remarkable.* (פַּלֵּא inf. 3 ſp. פִּלֵּא diligenter diſtinxit, diſtincte et diſerte ſeparavit. *To diſtinguiſh, ſo as to remove all ambiguity; hence applied to a diſtinct or diſtinguiſhed vow* 2 ſp. נִפְלָא mirum, prodigioſum, admirabile fuit. *To be diſtinguiſhed from the common courſe of nature, to be wonderful and aſtoniſhing.*) A פָּלָא فلا (ejuſdem originis cum פָּלָה فلي) ſeparavit. Vid. num. 1122.

2156. Ver. 22. מִשְּׁכֶנְתָּהּ A vicina ejus, ex praef. מ a, et aff. הּ, et שְׁכֶנֶת vicina, f. a m. שָׁכֵן habitans, habitator. A שָׁכַן habitavit. Vid. num. 403.

2157. מִגָּרַת Ab peregrinante, hoſpita, ex praef. מ *ab*, et גָּרַת in conſtr. ſtat. pro גָּרָה a m. גָּר part. praeſ. 1 ſp. גּוּר peregrinatus eſt.

2158. וְנִצַּלְתֶּם Et exuere facietis, ſpoliabitis, 2 pl. praet. 3 ſp. (וַיִּתְנַצְּלוּ et ſemet ſpoliârunt, 3 pl. m. fut. 7 ſp.) A נָצַל. Vid. num. 1702.

CAPUT IV. Versus 2.

2159. מַזֶּה QUid hoc? *What is this?* Ex מָה *quid*, et זֶה *hoc*, uti vulgò reſolvitur, ſed potius ex מִן *ex* et זֶה *hoc*.

2160. Ver. 4. זָנָב ذنب Cauda. *A tail.* A זָנַב ذنب prop. appactus, pinguis fuit (*w*).

2161. Ver. 6. מְצֹרַעַת Leproſa, f. g. a m. מְצֹרָע part. 4 ſp. pro מְצֹּרָע ob dageſch, ex ר excluſo, et compenſ.

(*w*) Ægypti regum mos fuit pervetus, diademata ſerpentis imagine diſtincta geſtare, quo vis invicta principatus ſignificaretur. Vid. Coel. Rhadig. lib. xxv. cap. 31. Philo ait, in lib. de agricultura, Moſis ſerpentem notaſſe κρατεριαν, *fortitudinem.* Hinc patet ratio, cur baculum Moſis in vivum ſerpentem transfiguraverit Deus; qui Pharaonum pictos, Magorum fictos ſerpentes, cum tota vi invicta ſui principatus, vel arido ſcipione, elideret ac devoraret. Vid. Trigland. de orig. et cauſ. rit. Moſ. p. 125.

penſ. per chol. A צָרַע صرع gravius feriit, proſtravit. Apud Arabes etiam epilepſiâ ictus fuit, in 4 ſp. leprâ affectus fuit (x).

2162. כַּשָּׁלֶג *Inſtar nivis*, ex praef. כ et שֶׁלֶג ثلج nix. *Snow*. A שָׁלַג ثلج ninxit coelum.

2163. VER. 9. מִמֵּימֵי Ex aquis, pl. in ſtat. conſtruct. cum praef. מ ex, pro מֵימִים per reduplicationem. A מַיִם aquae. Vid. num. 18.

2164. VER. 11. אִלֵּם Ligatus; hinc mutus. *Dumb*. Ab אָלַם الم ligavit, vinxit.

2165. חֵרֵשׁ Surdus et mutus, prop. obtuſus auribus vel lingua. *Smitten or ſtruck on the tongue or ears, ſo as to be ſilent or deaf.* A חָרַשׁ حرث et حرس prop. cudit. 2. Aravit; item obticuit, q. d. obtundi aure, linguâ.

2166. פִּקֵּחַ Perſpicaces reddens oculos, acutiſſimos, pl. פִּקְחִים. *Quick of judgment and underſtanding, the moſt acute, quick-ſighted.* (Opponitur τῷ עִוֵּר) A פָּקַח. Vid. num. 292.

2167. עִוֵּר Prop. cui oculus ſubſidet in cavitatem ſuam, neque protuberavit: Hinc caecus, f. עִוֶּרֶת caeca. *Blind.* (עִוָּרוֹן Caecitas. *Blindneſs.*) A עוּר عار ſubſedit in profundum, caecus fuit.

2168. VER. 12. וְהוֹרֵיתִי Et docebo, 1 ſing. praet. יוֹרֶה 3 ſing. m. יוֹרוּ 3 pl. m. fut. 5 ſp. irrigavit animum doctrinâ. Vid. num. 1919. (וַנִּירֵם Et jaculis confiximus eos, ex aff. ם et נִירֶה 1 pl. fut. 1 ſp.) A יָרָה docuit. Vid. num. 1979.

2169.

(x) Veriſimillimum eſt, Moſen hoc miraculum patrâſſe coram Pharaone, uti ſe vere a Deo miſſum eſſe demonſtraret: Hinc notio petenda eſt calumniae quâ Iſraelitae Ægypto egreſſi, traducti ſunt ut leproſi, praeſertim vero dux eorum Moſes. Si Moſes coram Pharaone manum ſuam leprâ infectam exhibuerit, ut ipſa hiſtoria ſacra narrat; quam facile inde ſpargi potuit rumor, et ad Moſis invidiam confictum mendacium, *Moſen vere fuiſſe leproſum.* Praeterea plurimae leges de lepra et leproſis, quae in Levitico offenderunt, errorem quem ex traditione acceperant, confirmârunt. Vid. Vitring. diſſert. vol. i. p. 179.

2169. Ver. 13. בִּי Quaeſo. A בָּיָה *intendit*, quum igitur ſtruitur בִּי אֲדֹנִי quaeſo Domine mi, Hebraiſmus notat, Dominus in me intendat.

2170. Ver. 14. שָׂמַח سمح Ipſa radix, prop. enodis fuit, laevis fuit ſine ulla aſperitate. 2. Gaviſus, laetatus eſt. *To rejoice.* שְׂמַחְתֶּם 2 pl. praet. שְׂמַח imp. 1 ſp.

2171. Ver. 20. יַרְכִּבֵם Equitare fecit eos, 3 ſing. fut. 5 ſp. cum aff. ם. A רָכַב ركب equitavit. *To ride.* Vid. num. 1406.

2172. Ver. 21. מוֹפְתִים Prodigia, pl. a מוֹפֵת prodigium, res mira omnis. *A prodigy, a wonder.* Ab אָפַת افت vertit, permutavit.

2173. אֲחַזֵּק Et obfirmabo, 1 ſing. יְחַזֵּק 3 ſing. fut. חַזֵּק 2 ſing. m. imp. חִזְּקוּ 3 pl. praet. 3 ſp. (הֶחֱזִיק ſe confirmavit, praet. מַחֲזִיק part. 5 ſp. יִתְחַזֵּק 3 ſing. m. fut. הִתְחַזַּקְתֶּם 2 pl. m. praet. 7 ſp.) A חָזַק حزق conſtrinxit, revinxit: Hinc roboravit, confirmavit; intranſitive etiam invaluit, praevaluit. *To ſtrengthen, to make ſtrong, to become or grow ſtrong, to prevail.* Vid. num. 1178.

2174. Ver. 25. צֹר Silex, lapis acutus. *A flint, a ſharp ſtone.* (Hinc Joſh. v. 2. *cultri ſilicum, petrarum*, i. e. acuti.) A צוּר صار ſecuit.

2175. Ver. 26. וַיִּרֶף Et receſſit, 3 ſing. m. g. fut. 1 ſp. cum ו converſ. pro יִרְפֶּה (נִרְפִּים *otioſi, remiſſi*, pl. m. part. 2 ſp. יַרְפְּךָ *deſeret te*, 3 ſing. m. g. fut. הֶרֶף *remitte*, imp. 5 ſp.) A רָפָה رفا, prop. flaccidus fuit: Hinc remiſit. *To remit, to let go, to ſlacken.*

2176. לַמּוּלֹת Ad circumciſiones, ex praef. ל et pl. a מוּלָה circumciſio. *Circumciſion.* A מוּל circumcidit.

CAPUT V. Versus 1.

2177. וְיָחֹגּוּ ET feſtum celebrabunt, 3 ſing. m. תָּחֹג 2 ſing. m. תָּחֹגּוּ 2 pl. fut. (חַגֹּתֶם 2 pl. praet.)

praet.) 1 ſp. A חָגַג حج prop. gyravit, in gyrum commotus et circumactus fuit: Hinc tripudiavit, feſtum celebravit. *To move with various turns and agitations, to keep or celebrate a feſtival.*

2178. VER. 3. דֶּבֶר دبر Peſtis, prop. nexa ſeries, pernicies alicui ſtructa, internecio, *A plague.* A דָּבַר دبر ſtruxit, machinatus perniciem. Vid. 2 Chron. xxii. 10. ubi haec ſignificatio plane extat; et num. 1739. Ex quo plane apparet affinitas hujus ſignificationis cum ipſa radice.

2179. VER. 4. תַּפְרִיעוּ Diſturbatâ veluti lineâ abſtrahatis, (*Why do ye ſcatter or unhinge the minds of the people from their proper buſineſs*) 2 pl. m. fut. (תִּפְרְעוּ non diſſolvatis, diſturbetis crines, 2 pl. m. fut. 1 ſp.) 5 ſp. A פָּרַע Arab. فرط (ע in ط mutato. Vid. Clav. Dialect. p. 270.) abſcidit, res nexas diſſolvit; ut cum crines diſſolvuntur aut diſturbantur; item quum linea ſeu filum, quo nexae ſunt margaritae, aliaeve baccae, ſcinditur ac diſturbatur. *To break, to looſe, to unſtring a ſtring of pearls.* 2. Hinc diſſolvit, diſturbavit ſeriem nexam, compoſitamve, ut crinium, ordinis, diſciplinae. *To diſſolve, to perplex, to diſturb, to confound the regular order, diſcipline of ſociety; to put out of order, applied to the hair of the head* (y).

P p 2180.

(*y*) Haecce *linea*, nexa ſeries margaritarum transfertur ad diſciplinam pulchre conſertam ac connexam; omnemque ſtatum bene ordinatum ac compoſitum. Illius conſertae lineae ſciſſionem, diſturbationem exprimit vox פרע ut hic, Quare populum ab operibus ſuis diſturbatâ veluti lineâ abſtrahitis? בִּפְרֹעַ פְּרָעוֹת In diſſolutione diſſolutionum rerum nexarum, i.e. in ſumma diſturbatione rerum omnium in Iſraele; quum lineae religionis, diſciplinaeque omnis eſſent diſciſſae et disjectae; cum omnia abſque ullo ordine volverentur, Jud. v. 2. Genuina vis hujus vocis extat 2 Chron. xxviii. 19. ביהודה הפריע *lineam diſturbavit in Judah Achazus, et perfidiſſime adverſus Jehovam praevaricatus fuit*: Sic Pro. i. 25. et diſturbâſtis conſilii mei nexam ſeriem, i. e. lineam ejus aptiſſime nexam, et tanquam admonitionem gemmis, margaritiſque conſertam, disjicitis et diſturbatis. Sic vertenda Ezech. xxiv. 14. *Ego Jehovah dixi*, adveutat (quod comminatus ſum) *et effecero, non laxabo lineam diſciplinae ſeverae, neque connivebo*, &c. Vid. Cl. Schult. comment. in Proverb. p. ix. 33.

2180. Ver. 5. וְהִשְׁבַּתֶּם Ceſſare feciſtis, 2 pl. praet. תַּשְׁבִּית 2 ſing. תַּשְׁבִּיתוּ 2 pl. fut. 5 ſp. A שָׁבַת quievit. *To reſt.*

2181. Ver. 6. שֹׁטְרָיו Praefecti ejus, pl. cum aff. ו a ſing. שֹׁטֵר praefectus, inſpector. *An overſeer.* Pl. שֹׁטְרִים. A שָׁטַר سطر delineavit, ſcripſit.

2182. Ver. 7. קֹשְׁשׁוּ Diligenter, curatiſſime colligant, 2 pl. praet. pro קִשְׁשׁוּ cholem inſerta inter primam et ſecundam radicalem. Vid. Gram. p. 149. קֹשֵׁשׁ inf. מְקֹשֵׁשׁ diligenter colligentes, part. 3 ſp. A קָשַׁשׁ قشش collegit, quaeſivit. *To pick up carefully, to gather.*

2183. Ver. 8. מַתְכֹּנֶת Pondus, numerus, modus, proportio. *A determined weight, number, or proportion.* A תָּכַן libravit, exegit, examinavit ad libellum.

2184. תִגְרְעוּ Subtrahetis, 2 pl. fut. 1 ſp. (נִגְרַע Subtractus fuit, abſorptus, praet.. יִגָּרַע 3 ſing. fut. 2 ſp.) A גָּרַע جرع traxit, abſorpſit: 2. Hinc ſubtraxit, diminuit. *To leſſen, to diminiſh.*

2185. Ver. 9. שָׁקֶר Et שֶׁקֶר mendacium, falſitas. *A lye, falſehood, deceit.* A שָׁקַר mentitus eſt. Vid. n. 1279.

2186. Ver. 12. קַשׁ قش Stramen, ſtipula. *Looſe ſtraw or ſtubble.* A קָשַׁשׁ collegit. Vid n. 2182.

2187. Ver. 13. אָצִים Stringentes vehementius inſtando, part. 1 ſp. pl. Ab אוּץ vehementius urſit, inſtitit. Vid. num. 1184.

2188. Ver. 14. וַיֻּכּוּ Et graviter percuſſi ſunt, 3 pl. fut. pro יֻנְכּוּ vid. Gram. p. 197-8. מֻכִּים percuſſi, pl. part. a ſing. מֻכֶּה et in f. g. מֻכָּה occiſa, הֻכָּה et הוּכָּה pro הֻנְכָּה plagâ affectus eſt, praet. et in 3 f. g. הֻכְּתָה caeſa eſt, 6 ſp. (נָכָה 3 ſing. m. נָכְתָה 3 ſing. f. laeſum, contritum, ſive contuſum erat, נָכוּ 3 pl. praet. 4 ſp. נְכֵה inf. 3 ſp. יַכֶּה et per apocop. יַךְ 3 ſing. m. אַכֶּה et per apocop. אַךְ 1 ſing. נַכֶּה 1 pl. fut. הַךְ per apocop. רּ pro הַכֵּה imp. 5 ſp.) A נָכָה نكى percuſſit, ſauciavit graviore vulnere; Æthiopice, laeſit, nocuit.

nocuit. *To ſmite, to ſtrike in an uncommon manner.* Vid. num. 938.

2189. VER. 16. נִתָּן Traditus fuit, pro נִנְתַּן 3 ſing. m. נִתְּנוּ 3 pl. נִתַּתֶּם 2 pl. m. praet. 2 ſp. pro נִנְתַּתֶּם. Vid. Gram. p. 157. (נְתוּנִים dati, pl. m. נְתוּנוֹת pl. f. a נָתוּן part. paſſ. תְּנָה da, 2 ſing. m. imp. 1 ſp. cum ה paragog. יִתֵּן pro יִנְתֵּן 3 pl. m. fut. 6 ſp.) A נָתַן نتن dedit. *To give.*

2190. VER. 18. תֹּכֶן Numerus, menſura, modus. *A number, meaſure, a tale.* A תָּכַן libravit.

2191. VER. 23. הֵרַע Malefecit, 3 ſing. m. g. הֲרֵיעֹתָ 2 ſing. m. praet. 5 ſp. A רוּעַ malus fuit. Vid. num. 1169.

CAPUT VI. VERSUS 6.

2192. נְטוּיָה EXtenſa. *Stretched out.* F. ſing. נְטוּיָה et נְטוּוֹת pl. f. a m. נָטוּי part. paſſ. נִטֶּה pro נִנְטֶה 1 pl. fut. וַתֵּט et declinavit pro תִּנְטֶה 3 ſing. f. g. fut. declinavit, נְטוֹת divertere, inf. 1 ſp. (נָטָיו extenſi ſunt, 3 pl. praet. 2 ſp. תַּט pro תַּנְטֶה inclinare facies, 2 ſing. m. fut. מַטֶּה *inclinans, flectens,* part. הַטּוֹת *divertere,* inf. 5 ſp.) A נָטָה نطي tetendit, declinavit. *To ſtretch; to extend.* Vid. n. 860.

2193. שְׁפָטִים Judicia, m. pl. a שֶׁפֶט judicium. *A judgment, a puniſhment inflicted by God.* A שָׁפַט judicavit.

2194. VER. 8. מוֹרָשָׁה Haereditas. *An inheritance.* A יָרַשׁ. Vid. num. 989.

2195. VER. 9. מִקֹּצֶר Prae angore, ex praef. מ et קֹצֶר brevitas, angor, impatientia animi. *Anguiſh of mind.* A קָצַר قصر truncavit, et intranſ. abbreviatus eſt.

2196. VER. 12. עֲרַל שְׂפָתָיִם Obthuratus, incircumciſus quod ad labia. *Uncircumciſed in lips, to have an incumbrance*

cumbrance or impediment in ſpeaking. Vid. num. 1076 (z).

2197. דֹּדַת In ſtat. conſtr. pro דּוֹדָה amita vel conſobrina patruelis vel matruelis. *A couſin-german by the father's ſide, an aunt.* A m. דּוֹד delectus, propinquus, patruus. *An uncle,* (pl. in ſtat. conſtr. דּוֹדֵי). A דוד ملد amabilis fuit. Vid. num. 1582.

CAPUT VII. VERSUS 3.

2198. אַקְשֶׁה EGo indurabo, pertinax ejus cor reddam, 1 ſing. m. תַּקְשׁוּ 2 pl. m. fut. הִקְשָׁה durum ſe praebuit, ſemet obduravit. *He hardened himſelf, he made himſelf refractory and obſtinate.* Praet. 5 ſp. A קָשָׁה قسي induruit, induravit cor ejus, craſſum fuit ejus cor, formula cordis duri, durae obſtinataeque cervicis, tritiſſima, ſub hac voce, metaphora a jumento refractario. Vid. Deut. x. 16. Prov. xxix. 1. *To be hard, firm, rigid; hence*

(z) Proprie ערל eſt omnis res ſuperflua, gravis et digna quae removeatur: Sic transfertur ad obturationem cordis, auris, oris, labrorum, Deut. x. 16. Levit. xxvi. 41. Apud Targum eſt gravis loquela, quae multa profert ſuperflua antequam perveniat ad illud quod cupit loqui. Syrus, *balbutiens eſt mea lingua.* Moſes hic innuere videtur ſe balbutiendi quodam gradu laboraſſe, vel invenuſtum ſermone fuiſſe, ſive in loquendo inelegantem, qui aulicè loquendi imperitus erat. Poſtea vero illum facundum extitiſſe ex uſu et praxi videtur ex Act. vii. 22. ubi St Stephanus dicit illum eruditum fuiſſe in omni ſapientia Ægyptiorum, et addit ην δε δυνατος εν λογοις και εν εργοις, fieri potuit, illum tali impedimento naturae, qualem Demoſthenem, et laboraſſe, et diligentiâ et induſtriâ ſuperaſſe, memoratur. Facundiſſimum illum fuiſſe ex libro Deuteronomii patet.

Hae vero partes in ſac. ſcriptura incircumciſae dicuntur, quae inepta ſunt uſui cui deſignata erant. Sic Jer. vi. 10. incircumciſa eſt auris eorum; quod explicat hiſce verbis, et non poterunt advertere. Sic incircumciſi corde ſunt illi, qui cor ſuum obturatum et opertum habeant, ita ut non intelligant ea quae dicta ſunt, Jer. ix. 26. Sic etiam S. Stephanus incircumciſos corde et auribus conjungit, Act. vii. 5.

hence to be obſtinate, untractable, to be refractory and perverſe (*a*).

2199. VER. 11. מְכַשְּׁפִים Arcanorum revelatores, pl. m. part. 3 ſp. a ſing. מְכַשֵּׁף arcanorum gnarus, revelator falſus, divinus. *A falſe pretended revealer of ſecrets.* In f. מְכַשֵּׁפָה praeſtigiatrix. *A ſorcereſs.* A כָּשַׁף كشف removit, revelavit, diſtrinxit vela. In 3 ſp. כִּשֵּׁף divinationi operam dedit (*b*).

2200. בְּלַהֲטֵיהֶם Incantationibus ſuis, ex praef. ב et aff. הֶם et לְהָטִים pl. incantationes, veneficia. *Inchantments, ſorceries.* Revera ſignificare videtur *micationes digitorum*, ac geſticulationes celeres, inſtar fulguris gladii vibrati, a ſing. לָהַט flammavit. Vid. num. 406. Alii reddunt ſecreta murmura, carmina ſubmiſſe recitata. A לָאַט vel לוט abſcondidit, involvit, operuit.

2201. VER. 18. וְנִלְאוּ Et laſſi fuerunt, 3 pl. praet. 2 ſp. cum ו conjunct. A לָאָה. Vid. num. 1179.

2202. VER. 19. אַגְמֵּיהֶם Paludes eorum, pl. cum aff. הֶם a ſing. אֲגַם اجم palus, ſtagnum, arundinetum,

a

(*a*) Deus multa ſigna per Moſen Pharaoni exhibuerat, quibus illum a Deo miſſum clarè perſpicere poterat: Sed unâ calamitate poſt alteram remotâ, cor ſuum induravit, obſtinatumque contra Dei imperium ſemet exhibuit. Deus nunquam dicitur indurare niſi perdite improbos, qui impietate ſuâ diu moerneruht, ut ipſis via converſionis interdicatur. Cum Deo apertè reſiſtunt, Deus viciſſim ipſos indurat, viribus ipſos deſtituens, quum vani facti ſint in ratiocinationibus ſuis, et obtenebratum eſt cor deſipiens eorum. Neque ante induraſſe Pharaonem legitur, quam Pharaoh ſeipſum quater induraſſet, (vid. Exod. xiii. 15.) uti obſervat Rab. Bechai.

(*b*) Uſus hujus vocis ex hoc loco, et Gen. xli. 8. patere videtur apud Arabes in كشف כָּשַׁף *removere, diſtringere vela, revelare, manifeſtare, aperire*, quod munus fuit Harioli ſive Divini, qui res arcanas et ignotas aperuit, ut Deut. xviii. 10. Ex comparatione hujus loci cum Gen. xli. 8. eoſdem homines dici חַרְטֻמִּים in uno, et מְכַשְּׁפִים in altero, eoſdemque admoveri tam ad interpretationem ſomniorum, quam ad producenda effecta inſolita, ac paradoxa, ex familiari commercio, quod videri habere cum daemonibus volebant, patet. Qui divinabant, etiam prodigiorum edendorum artem profiteri ſolebant. LXX φαρμακους habent, et alibi horum artis ſpecimina φαρμακα appellant.

a *fervore* cui aquae ſtantes obnoxiae ſunt. *A pool of water, ſtanding water.* Ab אָגַם اجم ferbuit, aeſtuavit, ſtagnavit, corrupta fuit aqua.

2203. VER. 22. בְּלָטֵיהֶם Cum praeſtigiis ſuis, ex praef. ב et aff. הֶם et לָטִים praeſtigiae, artes tectae, a לָאט et ſine א etiam לָט *abſconſio, incantamentum. A charm, an inchantment.* A לָאט ejuſdem ſignificationis cum לוט *texit*, et vocabulis לַהַט et לָאט quod diverſae ſint formae, ut etiam radices illorum. Vid. num. 2200.

2204. VER. 27. נֹגֵף Percutiens, part. praeſ. נְגֹף percutere, inf. m. יִגֹּף percutiet, 3 ſing. m. fut. (נִגָּפִים percuſſi, part. 2 ſp.) 1 ſp. A נָגַף نجف percuſſit, cecidit. *To ſtrike, to ſmite with violence.* Item impingit, offendit. *To daſh againſt.*

2205. צְפַרְדְּעִים Ranae, pl. a צְפַרְדֵּעַ rana. *A frog.* (Arab. ضفدع) Componitur ex צְפַר aurora, et דֵּעַ ſcientia, quod matutinum tempus ſciat, et ex clamore ſuo indicet.

2206. VER. 28. מִשְׁאֲרוֹת Pl. a מִשְׁאֶרֶת conſperſio, farina miſta cum aqua, maſſa. *Dough.* Etiam mactra in qua maſſa ferveſcit. *A kneading-trough.* A שָׁאַר سار ſuperfuit, reliquum fuit de cibo, potu.

CAPUT VIII. VERSUS 4.

2207. הַעְתִּירוּ ODorem acquieſcentiae ſubmittite, 2 pl. m. g. imp. (אַעְתִּיר 1 ſing. fut.) 5 ſp. A עָתַר عتر exoravit. Vid. num. 1424; deſignatur interceſſio, deprecatio tanquam ſub nidore litans, ac veniam coeleſtem impetrans.

2208. VER. 5. הִתְפָּאֵר Te excellentiorem, praeſtantiorem ſupra me oſtende, jacta. *Show thyſelf to be my ſuperior in this thing, or boaſt of thy ſuperior excellence in this thing.* 2 ſing. m. imp. 7 ſp. הִתְפָּאֵר *decorum* vel *glorioſum ſe exhibuit, demonſtravit, jactavit*, etiam

ornavit

ornavit ſeipſum, Iſa. xlix. 3. Peculiaris autem emphaſis, et manifeſtior alluſio ad vim primariam, quando conſtruitur cum עַל, tum enim ſignificat *intumuit cum faſtu ſupra aliquem, vel ebullivit contra aliquem, et ſe alio praeſtantiorem aut excellentiorem jactavit.* Vid. Iſa. x. 15. A פָּאַר فار prop. tumuit, aeſtuavit olla bulliens. *To boil, to ſwell.* Hinc ab aqua bulliente et intumeſcente, tranſiliit, intumuit faſtu. *To ſwell with pride* (*c*).

2209. Ver. 10. חֳמָרִים חֳמָרִים Acervi, acervi, Hebraiſmus pro acervatim, pl. a חֹמֶר acervus. *An heap.* Ex notione commiſcendi et conturbandi. A חָמַר خمر turbidus fuit.

2210. Ver. 11. הָרְוָחָה Relaxatio, reſpiratio. *Reſpite, reſt.* A רָוַח reſpiravit. Vid. num. 1705.

2211. הַכְבֵּד Aggravando, inf. יִכְבַּד induravit, 3 ſing. m. fut. 5 ſp. הִכְבִּיד aggravavit, כַּבֵּד imp. 3 ſp. A

(*c*) Cl. Bochartus monuit vocem לֵאמֹר *dicendo* ſupplendam eſſe ex pleniore phraſi Jud. vii. 2. dicendo, quando pro te interceſſurus ſim, oſtende te excellentiorem ſupra me, quaſi diceret, In hoc te meum exhibeas magiſtratum, ut tempus mihi definias, quo velis ut pro te intercedam; in eo me tibi fore obſequentem promitto, ut eo certior fias me auxilio divino haec perfecturum. Graeci redidere ταξαι προς με. Sic vulgat. *conſtitue mihi*, alii gloriare ſuper me; ſed genuina verſio plane videtur eſſe, "Shew thyſelf to be my ſuperior in this." Doctiſſ. Clericus antiquarum potius verſionum quam ipſius textus, auctoritatem defendere ſtudens, ſtatim ad textum corrigendum recurrit, et pro התפאר per פ legi jubet; התבאר per (ב) quod vertit *indica mihi*, recurrens ad vocem באר declaravit, indicavit; ſed hoc verbum indicandi ſignificationem non in Hithpahhel, ſed in ſolo Pihhel habet. Clariſſ. Houbigant. audaciter Clerici veſtigia ſequens, emendationem hujus rejicit; ſed, ſine fide et authoritate ullius manuſcripti, *inquit*, nos emendamus ut ſit אתה באר עלי tu declara mihi, vel apud me; et ſic nullus finis erit corrigendi textum originalem, ſi quiſquis ex ſuo arbitrio lectiones varias ſubſtituerit ſine auctoritate ullius manuſcripti. Cl. Schroederus in comment. de veſt. mul. Hebr. p. 99. et ſeq. plane oſtendit vocem התפאר optimum ſenſum dare hic, exponendo primariam vim vocis Arabicae فار. Dolendum eſt, emendatores textus originalis tam raro hanc linguam conſuluiſſe.

A כָּבֵר كبد gravis fuit. *To be heavy, weighty.* Vid. num. 1742.

2212. Ver. 12. כִּנִּים Pediculi, pl. a כֵּן pediculus. *A louſe.* (כִּנָּם *Pediculorum copia. A ſwarm of lice.* Nomen cum ם collectivo). A כָּנַן كنن texit; juxta Avicennam, in cute aliquod manſurum fuit.

2213. Ver. 15. אֶצְבַּע صبع Digitus. *A finger.* A צָבַע صبع tinxit, imbuit.

2214. Ver. 17. הֶעָרֹב Species muſcae nigrae. *A kind of black flea.* Apud LXX κυνόμια muſca canina, (vulgò redditur colluvies animalium). A עָרַב comedit, conſumpſit, quod eſt animalculum voraciſſimum, et humani ſanguinis cupidiſſimum: Bochart. Vid. Pſ. lxxviii. 45.

2215. Ver. 18. וְהִפְלֵיתִי Et ſeparare faciam, diſtinguam, 1 ſing. praet. יַפְלֶה 3 m. fut. 5 ſp. הִפְלָה eximium, ſingularem fecit, (נִפְלִינוּ eximii erimus, 1 pl. m. praet. 2 ſp.) A פָּלָה فلي ſeparavit, diſtinxit. *To ſeparate in a diſtinguiſhing manner, to diſtinguiſh by marks of favour and honour.*

2216. Ver. 19. פְּדֻת et פְּדוּת Redemptio, liberatio. *Redemption, deliverance.* Ejuſque pretium, λυτρον, *the price of redemption.* A פָּדָה فدي redemit (*d*).

2217. Ver. 22. יִסְקְלֻנוּ Lapidabunt nos, 3 pl. fut. 1 ſp. cum aff. נוּ סָקוֹל inf. יִסְקֹל 3 ſing. fut. 2 ſp. A סָקַל سكل lapidavit. *To ſtone.*

CAPUT

(*d*) Doctiſſimus Haubigant. ait, *non congruit* ſententiae פדת *redemptio;* quippe obſtat propoſitio בֵּין quae ſingulum ſtatum utrique populo attribuit, de quo utroque non poteſt efferri redemptio; mavult ſequi LXX interpretes, qui reddidere και δωσω διαστολην et vulgat. *ponam diviſionem* inter populum meum: Sed neque vox פדת neque فدي in Arab. ſignificat diviſit, quae vero vir doctus affirmat de פד nullius auctoritatis, quia ex nullo claſſico auctore Arabico confirmaverit. Videtur potius vis emphatica elegansque figura, in hiſce verbis redemptionem, *i. e.* redemptorem, qui ſaluti erit Iſraelitis eodem tempore quo exitio Ægyptiis erit. Praeterea, haec vox פדת in aliis locis ſemper redemptionem notat. Vid. Pſ. iii. 9. *redemptionem miſit populo ſuo.* Vid. Haubigant. in locum.

CAPUT IX. VERSUS 3.

2218. הוֹיָה PRop. *ſidens.* *Falling upon.* Part. praeſ. f. g. A הָוָה هوي ſidit, delapſus fuit ex alto. 2. Extitit. Vid. num. 1496 (*e*).

2219. VER. 8. מְלֹא Et מְלוֹ *plenitudo,* item id quo fit impletio. *Fulneſs.* A מָלָא implevit.

2220. חָפְנֵיכֶם Pugillorum veſtrorum, pl. cum aff. כֶם a ſing. חֹפֶן prop. menſura cumulatior illa quae juncturâ ambarum volarum comprehenditur. *A handful.* A חָפַן حفن et خفن duabus manibus aliquod cepit, prop. verrendo raſit, corraſit.

2221. פִּיחַ M. favilla, fuligo ab igne efflata. *The aſhes of a furnace.* A פּוּחַ فاح et فاخ flavit, proflavit.

2222. זָרַק زرق Ipſa radix, ſparſit, ejaculatus eſt preſſius et vehementius aliquod. *To ſprinkle.* Ejaculatus eſt ſanguinem, aquam, alioſve liquores radiatim jactos, vid. Exod. xxiv. 6. transfertur ad prunas jaculando ſparſas, Ezek. x. 2. et hic ad pulverem vehementius ejectum; זֹרֵק part. praeſ. זְרֹק ſparge, imp. יִזְרֹק 3 ſing. m. fut. 1 ſp. זֵרַק pro זָרַק ob dageſch ex ר excluſo et compenſ. praet. 4 ſp. ſive pyh.

(*e*) Extitiſſe הוה germanam Hebraicam vocem aeque ac היה in ſenſu ſidendi, ſubſidendi, firmiuſque ſubſiſtendi, ex variis locis patebit. Ut Dan. viii. 7. Ego Daniel נהייתי *ſidere, ſubſidere, coactus ſum,* mole nempe praegravantis revelationis; et Dan. ii. 1. et contuſus fuit ſpiritus ejus, ושנתו נהיתה *et ſidere factus eſt ſomnus ejus ſuper illo,* hoc eſt ſomnus quo obrutus jacebat, fuit multo profundiſſimus, magis magiſque quaſi ſidens ſuper eo, eumque ſimul demergens. Doctiſſ. Houbigant. hic fugit ad vocem Arabicam نهيه vetuit, prohibuit; et in Prov. xiii. 19. ubi occurrit נהיה ait, jubet membrum poſterius, ut ſignificetur *non completum,* ſed *honeſtum* ex ſcriptione נאוה. Sed ſi vir doctus dignatus eſſet inſpexiſſe Cl. Schultenſii comment. in Proverb. vidiſſet ſatis luculentum ſenſum ſine emendatione textûs, ubi reddit Schultenſ. נהיה *cupiditas ſidere facta,* ardore ejus per virtutem fracto et extincto, *dulceſcet animae intime in eam inſidens,* cum voluptate ſerenâ.

2223. Ver. 9. אָבָק Pulvis, prop. pulvis commotus, tortus ludibrio coelo, vel pulvis tortilis. *Flying duſt.* Ab אָבַק ابق torſit.

2224. שְׁחִין Ulcus, et quidem ex inflammatione. *An inflammatory ſwelling, a burning bile or boil.* A שָׁחַן سخن incaluit, calore captus fuit, ſpeciatim inflammatus fuit ex ictu.

2225. פֹּרֵחַ Efflorescens, ſerpens, et late contagia agens, part. praeſ. פָּרְחָה 3 ſing f. praet. יִפְרַח 3 ſing. m. fut. 1 ſp. A פָּרַח فرح effloruit. Vid. num. 1841.

2226. אֲבַעְבֻּעֹת Tumidae eruptiones, ebullitiones purulentae. *Tumid, purulent eruptions, blains.* F. pl. geminatione radicalium auctâ ſignificatione. A בּוּעַ بوع efferbuit ſanguis, et tum tamen more purulento erupit ex corpore. Vulgò derivatur a בָּעָה tumuit, cum tumore efferbuit.

2227. Ver. 14. מַגֵּפוֹת Pl. a מַגֵּפָה plaga, percuſſio, ſpeciatim peſtis. *A violent ſtroke, a plague.* A נָגַף percuſſit.

2228. Ver. 16. הֶעֱמַדְתִּי Conſtitui te, prop. ſtare feci te, 1 ſing. praet. יַעֲמֹד ſtetit, conſtituit, 3 ſing. m. fut. 5 ſp. יָעֳמַד conſtituetur, ſiſtetur, 3 ſing. m. fut. 6 ſp. ſive Hophal. A עָמַד عمد ſtetit. *To ſtand.*

2229. Ver. 17. מִסְתּוֹלֵל Temet extollens, elevans, prop. quaſi aggerem temet opponens, part. 7 ſp. A סָלַל سلل prop. conſeruit, conſerendo aggeravit. 2. Extulit in altum, elevavit. *To raiſe or caſt up a road, to exalt, to extoll.*

2230. Ver. 18. הִוָּסְדָהּ Fundari eam, inf. 2 ſp. cum aff. ָהּ. A יָסַד وسد prop. ſubſtravit, fulcivit, firmiter ſtatuit, fundavit. *To lay the foundation.*

2231. Ver. 19. בָּרָד برد Grando. *Hail.* (בָּרוּד Pl. בְּרֻדִּים ſparſi, reſperſi grandineo colore; *ſparſae albo pelles*, apud Virg. Eclog. 2. part. paſſ. 1 ſp.) A בָּרַד برد prop. raſit, hinc orta notio frigoris radentis. 2. Grandinavit.

2232.

2232. Ver. 20. הֵנִיס Fugere fecit, 3 ſing. praet. יָנִיסוּ 3 pl. fut. 5 ſp. (נָסִים part. 1 ſp.) A נוּס fugit. Vid. num. 950.

2233. Ver. 24. מִתְלַקַּחַת Ignis gravidans; a conceptu praegnantis tranſlata videtur phraſis. *Fire pregnant, teeming with hail*, vid. etiam Ezech. i. 4. part. 7 ſp. A לָקַח لقح prop. apud Arabes valet, faecundavit palmam, vel paſſive faecunda, facta reddita eſt palma, adſperſo flore ſeminis. 2. Cepit, percepit.

2234. Ver. 29. אֶפְרֹשׂ Expandam, 1 ſing. יִפְרֹשׂ 3 ſing. יִפְרְשׂוּ 3 pl. fut. פֹּרְשֵׂי pl. part. praeſ. 1 ſp. A פָּרַשׂ فرش expandit, extendit. *To ſtretch, to ſpread out.* Eſt vox diverſa a פָּרַשׁ effidit. Vid. Levit. xxiv. 12.

2235. Ver. 31. הַפִּשְׁתָּה F. g. linum. *Flax, linen.* Pl. פִּשְׁתִּים. A פָּשָׁה فسه fidit, quod linum finditur, dum frangitur et carminatur.

2236. הַשְּׂעֹרָה F. hordeum, (שְׂעֹרִים a m. שְׂעוֹר idem) *Barley*. Ita dictum quod piloſum et hirſutum ſit. A שָׂעַר شعر hirſutus fuit. Vid. num. 1434.

2237. אָבִיב Spica viridis, ariſta recens. *A green ear of corn.* (Hinc nomen habet menſis אָבִיב ariſtae recentis ſive matureſcentis). Ab אָבַב اب micuit. 2. Spicavit, ad maturitatem emicuit.

2238. גִּבְעֹל *Culmus, ſeu canna lini. The ſtalk of flax bolled.* Ex גָּבַע complicuit. Vid. n. 1952, et בָּעַל turſit, prop. ergo notat culmum turgentem, et ad maturitatem pergentem. Alii volunt eſſe componi ex גָּבַב. *To be bunched,* et עָלָה. *to aſcend: Hence to protuberate as flax doth into a boll or pod.* Vid. Holloway's original. vol. ii. p. 254.

2239. Ver. 32. הַכֻּסֶּמֶת Zea, ſpelta, ὄλυρα olyra, ſemen medium inter frumentum et hordeum. *A kind of wheat called in Italy* Spelt. Vid. Celſ. Hierobot. vol. ii. p. 100. Doct. Schaw vero mavult reddi, *Rice*, potius quam ſecale, *Rye*. Vid. Schaw's travels, p. 407. Ita dicta, quod habeat ariſtas quaſi tonſas,

nec

nec adeo crinitas, ut hordeum. A כָּסַם كسم *totondit.*

2240. אֲפִילֹת Prop. tenerae, pl. f. a אָפִיל tener, debilis, languidus. *Tender, weak, void of juice and vigor, not having reached their full growth.* Hinc ſerotinus. *Late or backward; hence of a dark green colour.* Ab אָפַל وفل ſucco caruit, tabuit, ſucci et vigoris defectum notans. 2. De ſole *defecit, deliquium paſſus eſt.*

2241. VER. 33. מָטָר Pluvia. *Rain.* Figurate doctrina mentem rigans et faecundans. *Doctrine.* A מָטַר pluit. Vid. num. 168.

2242. נִתַּךְ Effuſa fuit, 3 ſing. m. praet. 2 ſp. pro נִנְתַּךְ. A נָתַךְ نتك fuſus, effuſus fuit, a fuſo et candente metallo ad irae candentis effuſionem transfertur. *To pour out with violence.*

CAPUT X. VERSUS 2.

2243. הִתְעַלַּלְתִּי QUae exhauſi repetitis vicibus in Ægyptum, 1 ſing. praet. 7 ſp. A עָלַל علل prop. ſitim, primo ardore ſedato, repetitis hauſtibus extinxit, iterato bibit: Hinc 2. iteratis ictibus feriit, vulneravit, hauſit aliquem. *To ſtrike with repeated ſtrokes* (*f*).

2244.

(*f*) Primaria hujus vocis ſignificatio apud Arabes invenitur, in metaphorica plane apparet, Thren. i. 12. *Vibrate aciem et aſpicite, num dolor ſit ut meus hicce dolor* עוֹלַל לִי *quo hauſit*, i. e. quo mihi vires vitamque exhauſit, in me ictus congeminans, cuſpidemque meo cruore ſatians. Sic Latini dicunt, *haurire jugulum, latus*, &c. Vid. Thren. ii. 20. *Cui nunc in modum hauſeris.* Sic Job. xvi. 15. Saccum confici ſuper cutim ועללתי (in Phyhhal) *et vulneribus exhauſtus ſum quoad cornu in pulvere.* Exprimuntur hae clades quibus afflixit et exhauſit Jehovah Ægyptum hocce verbo ſequente praepoſitione ב ſingulari elegantia ſane, qua conſtructio haecce oculis ferme ſubjiciat impetum illum quo in alicujus ſanguinem, veluti ac viſcera plagis identidem repetitis, et altius adactis, penetretur. Hac voce etiam clades ſtragesque ferro flammaque editae denotantur. Vid. 1 Sam. vi. 6. xxxi. 4. Vid. Schult. Orig. Hebr. vol. i. et Levit. xix. 10.

2244. VER. 4. אַרְבֶּה Locuſta, a ſpiſſo et numeroſo globo, quo volat. *A locuſt.* A רָבָה multiplicavit.

2245. VER. 7. מוֹקֵשׁ Laqueus, tendicula qua aves et ferae illaqueantur. *A ſnare.* A יָקַשׁ illaqueavit.

2246. VER. 9. חַג Prop. gyratio, ſaltatio; hinc dies feſtus, ſolennitas. *A feſtival.* A חָגַג. Vid. n. 2177.

2247. VER. 15. וַתֶּחְשַׁךְ Et obſcurata fuit, 3 ſing. f. g. fut. 1 ſp. A חָשַׁךְ حسك prop. horruit, inhorruit; hinc obſcuratus fuit. *To be dark, to be black, to be dreadful.* Ea vox toto coelo differens a חָשַׂךְ cohibuit. Vid num. 1226.

2248. VER. 17. הַמָּוֶת موت Mors. *Death.* In ſtat. conſtr. מוֹת et cum aff. מוֹתִי mors mea. A מוּת موت mortuus eſt.

2249. VER. 21. וְיָמֵשׁ Ut palpent, vel ut palpare cogantur, 3 ſing. m. fut. 5 ſp. pro יְמַשֵּׁשׁ (מְמַשֵּׁשׁ part. יְמַשֵּׁשׁ 3 ſing. m. fut. 3 ſp.) A מָשַׁשׁ palpavit. Vid. num. 1481.

2250. VER. 22. אֲפֵלָה Prop. part. praeſ. f. g. altiſſima caligo, ſummus gradus lucis defectae exhauſtaeque; abſolute ponitur ſubaudito aëre, ut Amos v. 20. חשֶׁךְ אֲפֵלָה Eſt horrida caligo caligantis aëris, notans extinctionem lucis, denſiſſimas umbras. Ab אָפַל افل contabuit, defecit. Vid. num. 2240.

2251. VER. 24. יֻצָּג Relinquetur, ſubſiſtet apud me, 3 ſing. m. fut. 6 ſp. pro יְיֻצַּג ubi Jod radicalis abjicitur et compenſatur per dageſch, et chametzchatuph mutatur in (ו) הֻצַּג inf. 5 ſp. A יָצַג. Vid. num. 1617.

2252. VER. 26. פַּרְסָה F. ungula diviſa, ſciſſa, pl. פְּרָסוֹת *An hoof.* A פָּרַס فرس fidit, ſecuit.

CAPUT XI. VERSUS 2.

2253. רְעוּתָה F. Amica proxima. *A female friend, a neighbour.* A רָעָה pavit.

2254. Ver. 5. הָרֵחָיִם Molae, pl. a רֵחֶה mola. *A mill, a mill-ſtone.* A רָחָה رحى prop. contorſit ſe in ſpiram. 2. Contorſit, convertit molam: Omnes lexicographi male ſub רֵיחַ *adoratus eſt,* hoc nomen ordinant (g).

2255. Ver. 7. יֶחֱרַץ *Exacuet,* quaſi cum hirritu inter labia exſeret et motitabit, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. A חָרַץ حرص et خرص prop. fidit, ſecuit acuminatim, exacuit, cuſpidavit: Hinc transfertur ad inſultationem, et linguam ſeſe inter labia exſerentem veluti in cuſpidem, pingit impuros latratores, qui nec mordere, nec hirrire, aut ringere auſint. *To ſharpen, to point out the tongue as when a dog ſnarles at one.* 2. Ab eadem idea praeſecandi, transfertur ad ſententiam decretoriam, praeſecantem et dirimentem lites: Hinc decidit, definivit.

2256. כֶּלֶב كلب Canis. *A dog.* A כָּלַב كلب concitavit.

2257. Ver. 8. חֳרִי Ira flagrans. *Indignation.* (בָּחֳרִי אָף *in ſtrepenti ira naſi.*) Notat naſum vehementer flagrantem in iram. A חָרָה حرى exarſit. Vid. n. 430.

CAPUT XII. Versus 3.

2258. עֲדַת In ſtat. conſtr. pro עֵדָה coetus, congregatio. *An aſſembly.* A יָעַד tempus et locum conſtituit.

2259.

(g) Doctiſſimus Schaw obſervat, antiquiſſimis temporibus, unamquamque familiam fruges ſuas frumentumque ſuum moluiſſe, et ſaxo fregiſſe, et mulieres in hac arte praecipue occupatas fuiſſe; et haec ſubjicit, "Moſt families grind their wheat and barley at home, having two portable mill-ſtones for that purpoſe, the uppermoſt whereof is turned round by a ſmall handle of wood or iron, that is placed in the rim. When this ſtone is large, or expedition required, then a ſecond perſon is called in to aſſiſt; and as it is uſual for the women alone to be concerned in this employment, (who ſeat themſelves over againſt each other, with the mill-ſtones between them) we may ſee not only the propriety of the expreſſion, Exod. xi. 5. ſitting *behind the mill,* but the force of another, Matth. xxiv. 40. that *two women ſhall be grinding at the mill, the one ſhall be taken, and the other left.*" Vid. Schaw's travels.

2259. Ver. 4. יִמְעַט Minor fuerit, 3 ſing. fut. (הִמְעִיט praet. paucum fecit, imminuit. *To diminiſh.* יַמְעִיט 3 ſing. fut. מַמְעִיט part. 5 ſp.) 1 ſp. A מָעַט معط prop. rarus, tenuis fuit, minuit. 2. Paucus, minutus fuit. *To be few or little.* Vid. num. 1096.

2260. מִכְסַת in ſtat. conſtr. pro מִכְסָה f. מֶכֶס m. مكس cenſus, vectigal, numerus, computatio. *Calculation, number.* A מָכַס مكس prop. vinculo alligavit. 2. Vectigal cepit: Quidam formant, ſed male, a ſequente כָּסַס.

2261. תָּכֹסּוּ Numerabitis, 2 pl. m. fut. 1 ſp. pro תִּכְסְסוּ. A כָּסַס قصص numeravit, ſupputavit. *To number, to count.*

2262. Ver. 5. כְּבָשִׂים Pl. a כֶּבֶשׂ كبش m. agnus, a faecunditate. *A lamb.* A כָּבַשׂ كبش multiplicavit.

2263. Ver. 7. מְזוּזוֹת Poſtes, pl. a מְזוּזָה poſtis, in quo valvae januae ſe movent, vibrant. *A Door-poſt.* A זוז vibravit, movit.

2264. מַשְׁקוֹף Superliminare. *A lintel.* Ita dictum a longitudine procurvata. A שָׁקַף proſpexit. Vid. num. 1125.

2265. Ver. 8. צְלִי Aſſus, *Roaſted.* A צָלָה صلي *aſſavit, torruit carnem.*

2266. מְרֹרִים M. pl. amaritudines, amara. *Bitterneſs, bitter things.* A מָרַר مرر amarus fuit.

2267. Ver. 9. נָא Crudus. *Raw.* A נוא vel נָיָא نيء crudus fuit, fatentibus Aben Ezra et Jarchi.

2268. בָּשֵׁל Coctus. *Boiled.* A בָּשַׁל coxit.

2269. מְבֻשָּׁל Diligenter coctus, part. ſing. m. בָּשְׁלָה 3 ſing. f. g. praet. תְּבַשֵּׁל 2 ſing. m. fut. 4. ſp. (בַּשְּׁלוּ 2 pl. m. imp. תְּבַשְּׁלוּ 2 pl. m. fut. 3 ſp.) A בָּשַׁל بشل apud Camuſ. *coxit* ad ſiccitatem: Hanc vim diſerte Moſes innuit, Deut. xvi. 7. *To boil.* Hinc 2. maturuit ſolis calore fructus. Vid. n. 1843.

2270. כְּרָעָיו Crura ejus, ex aff. ו et כְּרָעַיִם dual. a כֶּרַע crus. *The leg.* A כָּרַע كرع flexit crura, incurvavit.

2271.

2271. Ver. 11. וְכָכָה Et ſecundum hunc modum, ex praef. ו et כ et כה. Vid. num. 995.

2272. חֲגֻרִים Accincti, part. paſſ. pl. m. (יַחְגּוֹר 3 ſing. m. fut.) 1 ſp. A חָגַר حجر cinxit, accinxit. *To gird about the waiſt, to gird on a garment.*

2273. חִפָּזוֹן Incoxatio, eſt habitus corporis inter ſtandum et ſedendum penduli, qui eſt peregrinantium et in itinere verſantium, quorſum etiam ſpectant illa de lumbis ſubſtrictis, et baculo in manibus. *That poſture of the body which is between ſitting and ſtanding, frequently uſed by travellers, while they refreſh themſelves in journeying.* Et ex eadem idea incoxationis per metonymiam, *trepidatio, feſtinatio.* A חָפַז حفز incoxatus fuit, aſſedit ſuper coxas; et quatenus qui iſto incommodiore habitu corporis ſubſedit, continuò ſtimulatur ad conſurgendum: Hinc 2. trepidavit, feſtinavit (*h*).

2274. פֶּסַח Vulgo redditur tranſitus, ſed prop. laxamentum, laxatio, et quidem convivalis, cum laetitia conjuncta, Deo ipſo convivatore. *A relaxation, a deliverance from ſlavery and oppreſſion, accompanied with feaſting, eaſe, and joy.* A ſequente פָּסַח (*i*).

2275.

(*h*) Hac voce pingitur ſaepe agmen quod nuſquam aſſidet vel accumbit, ſed etiam in ſummis neceſſitatibus adhibere cogitur חפזון incoxationem, quae eſt ſimul ſummae feſtinationis et trepidationis argumentum, vid. Deut. xx. 3. et Iſa. lii. 12. ubi palam attenditur ad veterem exitum ex Ægypto. Etiamnum in oriente catervae peregrinatorum refectionem ſumpturae non aſſident, non accumbunt, ſed incoxant, ſive coxìm ſedent genubus plicatis ſimul et pendentibus, ut quantocyus refectiuncula expediatur. Quanto enim vel infeſtior locus, vel citatior profectio per locum, tanto minus aſſidetur, quum corpus cibo reficiendum ſit. Ad morem in oriente receptiſſimum diſtinctius percipiendum praelucebunt verba Puſberii in legat. Turc. p. 106. Coxìm ſubſedentes bibunt, nam ut bibere ipſis aut urinam facere non liceat, ſed hoc faciunt demiſſis coxis; tam notabilis eſt uſus verbi noſtri, et mos publicus, qui etiam haud dubie inter Judaeos viguit, egregiè illuſtrat quod hactenus obſcurum aut controverſum, nempè quo habitu Hebraei Ægyptum relicturi, utrum ſtantes vel accumbentes, paſcha comederent.

(*i*) Vox פסח laxatio, ſive actio laxandi, et ישע laxitas, ſive ſpatium laetum per laxationem impetratum cum omnium bonarum rerum

rum

2275. וּפָסַחְתִּי Et laxationem praeſtabo ſuper vobis, vel protectionem clementem praeſtabo vobis, 1 ſing. praet. 1ᵐ ſp. A פָּסַח فصح et فسح prop. laxavit, laxatus fuit: Hinc laxam protectionem defenſionem praeſtitit. *To protect, afford deliverance and protection.* 2. A laxitate ſubnata eſt etiam idea laxandi, claudicandi, quae ſaepe etiam apud Arabes ſub hac voce occurrit; obſervat enim Camus quod פָּסַח יָדָה ſignificat *laxavit manum* (*k*).

rum maxima copia, quae jure vocatur *ſalus*, per nomen Jeſu, a ישע ducta, nobis obſignatur. Sunt ergo themata פסח et ישע ſynonima, ſed hoc charactere inſignito diſtincta, ſecundum quem פסח *laxavit* eſt activum, et ישע intranſitivum pro *laxum eſſe*, vel fieri, uſurpatur, ut patet ex Camuſo, ubi phraſis פסח לה *laxavit illi*, eſt ישע *laxum fuit*, laxitate omni auxit.

(*k*) In verſu 23. dicitur ועבר et tranſibit Jehovah ad percutiendos Ægyptios, videbitque ſanguinem ad ſuperliminare et poſtes ופסח יהוה et *laxationem*, protectionem praeſtabit, (non vero *tranſibit* aut *tranſiliet* ut vulgo redditur) Jehovah ſuper januam, et non permittet exterminatorem, &c. Ex ipſo contextu igitur plane apparet, עבר *tranſire*, et פסח non eſſe ſynonima, quum plane diverſa notant; prius enim ad ſtragem, poſterius vero ad protectionem et conſervationem a ſtrage, applicatur. Et ver. 27. *et dicetis* ſacrificium פסח eſt hoc Domino, qui פסח על protectionem praeſtitit ſuper aedes filiorum Iſraelis, cum percuteret Ægyptios, aedesque noſtras eripuit. Cum angelus perditor tranſiret ad faciendam caedem primogenitorum, Angelus Servator Jehovah ſe interpoſuit, obtegendo oſtia aedium Iſraelitarum, et incolumitatem praeſtando, ne perditor intraret. Sic ſane LXX vi ſententiae ducti reddidit *και επισκεπάσω υμας et obtegam vos*, Exod. xii. 13.—Vis et propria ſignificatio hujus vocis פסח ex Iſa. xxxi. 5. patet, (ubi plane alluditur ad hoc beneficium Iſraelitis praeſtitum) "Ut aves ſupervolitantes nidum." Sic יָגֵן "Proteget "Jehovah exercituum Hieroſolymas protegendo et eripiendo, פָסֹחַ "laxationem praeſtando," protectionem clementem praeſtando, &c. Hanc imaginem ſuſtinet ac dubitatione eximit emblema avium עָפוֹת expanſis alis volitantium ſuper pullis et nidum protegentium. In hiſtoria Saladini per Iſpahan. vox פסח eodem ſenſu uſurpatur; ait enim, "Viſum fuit Sultano ut يفسح لهم Hebr. יפסח להם laxationem "ipſis praeſtaret in exitum, ex urbe obſeſſa, favore in eos et com- "miſeratione impulſus." Ubi eadem phraſis occurrit, quae exſtat hic de liberatione Ægyptiaca et Hieroſolymitana illa, Jeſ. xxxi. 5. ſic in Alcoran. Sur. lviii. 12. "O vos qui creditis, quum dicitur vo- "bis تفسحوا laxamini in conviviis, at vos laxum locum cedite, ut "Deus vobis laxationem praeſtat." Vid. Schultenſ. in Prov. p. 356.

2276. VER. 14. זִכְרוֹן et זִכָּרוֹן Memoriale, monumentum firmum et conſtans. *A memorial, a monument.* A זָכַר. Vid. num. 671.

2277. VER. 15. שְׂאֹר Fermentum. *Leaven.* A שָׂאַר سار et شار efferbuit.

2278. חָמֵץ Acidus, fermentatus. *Leavened bread.* A חמץ حمص fermentatus eſt. *To ſour.*

2279. VER. 16. מִקְרָא Sermo, quo convocatur, *convocatio*, coetus convocatus. *An aſſembly.* 2. Sermo, quo legitur, *lectio*, ſcriptura ſacra, q. d. lectura, quòd ab omnibus hominibus legi debeat. A קָרָא vocavit, proclamavit, item legit.

2280. VER. 19. מַחְמֶצֶת Fermentatum, f. g. (prop. eſt part. 5 ſp.) *Leavened.* A חָמֵץ. Vid. num. 2288.

2281. אֶזְרָח Indigena. *A native, home-bred.* Prop. latius fuſa et ſparſa tum radicibus tum ramis; partim veniens pro *arbore*, Pſ. xxxvii. 35. partim pro homine indigena; partim pro *ſtirpe* familiae, quae longe lateque ſe radicibus fixit in terra, atque propagavit. Vid. Joſh. viii. 33. Ab זָרַח ortus eſt. Vid. n. 1715.

2282. VER. 22. אֲגֻדַּת In ſtat. conſtr. pro אֲגֻדָּה f. prop. nodatio: Hinc collectio, ligatio, faſciculus; etiam cuneus, agmen militum. *A collection, a bunch, a band of men.* Ab אָגַד اجد fortius adſtrinxit et nodavit.

2283. אֵזוֹב Hyſſopus. *Hyſſop.* In luſtrationibus et adſperſionibus plurimus ejus uſus. A אָזַב ازب fluxit.

2284. סַף Calix, pelvis. *A baſon.* 2. Limen. *A threſhold.* A סָפַף Æthiopice expanſus, extenſus fuit.

2285. חֲצִי Dimidium, ſecta pars. *An half.* A חָצָה diviſit. Vid. num. 1698.

2286. VER. 29. הַשְּׁבִי Captivitas, captivorum multitudo, et in f. שִׁבְיָה idem. *Captivity.* A שָׁבָה. Vid. num. 955.

2287. VER. 34. בָּצֵק Maſſa fermentata, prop. tumeſcens ex fermento. *Dough.* A בָּצֵק Arab. بسق et بصق prop. in altum res aliqua ſe extulit, cum tumore intumuit.

2288. יֶחְמָץ 3 Sing. m. fut 1 ſp. a حمص et حمض p. notat aceſcere de maſſa et vino, quae aceſcunt dum illa in fermentum, et hoc in acetum, vertitur: Hinc fermentatus fuit. *To ſour, to leaven.*

2289. VER. 38. עֵרֶב Mixtio, turba mixta. *A mixture, a mixed, promiſcuous multitude.* 2. Trama, ſive ſubtegmen, quia ſtamini miſcetur et intexitur. *The thread in weaving called the woof.* A עָרַב miſcuit. Vid. num. 1927.

2290. VER. 39. יֹאפוּ 3 Pl. m. תֹּאפוּ 2 pl. m. fut. 1 ſp. Ab אָפָה coxit. Vid. num. 1164.

2291. VER. 42. שִׁמֻּרִים Pl. m. obſervationes diligentes, cuſtodiae. *A night deſerving attention.* Nomen a 3 ſp. שִׁמֵּר diligenter cuſtodivit. Vid. num. 222.

2292. VER. 46. שָׂכִיר Mercenarius. *An hired ſervant.* A שָׂכַר mercede conduxit.

CAPUT XIII. VERSUS 2.

2293. קַדֶּשׁ DIligenter ſanctifices, 2 ſing. imp. מְקַדֵּשׁ part. 3 ſp. (נִקְדַּשׁ ſanctificabitur, praet. אֶקָּדֵשׁ 1 ſing. fut. הִקָּדֵשׁ inf. 2 ſp. הִתְקַדֵּשׁ ſemet ſanctificavit, praet. 7 ſp.) A קָדַשׁ قدس ſanctificavit. Vid. num. 155.

2294. פֶּטֶר Prop. fiſſio, ſive eruptio uteri, ſive primum germen quod uterum findit, auſpicium fiſſi primitùs et aperti uteri. (Hinc פֶּטֶר רֶחֶם primogenitus. *The firſt-born.*) A פָּטַר فطر primum et recenter fecit, produxit: Hinc incepit, auſpicatus eſt.

2295. VER. 3. חֹזֶק Robur. *Strength.* A חָזַק invaluit.

2296. VER. 12. שֶׁגֶר et שְׁגַר Faetus. *The young of any creature.* A שָׁגַר سجر emiſit, idem etiam Chaldaicè notat(*l*).

2297.

(*l*) In VER. 11. extat in edit. Everardi Vander Hoogt et Athiae, וֶבְאָךְ ubi ſecundum Keri deberet eſſe יְבִאָךְ uti extat in bibliis doct. Michaelis, et in quibuſdem M. S. ut in Cod. reg. 29. et in orat. 53. ubi legitur יְבִיאָךְ, quae procul dubio eſt vera lectio. Vid. Michael. bibl. et Houbigant. in locum.

2297. Ver. 13. תִּפְדֶּה Redimes, 2 m. fut. 1 ſp. (נִפְדָּתָה 3 f. praet. יִפְדֶּה 3 m. fut. 2 ſp. הָפְדֵּיה praet. 5 ſp. הָפְדֵּה inf. 6 ſp.) A פָּדָה فدي redemit, ſpeciatim redemptionem, vel liberationem captivi notat, quae fit, ſoluto pretio, vel et ſubſtituta anima, loco animae, vita loco vitae. *To deliver by power or price, to redeem, to deliver from death and miſery by paying a compenſation or price.*

2298. וַעֲרַפְתּוֹ Et jugulabis eum, 2 ſing. m. cum aff. ו et ו converſ. עָרְפוּ jugulabunt, 3 pl. praet. עֲרוּפָה decollata part. paſſ. יַעֲרֹף prop. penetrabit vel penetret, 3 ſing. m. יַעַרְפוּ 3 pl. m. fut. 1 ſp. A עָרַף عرف prop. jugulavit, decollavit. *To kill, to behead.* Hinc 2. Intime penetravit, cognovit; jugulator apud Arabes dicitur acri ingenio praeditus, qui ſuo penetrante acumine res jugulat. *To penetrate, applied to mental entrance into any thing abſtruſe, and to the act of entering into any body; to penetrate or drizzle as dew.*

2299. Ver. 16. טוֹטָפוֹת Prop. vibramina, quales ſunt inſigniores gemmae aut monilia, multam lucem vibrantia. A טָפְטַף et hinc טוֹטַף vehementius vibravit. A טָפַף طفف agilis fuit, vel a טוּף طوف circumivit.

2300. Ver. 18. חֲמֻשִׁים In ordines diſtributi, agmine ad exercitus ordinem compoſiti. *Marſhalled, ranked in order.* Part. paſſ. ſive pahul, 1 ſp. A חָמַשׁ حمس crudus, violentus fuit animo; hinc ſtrenuus fuit bello, vehemens fuit in omni re: Vel convenit cum خمش concitavit in pugnam.

2301. Ver. 21. עַמּוּד عمود Columna. *A pillar.* In pl. עַמּוּדִים. A עָמַד ſtetit (*m*).

2302.

(*m*) Diſtinctio tanquam geminae columnae occurrit, ver. 22. et Num. xiv. 14. 15. Species vero fefellit, unam tantam columnam fuiſſe conſtabit, quae ex duplici materia nebuloſa et ignea coaluerit in maſſam denſiorem, et columnae inſtar, ita ut in medio reſidentem ignem nubes illa continuerit: Nam, in Exod. xiv. 20. legimus Deum in ea procedentem ſuis caſtris effeciſſe ut Ægyptii ad Iſraelitas accedere non auderent; ſitque unius tantum columnae mentio, quae hinc lucem

2302. לַנְחֹתָם Ad deducendos eos, inf. cum praef. ל et aff. ם, בחֹתָם duxit eos, praet. cum aff. ם, נְחֵה imp. (יַנְחֵנִי 3 ſing. m. fut. 5. ſp.) 1 ſp. A נָחָה duxit. Vid. num. 1379.

2303. VER. 22. יָמִישׁ Non ſubducebat ſe, non remittebat a ſtatione, 3 m. ſing. fut. 1 ſp. A מִישׁ ماس *med. Jo*, receſſit, prop. terſit. *To withdraw, to retire, remove.* Vid. num. 1481.

CAPUT XIV. VERSUS 2.

2304. תַּחֲנוּ CAſtra ponetis, 2 pl. m. fut. חֹנֶה part. praeſ. ſing. חֹנִים pl. חֲנוֹת inf. 1 ſp. A חָנָה حنى flexit, caſtra poſuit. *To encamp, to pitch a camp.* Vid. num. 1459.

2305.

lucem illinc tenebras oſtenderit. Idem patet non minus diſtinctè ex Num. ix. 15. 16. ubi item unica tantum nubes memoratur. Clarius adhuc idem colligere datur ex Exod. xl. 34. 38. *Nubes Domini erat ſuper tabernaculum de die, et ignis nocte.* Hic duplex columnae mentio, duplex fuiſſe officium, quod illa Iſraelitis praeſtabat, oſtendit: Duplex quoque ejuſdem adſpectus diurnus et nocturnus; de die quidem apparebat tota nebuloſa tanquam, et ſaepe nubem expandebat ſupra capita Iſraelitarum ad aeſtum temperandum, igne tunc minus conſpicuo ob lucem diei et ſolis; ſed de nocte ignis ille in media columna radiabat, et tenebras nocturnas diſſipabat, ita ut ſemper neceſſaria Iſraelitis lux inter horrores deſerti fulgeret. Ab hoc duplici adſpectu et beneficio, ſignantius nonnunquam vox עמוד *columna* geminatur, et columna nubis, et columna ignis diſtinctè nominatur, quia revera dies tantum columnam nebuloſam, nox autem igneam tantum repraeſentabat. Geminum hocce munus tanquam unius columnae diſtinctè inculcatur, Pſ. lxxvii. 13. 14. et cv. 39. quibuſcum conferendum Pſ. xcix. 17. ubi Deus dicitur locutus eſſe ad Moſen et Aaronem in columna nubis, quae ibi jam ſola per Synecdochen memoratur, complectens quoque in medio reſidentem ignem, qui maxime numinis praeſentis indicium exhibebat. Confirmat hoc illuſtris contextus, Jeſ. iv. 4. 5. in quo ad hoc miraculum alluditur. Quod ad formam, obſervandum apud Hebraeos et Arabes columnam fumi appellari voluminoſam et denſiorem fumi molem, quâ in coelum rectâ aſcendit, ut Jud. xx. 41. Jöel. ii. 30. Unde patet laxius ſumendam eſſe pro ſpiſſiore mole nebuloſa, quâ mediam ignem obvelabat, atque e terra in coelum aſſurgebat, ita ut ſpeciem quandam columnae referret.

2305. נְבֻכִים Impliciti, part. pl. m. 2 ſp. pro נְבוּכִים. A בוך باك prop. implicuit, perplexus ſuit: Hinc tranſfertur ad animos ita perplexos, ut exitum non reperiant. *To be in perplexity and confuſion, ſo as not to know what to do, to be intangled.*

2306. VER. 7. בָּחוּר Electus. *Choſen.* Part. paſſ. בָּחַר 2 ſing. m. imp. 1 ſp. A בָּחַר elegit. Vid. num. 561.

2307. שָׁלִשִׁים Pl. a שָׁלִישׁ tribunus, dux. *A principal officer, the third in government.* A שָׁלַשׁ tertius fuit.

2308. VER. 8. רָמָה F. a m. רָם excelſus, eminens, pl. m. רָמִים f. רָמוֹת part. 1 ſp. A רוּם eminuit.

2309. VER. 11. הֲמִבְּלִי An abſque? an quod non? ex ה interrog. et praef. מ et בְּלִי conſumptio, defectus, (בִּבְלִי דַעַת *in defectu ſcientiae*, vid. Deut. iv. 42.) A בָּלָה. Vid. num. 1648.

2310.

referret. Praecedebat caſtris iter facientibus, ac veluti dux præeundo ac praelucendo, tanquam ſigno quodam imperatorio, in quod omnium oculi menteſque affigi deberent, Exod. xiv. 19. 23. 24. Deut. iv. 33. Univerſa caſtra illuminabat et adumbrabat; cum caſtra eſſent movenda formam rotundiorem in ſimilitudinem erectae molis, tenebat; ſed cum caſtra itidem metienda eſſent, ut plurimum ſeſe ſupra tentoria Iſraelitarum expandebat. Erat igitur praeſidio caſtris, ut diſerte teſtatur, Num. xiv. 14. *Et nubes tua ſtans ſuper illis*, quaſi protectorem agens, vid. Pſ. cv. 39. Cum nubes a rotundiore forma ſe effunderet latius, Iſraelitas non tantum ab aeſtu defendebat, ſed etiam jucundo rore recreabat, vid. Iſa. iv. 6. Et Apoſtolus tale quid innuere videtur, quum docet Iſraelitas in mari et in nube baptizatos fuiſſe, 1 Cor. x. 2. vid. etiam Joſeph. Antiq. lib. iii. cap. 8. Haecce nubes reſidentia erat Jehovae, et ex ea ſacra oracula edebantur, ut in Pſ. xcix. 7, *In columna nubis loquebatur ad eos*, praeeunte Moſe, Exod. xxxix. 9. Num. xi. 25. Sacram hanc columnam nondum evanuiſſe poſt ingreſſum Iſraelitarum in terram ſanctam, ſed remanſiſſe fidiſſimum praeſidem arcae et tabernaculi, in cujus ſancti ſanctorum tandem ſe concluſiſſe, atque thronum gratiae erexiſſe, veriſimillimum eſt: Nam nubes haecce radians et glorioſa eadem omnino erat, quae inter alas cherubini reſedit, et reſplenduit ſub titulo שְׁכִינָה *inhabitationis*, quo auguſtiſſimo ſigno in medio populi ſui habitare voluit Jehovah. Denique, haecce columna praeſtantiorem illam deductionem et tutelam eccleſiae peregrinantis in hocce mundo, in caeleſtem illam requiem per Meſſiam, ejuſque potentiſſimam praeſentiam per ſpiritum gratiae, praeſignificavit. Vid. Iſa. iv. 5. et lii. 12.

2310. VER. 14. תַּחֲרִישׁוּן Mutos voſmet praeſtabitis, 2 pl. m. fut. (הַחֲרִישׁ inf.) 5 ſp. A חָרַשׁ ſiluit. Vid. num. 1365.

2311. VER. 16. בְּקָעֵהוּ *Finde illud*, imperat. 1 ſp. cum aff. הוּ (יִבְקְעוּ 3 pl. m. fut. 2 ſp.) A בָּקַע بقع prop. fidit cum crepitu deſiliente fluctuum ſuorum, cum crepitu divulſit, vid. Pſ. xviii. 13. metaphora a copia aquarum, quae effindi dicitur, e gremio terrae quum ſcaturit et effunditur. *To cleave, to burſt.* Vid. num. 645.

2312. VER. 20. וַיָּאֶר Et יָאֵר pro יָאִיר lucere faciet, 3 ſing. m. יָאִירוּ 3 pl. m. fut. הָאִיר inf. הֵאִיר lucere fecit, praet. 5 ſp. Ab אוֹר أور illuxit, illuminavit. *To ſhine, to enlighten.* Vid. num. 81.

2313. VER. 22. חוֹמָה Murus. *A wall.* Prop. id quod defendit, et omnem vim repellit. A חָמָה defendit.

2314. VER. 24. אַשְׁמֹרֶת Vigilia. *A watch of the night.* A שָׁמַר cuſtodivit.

2315. וַיָּהָם Pavore liqueſcere fecit, 3 ſing. m. fut. pro יְהֻמַּם (הֲמֹתִי 1 ſing. praet. הָמֹם inf. cum aff. ם) 1 ſp. A הָמַם همّ liquefecit, in tabem dedit. *To conſume.* 2. Contrivit, profligavit, anxietate et moerore conſumpſit. *To diſquiet, to put into confuſion, to rout.*

2316. VER. 25. אֹפַן Rota. *A wheel.* Ab. אָפַן أفن cum motu invertit, impulit, involvit.

2317. כְּבֵדֻת Gravitas, difficultas. *Heavineſs, difficulty.* A כָּבֵד gravis fuit.

2318. VER. 27. לִפְנוֹת Ad converſionem, inf. 1 ſp. cum praef. ל ad. A פָּנָה. Vid. num. 1408.

2319. לְאֵיתָנוֹ Ad *ſuum perenne*, vel *perennem vigorem ſuum*, vulgò redditur *robur*; ſed το perenne maris eſt nativus ille atque inabruptus aquarum impetus, quo continuò aeſtu fervent et reciprocantur maria; ex aff. ו et praef. ל et אֵיתָן perennitas, perennis vigor. *Its natural conſtant vigour, force and impetuoſity.* Vid. Pſ. lxxiv. 15. A יָתַן. Vid. num. 2071.

2320.

2320. וַיְנַעֵר Et omnimodo excuſſit, 3 ſing. m. fut. 3 ſp. cum Waw relat. A נָעַר نعر excuſſit. *To ſhake off violently and vehemently.* Vid. num. 725.

CAPUT XV. VERSUS I.

2321. יָשִׁיר EST 3 ſing. m. אָשִׁירָה cantabo, 1 ſing. fut. (שִׁירוּ cantate vulgò dicitur eſſe 2 pl. m. imp. 5 ſp. pro הָשִׁירוּ, ſed potius eſt imp. 1 ſp. A שִׁיר سار med. Je, cecinit, quae extitit aeque ac שׁוּר). 5 ſp. A שׁוּר سور med. Waw, prop. recta ſerie diſpoſuit, tetendit: Hinc cecinit. *To ſing* (*n*).

2322. הַשִּׁירָה Canticum recta ſerie diſpoſitum. *A ſong.* A שִׁיר cecinit.

2323. גָּאֹה Extollendo, extulit ſe, vel eminendo eminuit, inf. 1 ſp. A גָּאָה نأى extulit ſe, erexit ſe in altum,

(*n*) Obſervante Aben Ezra, mos eſt linguae ſanctae, ut cum voce אז futurum per praeteritum reddatur.

Hoc capite continetur primum carmen veteris teſtamenti, quod Moſes in memoriam illius tranſitûs mirabilis Iſraelitarum per mare rubrum compoſuit.—Hocce carmen omnium quae nunc extant antiquiſſimum eſt, laetarumque affectionum verus et naturalis foetus. " Carmen hoc eſt ex omni parte nudum imprimis et ſimplex, nihil " habens artificii, nihil in rerum ſive inventione, ſive ordine, exqui- " ſitum. Naturae ſolummodo et affectuum vocem audimus: Ultro " qua licet erumpit gaudium, admiratio, et cum pia veneratione con- " junctus amor. Unice obverſatur Iſraelitarum animis ingens prodi- " gium diviſi maris, fluctuum dum ipſi tranſirent utrinque cumula- " torum, obrutorum denique aquis refluentibus hoſtium: Haec om- " nia ut poſſunt, exprimunt abrupte, intercise, fervide, exultanter, " ſingula breviter, eadem tamen saepius efferentes:

" Cantabo Jehovae, quia magnifice ſe extulit;
" Equum equitemque in mare dejecit.

" Hoc eſt exordium odae, idemque verſus intercalaris a mulierum " choro inter canendum identidem inſertus, quo breviter exprimitur " univerſi carminis argumentum: Nihilo tamen minus eadem res, " paululum variata dictione, et figuris diverſis iteratur,

" Pharaonis currus copiaſque in mare dejecit;
" Et in mari rubro demerſi ſunt electi ejus duces.
" Operuerunt eos abyſſi,
" Deſcenderunt in profunda, ſicut lapis."

Vid. Clariſſ. Louth. de Sacra Poeſi Hebr. p. 269. et Doct. Rollin's method of ſtudying and teaching the Belles Lettres, vol. ii. p. 404.

altum, magnificus, ſtrenuus fuit. *To rouſe or raiſe up one's ſelf, to diſplay magnificence and power in a glorious manner.*

2324. VER. 2. עֹז Robur. *Strength.* Etiam laus, vid. 1 Chron. xvi. 27. Pſ. xxix. 1. A עָזַז. Vid. n. 2010.

2325. וְזִמְרָת In ſtat. conſtr. pro זִמְרָה prop. carmen inciſum, modulatio cantillantis, pſalmus, hymnus. *A pſalm, an hymn.* A זָמַר زمر ſecuit, incidit. 2. Cecinit, a modulatione inciſa.

2326. יָהּ Jah, *Is qui erit*, nomen D. O. M. contractum ex יְהֹוָה, et non minus quam illud, omnes Dei perfectiones in ſe involvens. A הָוָה vel הָיָה fuit (*o*).

2327. וְאַנְוֵהוּ Et conſtituam eum mihi meditullium, centrum omnis laudis, gloriae, et gaudii. *I will make him the center or object of all my praiſe and glory.* 1 Sing. fut. 5 ſp. A נָוָה نوي intendit, induxit in animum, ut quaeret manſionem commodam; tetendit, aſpiravit, toto corde et affectu quaſi ad centrum et meditullium rei.

2328. אֲרֹמְמֶנְהוּ Exaltabo eum, 1 ſing. fut. cum aff. חו 3 ſp. רוֹמֵם altum fecit, extulit. *To extoll, to magnify.*

(*o*) Procul dubio, ſingularis aliqua emphaſis in hoc nomine divino יה latet, quae a nobis forte clarius intelligeretur, ſi plane certi eſſemus de genuina ejus ſignificatione. Probabile non videtur, Judaeos ſacratiſſimum nomen, quo Deus ſe ipſum inſigniverat, in breve contrahere auſuros eſſe. Praeterea nulla videtur emphaſis in geminatione horum nominum יה et יהוה Jah et Jehovah, ſi JAH idem valet ac ipſum יהוה, Iſa. xii. 2. et xxvi. 4. "Canticum et laus mea robuſta "eſt Jah Jehovah, qui mihi fuit ſaluti." Geminatur equidem nomen יהוה, Exod. xxxiv. 6. ſed applicari videtur ad virtutes duplicis generis, *gratiam* et *juſtitiam*, per quas Deus nomen ſuum Jehovah ibi explicat. Veriſimilius igitur יה derivatur ab יָאָה *pulcher, decorus fuit* duabis ſyllabis in unam contractis, facta compenſatione per Mappik, ut eſt in נֹהּ lamentatio, a נָהָה lamentatus eſt. Notat igitur JAH, ens pulcherrimum, glorioſiſſimum, in quo quaſi in centro colligantur perfectiones omnes, ejus naturae convenientes, in gradu conſummatiſſimo: Notat igitur *excellentiam, gloriam, decentiam*, et *decus* Dei, qualis eſt apud Jeremiam uſus hujus vocis, cap. x. 7. "Quis te non "revereatur, O Rex gentium, כִּי לְךָ יָאָתָה, quia tibi eſt *decentia*, "*decus* ευπρεπεια." Vid. Vitring. in Iſa. xii. 2.

niſy. (וַהֲרֵמֹתָ Et tolles, 2 ſing. m. הֲרֵמֹתֶם 2 pl. praet. הֵרִים elevavit, מֵרִים elevans, part. *5* ſp.) A רוּם رام (med. Waw) eminuit. Vid. num. 974 (*p*).

2329. Ver. 4. מִבְחַר Pars ſelectiſſima, nempe juvenum, qui rei militari prae caeteris ſunt idonei. *A choſen, ſelect band of men.* A בָּחַר بحر prop. emedullavit: Hinc excerpſit, ſelegit (*q*).

2330. טֻבְּעוּ Omnino appacti, ſubmerſi ſunt, fixi ſimul profundiſſime cum alluſione ad lutum, unde emergi nequeat, vid. Jer. xxxviii. 6. 22. 3 pl. praet. 4 ſp. A טָבַע طبع impreſſit in materiam mollem: Hinc pactus, appactus fuit, immerſus fuit, ſubſidit. *To be fixed cloſe to any thing, to ſink, to be drowned.* Vid. num. 1884 (*r*).

2331.

(*p*) Jehovah איש מלחמה vir belli, i. e. bellicoſus, Jehovah nomen ejus. Moſes repetit vocem Jehovam, uti clarius hunc bellatorem oſtenderet: Jehovah ille, cujus nomen eſt *Ero qui ſum*, dignatus eſt eſſe heros, et pugnator pro Iſraele; ille enim ſibi totius belli pondus ſuſcepit: Ille eſt non tantum dux, (qui etiam אביר יעקב heros praepotens Jacobi, Gen. xlix. 24.) ſed etiam militis officio fungitur cauſâ Iſraelis, uti praedictum cap. xiv. 14. " Jehovah pugnabit " pro vobis, et vos tacebitis."

(*q*) Sunt qui Moſis aetate trigas fuiſſe colligunt. Quod hic curruum ἀναβάται שָׁלִשִׁים vocantur, Graeci τριστάται reddunt, quod tres ſonat, et qui ita vocabantur, ſecundum Graeca ſcholia in Ezech. xxiii. 23. ii, qui tribus equis inſidebant: Veteres enim, cum ad bellum proficiſcerentur, tribus equis vehebantur. Alii שָׁלִישׁ dici volunt, quod tres in curru ſedebant, quorum unus aurigam agebat, alius clypeo protegebat, et tertius pugnabat, vid. Boch. Hieroz. tom. i. p. 172. Vox vero שָׁלִישׁ proprie notat tertium, vel virum tertiae dignitatis a rege, ut primo ſit מֶלֶךְ *Rex*, poſtea מִשְׁנֶה *ſecundus*, et poſt hunc שָׁלִישׁ *tertius a rege*.

(*r*) Pulcherrima climax hic ſe nobis offert: Currus Pharaonis, exercitus ejus, ſelectiſſimique juvenes rei militari prae caeteris idonei. Quam mira amplificatio ſequitur? jecit in mare, ſubmerſi ſunt in mari rubro; in ipſomet illo mari Suph ipſius Pharaonis imperii parte; abyſſi operuerunt eos, ita ut currus Pharaonis, exercitus, principeſque ſuperbi abſorpti, momento temporis, nictuque oculi evanuere, inque profundum tanquam lapis deſcenderunt.

2331. Ver. 5. יְכַסְיֻמוּ Omnino operuerunt eos, ex aff. מוּ et pro יְכַסּוּ 3 pl. m. fut. לְכַסּוֹת ad operiendum, inf. cum praef. ל, כִּסָּה praet. 3 ſp. A כָּסָה كسى involvit, operuit ex omni parte. *To cover*. Vid. n. 663.

2332. מְצוֹלֹת Profunda. *The depths*. Pl. a מְצוּלָה profundum vehementius aeſtuans, gurges aquarum, locus profundus. A צוּל صال (med. Waw) ſaeviit vehementi impetu (*s*).

2333. Ver. 6. נֶאְדָּרִי Magnificata eſt, 3 m. praet. cum Jod paragogica; נֶאְדָּר magnificus. *Magnificent, illuſtrious*. Part. 2 ſp. Ab אָדַר ادر prop. tumuit. 2. Magnificus, illuſtris fuit: Convenit cum voce Graeca κυδιάω, tum in primario tum in ſecundario ſenſu. *To become illuſtrious, glorious, magnificent.*

2334. תִּרְעַץ Confringes, 2 ſing. m. fut. 1 ſp. A רָעַץ رعص prop. concuſſit, confregit. *To break, to daſh to pieces* (*t*).

2335. Ver. 7. גְּאוֹן Magnificentia, majeſtas. *Majeſty, grandeur*. A גָּאָה extulit ſe. Vid. num. 2323.

2336. תַּהֲרֹס Contundes, 2 ſing. m. יֶהֶרְסוּ 3 m. fut. (הֲרֹס inf. 3 ſp.) 1 ſp. A הָרַס هرس contudit vehementius, deſtruxit, perfregit, irrupit, vid. Pſ. lviii. 7. *To deſtroy, to overthrow.*

2337. Ver. 8. נֶעֶרְמוּ Coacervatae ſunt, 3 pl. praet. 2 ſp. נֶעֱרַם coacervatus, accumulatus fuit; videtur haec

(*s*) Poeta, poſtquam clades Ægyptiorum vividiſſimis coloribus ob oculos exhibuerat, apoſtrophe, et exclamatione utitur, "Jehovah, dextra tua magnificata eſt fortitudine! dextra tua, O Jehovah, percuſſit inimicum!" nempe illum Pharaonem, qui dixerat, "Quis eſt Jehovah, ut ejus imperio obediam?" "Et in multitudine magnificentiae majeſtatisque tuae contudiſti adverſarios tuos, iſtos ſuperbos Ægyptios, qui tibi domino exercituum bellum indixerant."

(*t*) Moſes denuo ad hiſtoriam hujus cladis progreditur non deſcriptione, ſed prolonganda apoſtrophe ad Deum, qua narrationem magis vividam redderet, "Tu, Jehovah, immiſiſti iram tuam." Hic Poeta iram perſonâ induit; hic ignes, tempeſtates, tonitrua, fulgura iracunda exhibet, eventus hujus irae divinae immiſſae pulcherrime deſcribitur: Devoravit eos tanquam ſtipulam.

haec idea oriri ab agitatione ſive exercitatione. A עָרַם عرم. Vid. num. 277 (*u*).

2338. נִצְּבוּ Perſtabant erecta, vel perſtare facta ſunt, 3 pl. praet. 2 ſp. A נָצַב نصب ſtetit erectus, in 2 ſp. perſtare factus eſt. (Ejuſdem originis cum יָצַב). *To ſtand upright.*

2339. נֵד Acervus, et quidem cumulatiſſimus, a quaſſatione, ita dictus qui gravi ſub mole nutat, vortex, *An heap.* A נוד ناد nutavit, vel a נָדָה ندا congregavit.

2340. נֹזְלִים Pl. a נוֹזֵל fluens, part. praeſ. 1 ſp. vel ſubſtant. fluentum, gurges. *A flood, a ſtream.* A נָזַל نزل defluxit.

2341. קָפְאוּ 3 Pl. praet. 1 ſp. A קָפָא قفا prop. nexuit, convolvit, nexibus convolvit, (Et ſic reddi poſſit in hoc loco, abyſſi connexi ſunt in corpus validum, fluido oppoſitum, vid. doct. Lette in locum.) *To bind faſt.* Hinc coagulavit. *To congeal, to condenſe.*

2342. VER. 9. אָרִיק Evacuabo, 1 ſing. fut. הֲרִיקוֹתִי 1 ſing. praet. 5 ſp. A רִיק Arab. راق med. و et ي. Vid. num. 1923. Dicitur orientalibus *gladius* ſe *evacuare*, quum multum ſanguinis effundit, hominem animâ vitali ſpoliat, et miſere confoſſum ſternit. Vid. Levit. xxvi. 33. et Ezech. xxviii. 7. (*v*).

2343.

(*u*) Apud Arabes extat nomen عرم aggeres, obiceſque aquarum, et عرمة *accumulatae arenae*, ſive *cumulus*. Nihil celebratius eſt in hiſtoria Arabica quam السيل العرم *inundatio* quae aggeres perrupit Sabæorum, de qua in Alcoran. Sur. xxxiv. 15. 16. *immiſimus in eos impetum* العرم *aquarum collectorum.* Sic vertit Marracius haud indocte ſane, reſpiciens ad huncce locum, נֶעֶרְמוּ הַמַּיִם, pro quo Arabs Erpen. dat تعرموا المياه, a ſignificatione vocis عرمة *acervus, cumulus.* Rabbi Bechai ſignificare vult נערמו *ſapienter ſeu callide egerunt aquae*, ut etiam Jonathan interpretatus eſt חכימו מיא ſapienter ſeu callide egerunt: Ut ſenſus ſit, viſae ſunt ſapienter egiſſe aquae, quum in cumulum ſurrexerunt, cedentes in duo latera, quo tranſituris Iſraelitis pervium mare praeberent, poſteaque reverſae in ſuum locum ut prius, perſequentes Ægyptios mediis fluctibus involutos obruerent.

(*v*) Valde ſublimis eſt hoſtici furoris et minarum imitatio, in qua mirifice amplificatur inſperata cladis atrocitas. Legimus et percipimus

2343. VER. 10. נָשַׁפְתָּ 2 Sing. m. praet. 1 ſp. A נָשַׁף نسف flavit vehementius, ventilavit, diſperſit, diruit, q. d. difflavit. (Differt a נָשַׁב نسب flavit lenius. *To blow gently.*) *To blow vehemently, to ſcatter with blowing.*

2344. צָלֲלוּ Tinnitum dederunt, ut plumbum in aquis validis, i. e. praecipites dati ſunt, ut plumbum cum vehementia projectum tinnit, et bombum excitat, 3 pl. praet. 1 ſp. A צָלַל صلّ tinnivit, cum tinnitu ſonuit. *To ring, to reſound, to tinkle.*

2345. עוֹפֶרֶת Plumbum. *Lead.* Ita dictum quia prae caeteris metallis naturam habet maxime terream. A עָפַר عفر in pulvere volutavit.

2346. אַדִּירִים Pl. m. a ſing. אַדִּיר tumens. *Swelling.* Hic videtur uſurpari in primaria ſignificatione. 2. Magnificus. Ab אָדַר tumuit. Vid. num. 2333.

2347. VER. 11. כָמֹכָה Inſtar tui, ex aff. כָה et praef. כ et מוֹ contracte pro מִין ſpecies. Vid. n. 1182 (*w*).

2348.

pimus manifeſtum vindictae ſpiritum in hiſce verbis, ubi nulla conjunctio adſit hiſce ſex vocabulis adhibitis ab Ægyptiis militibus, dixit inimicus, "Perſequar, comprehendam, dividam ſpolia, explebitur iis "anima mea, evaginabo gladium meum, poſſidebit eos manus mea:" Vox תּוֹרִישֵׁמוֹ proprie ſignificat *poſſidere faciet*, vid. num. 1968: Et haec fuit vera cauſa quare eos comprehendere volebant, ut memoratur cap. xiv. 5.—Ægyptii jam Iſraelitas perſequi ſtatuerant, aſſequi eos non dubitaverunt, de dividendis tantum ſpoliis intenti, ſatiari divitiis eorum deſiderium ſuum jam putârunt, et ut Iſraelitas poſſideret tanquam ſuos ſervos, opus ſibi ſolum eſſe ut gladios evaginarent, exiſtimârunt. Sed videamus exitum, v. 10. "Flâſti vento tuo, et "operuit eos mare, tinnitum dederunt ut plumbum in aquis vehe-"mentibus." Quam pulcherrima idea divinae potentiae hic exhibetur? flat Deus tantum, et cum ſpiritu oris myriades nictu oculi profligat; operuit eos mare, et tinnitum dedere tanquam plumbum in aquis vehementibus.

(*w*) Hic poeta variis figuris, interrogatione, comparatione, et repetitione, utitur, haeque etiam omnes admirationis, effuſaeque laetitiae, ſignificantiſſimae ſunt. "Quis ſimilis tui inter Deos, O Jehovah? "Quis tui ſimilis magnificus, verendus ſanctitate! terribilis laudibus, "faciens mirabilia! extendiſti dextram, abſorbet eos tellus."

Effert

2348. אֵלִים Principes, pl. a אַיִל pl. aries. 2. Princeps. *A leader who goes before the people as a ram before the flock.*

2349. תְּהִלּוֹת Pl. a ſing. תְּהִלָּה laus, celebratio. *Praiſe.* A הָלַל laudavit. Vid. num. 875.

2350. פֶּלֶא Miraculum, prodigium. *A prodigy.* Q. d. abſciſſum a communi lege naturae. A פָּלָא فلا abſcidit. Vid. num. 1122.

2351. VER. 13. זוּ et זוֹ ذو Hicce. *This.* pronom. demonſtr. (זֹאת fem. ذات) A זָוָה ذوى inclinavit, tetendit.

2352. נָוֶה Manſio amoena, in quam quis toto affectu fertur. *A pleaſant habitation.* A praeced. נָוָה نوى.

2353. VER. 15. נִבְהֲלוּ Concuſſi, 3 pl. praet. 2 ſp. A בָּהַל بهل prop. quaſſatus fuit, concuſſus, territus fuit. *To be ſeized with terror, to be thrown into conſternation, to be amazed* (x).

2354.

Effert ſe gaudium, atque exultat audacius, grandes habet conceptus, ſplendidas imagines arripit, verba injicit ardentia, nec veretur figuras praecipites et inſolentes periclitari.

Doctiſſimus Louth. hic optime obſervat ſublimitatem unice, conceptuum magnitudinem, et vim dictionis, ſine peculiari aliqua totius formae magnificentia, et pulchritudinis diſpoſitione, ſuſtentare: "En veros animi commoti impetus! germanam naturae vim nunquam arti conceſſam! affectus vix eluctantes, pariter laborantes rerum copia atque inopia verborum, eoque ipſo ſeſe efferentes expreſſius! Recitanda eſſet tota ode, ſi ſingulas ejus partes recenſere vellem, quarum laudanda eſſet ſublimitas. Unum tantum adnotabo, quod et in univerſa Hebraeorum poeſi locum habet, et in hoc poemate praecipue cernitur, nimirum, dictionis brevitatem unum eſſe maximum ſubſidium ſublimitatis. Rerum ponderi plerumque officit diffuſa et exuberans oratio; quantum ſano corpore carnium et obeſitatis addideris, tantum detraxeris de vigore et viribus. Hebraei, ſi univerſa ſpectes, ſunt largi, copioſi, uberes; ſi ſingula, parci, reſtricti, preſſique; variando, repetendo, ſubinde addendo, amplificant: Tota quidem res interdum fuſe tractatur, ſed iteratis, crebriſque, et per omnia brevibus nervoſis ſententiis, ita ut nec copia nec vis deſit. Debetur iſthaec brevitas, cum linguae ingenio, tum etiam naturae carminis Hebraei, ideoque huic parti, ut nullae plerumque verſiones ſatisfaciunt, &c." Vid. Doct. Louth. de Poeſi Hebr. p. 270.

(x) Hic extat prophetia amoris vere paterni, tutelaeque glorioſae, quam Jehovah populo ſuo, poſt exitum ex Ægypto, concederet,

cum

2354. רַעַד Tremor vehementior. *Trembling.* (Apud Arabes رعدة רְעָדָה tremor quo membra torpent et rigeſcunt.) A רָעַד رعد tonuit, tremuit.

2355. נָמֹגוּ Liquefacti ſunt, 3 pl. praet. 2 ſp. A מוּג ماج diffluit, liquefactus fuit, fluctuatus fuit animo. Vid. Pſ. cvii. 26. *qui fluctu jactati ſunt. To diſſolve, melt for fear.*

2356. VER. 16. אֵימָתָה Prop. aeſtus vaporans: Hinc terror, formidoloſa et terribilis vis: Enim paragog. cum ה cenſetur vim ſuperlativi habere, vid. Gram. p. 88. *Violent, exceſſive fear.* Ab אָיַם ام (*med. Je*) aeſtuavit. 2. Excitavit fumum aeſtuantem (y).

2357. יִדְּמוּ Conticeſcent, immobiles quieſcent, 3 pl. m. (quidam volunt eſſe 3 pl. 2 ſp.) וַיִּדֹּם et conticuit, 3 ſing. fut. 1 ſp. A דָּמַם دمّ prop. laevigando complanavit: Hinc 1. ſiluit, conticuit, ubi plane apparet illa aequatio, quâ quis ſine ullo aeſtu ſedatus, compoſitus conſpicitur, ut de Aarone dicitur Lev. x. 3. *To be huſh or ſtill, to be calm, compoſed.* 2. Notat ſtuporem quo quis deſidet, obmuteſcet. *To hold one's peace, to*

cum deduceret in vaſto et horrido deſerto, et ut pupillum oculi ſui cuſtodiret, expandendo alas ſuas ſuper eum, atque in humeris ſuis portando, donec tandem in terram Cananaeam introduceret, et in monte haereditatis ſuae plantaret. Tandem pavorem trepidationem qua percuſſi eſſent, pulcherrimè deſcribit praedicitque, "Audient populi, et tremeſcent, dolor apprehendet habitatores Paleſtinae, &c." *i. e.* ut primum audierint exteri populi de mari rubro ſciſſo exſiccatoque in gratiam Iſraelitarum, deque ſubmerſis Ægytiis, ipſos Paleſtinos alioquin feroces ſubita ac vehemens invadet trepidatio. Veritas hujus prophetiae ex multis clara eſt; praecipue ex hiſtoria Ruth Cauponariae, "Novi quod Dominus vobis tradiderit terram, et quod irruerit in nos terror veſter, et elangnerunt omnes habitatores terrae a facie veſtra: Audivimus enim quod ſiccaverit Dominus aquas maris rubri ad veſtrum introitum; et haec audientes, pertimuimus, et elanguit cor noſtrum, nec remanſit in nobis ſpiritus a facie veſtra," Joſh. ii. 9.

(y) Haec phraſis בִּגְדוֹל זְרוֹעַ lacerti compacti firmitudinem intortam et robuſtiorem notat. Sic Arabes ساعد اجدل *lacertus firmius intortus* et *compactus*, qualis eſt Athletae, videlicet, et fortiſſimi bellatoris; eandem vim et emphaſin ac יד חזקה habet.

to be dumb or ſpeechleſs. 3. Delevit, ſolo aequavit, quatenus notat excidium et internecionem (*z*).

2358. VER. 17. מָכוֹן M. مكان locus in quo aliquod ſtabilitur. *A place where a building is fixed.* A f. מְכוֹנָה ſedes. *A ſettled habitation.* Speciatim baſis, A כּוּן. Vid. num. 1938.

2359. פָּעַלְתָּ 2 Sing. m. 1 ſp. A פָּעַל فعل operatus eſt, paravit. *To work with attention, to prepare.*

2360. מִקְּדָשׁ Prop. locus conſecratus, ſanctuarium. *A conſecrated place, a ſanctuary.* Nomen ex 2 ſp. pro מִנְקְדָשׁ. A קָדַשׁ conſecravit.

2361. כּוֹנְנוּ Accurate aptaverunt, 3 pl. m. praet. יְכוֹנֵן ſtabilivit, 3 ſing. m. 3 ſp. (הֲכִנוֹתִי praeparavi, 1 ſing. praet. תָּכִין 2 pl. m. fut. 5 ſp. תִּכּוֹן pro תִּתְכּוֹנֵן inſtauretur, confirmetur, 3 ſing. f. fut. 7 ſp.) A כּוּן كان aptavit, diſpoſuit, firmus fuit. *To fit, prepare, to eſtabliſh.*

2362. עַד et עֲדָה Æternitas, q. d. proceſſio in infinitum. *Eternity.* A עָדָה عدا tranſiit, proceſſit; extat in hoc ſenſu Æthiopicè. Vid. Sim. Arcan. form. p. 384.

2363. יִמְלֹךְ Regnabit, 3 ſing. m. fut. מָלְכוּ 3 pl. praet. 1 ſp. A מָלַךְ ملك regnavit. Vid. num. 780 (*a*).

2364.

(*z*) Voces דָּמַם دمم, דּוּם دام, דּמה ſunt ejuſdem originis, et proprie notant linendo aequare, complanare: Hinc tranſlatio facta ad fluctus, ſtrepitus, ventos, voces, poſt motum reſidentes, complanatas, ad quietem ſilentiumque compoſitas. Sed alio flexu *complanare* illud multo uſu in oriente admiſſum, ad perditionem, excidium indicandum, quatenus ſolo aequantur, delentur quae exſcindimus: Sic geminata ſecunda دمدم eos penitus obliteravit, delevit Dominus ob crimen eorum, Alcor. Sur. xci. 15. Poteſtas illius complanatae aequationis plane ſe exſerit in Pſ. cvii. 29. *Stare fecit horridam tempeſtatem* לדממה in complanationem exaequatiſſimam, maximeque tranquillam: Et ut optime Buchananus noſter reddidit,

"Jam venti ponunt, ſtratâque aequaliter undâ,
"Arrident taciti tranquilla ſilentia ponti."

(*a*) Abſolvit vero poeta ſuavi atque venuſta ſimplicitate hocce carmen: Decebat enim, ut, poſtquam tanto verborum impetu, variiſque orationis figuris, animos eorum ad hocce ſtupendum prodigium reputandum

2364. Ver. 20. הַנְּבִיאָה Prophetiſſa. *A propheteſs.* A נָבָה نبى. Vid. num. 1230.

2365. מְחֹלֹת Tibiae, pl. a מְחֹלָה tibia vel fiſtula ſoluta, oppoſita ſolidae compactioni. 2. Tripudium, chorus. *Dancing.* A חָלַל حلّ hiavit, ſolvit, foraminibus patuit. *A piece of wood perforated with a tool, a pipe or flute* (b).

2366. Ver. 24. וַיִּלֹּנוּ et יִלֹּנוּ Et murmurârunt, 3 pl. m. fut. 2 ſp. pro יָלוֹנוּ med. Waw extruſa cum praecedenti puncto, Keri hic habet יִלּוֹנוּ; תַּלּוֹנוּ et תַּלִּינוּ 2 pl. m. fut. הֲלִינֹתֶם murmurare feciſtis, 2 pl. m. praet. מַלִּינִים murmurare facientes, pl. m. part 5 ſp.

reputandum excitâſſet, ut magnitudinem hujus miraculi cauſâ illorum patrati, ſimpliciter ſine ulla exornatione enarraret.—Liberatio Iſraelitarum ex ſervitute Ægyptiaca eſt prodigium celeberrimum in toto veteri teſtamento relatum: Deus hujus millies meminit, èt de eo quâdam delectatione et voluptate loquitur, et ut ſplendidiſſimum ſui omnipotentis brachii exemplum oſtentat; ſimplex enim non erat, ſed longâ ſerie miraculorum, quorum unum, quodque alio mirabilius, conſtabat.—Denique addit, "Jehovah regnabit in aeternum, &c." Æquum eſt profecto, Dominum in omnem aeternitatem regnare, atque in nos imperium exercere, qui fecit ut Pharaonis equum, una cum curribus et equitibus aquae maris refluentes ac refuſae operuerint, cum Iſraelitis per arefactum maris alveum, ſalvi et incolumes inceſſerint.

(b) וַתַּעַן Et alternis canebant, 3 ſing. f. fut. 1 ſp. A עָנָה غنى cecinit, a reſpondendo, cum alternis cantatur. Sic Exod. xxxiv. 18. "Sed vocem עַנּוֹת alternatim reſpondendi, canendi, ego audio."

Ex hoc loco plane apparet, morem carmina canendi, uſu obtinuiſſe, ut ſacros hymnos ſaepe alternis choris invicem cantarent, ut hic; et Miriam reſpondebat illis, hoc eſt, ipſa cum mulieribus virorum choro identidem ſuccinebat: "Cantate Jehovae quia magnificè ſe extulit, "equum equitemque in mare dejecit." Alias vero ita erat cantio, ut ex duobus choris, altero ſingulis verſiculis praecinente, alter perpetuo ſubjungeret verſiculum priori aliquo modo reſpondentem, ut in Pſ. cxxxvi. "Celebrate Jehovam quia bonus, quia aeterna eſt ejus "benignitas."—Quod Sacerdotes et Levitas ad praeſcriptum Davidis alternis choris ceciniſſe nos docet Ezra, iii. 2. Eadem ratio muliebris cantiunculae de Saulo et Davide, "Ludentes enim reſpondebant," hoc eſt, alternis choris carmen amoebaeum canebant; alteris enim praecinentibus, "Percuſſit Saulus millia ſua," alterae ſubjiciebant, "et "David ſuas myriades," 1 Sam. xviii. 7. vid. etiam Neh. xii. 31. 38. 40, et titulum Pſ. lxxxviii. et Doct. Praeſulem Louth. de Poeſi Hebr, p. 178.

A לון لون origo videtur in calidius fovendo: Hinc murmuravit. *To murmur, to utter ſecret and ſullen diſcontent.* Item pernoctavit. Vid. num. 1374.

2367. VER. 25. יִמְתְּקוּ 3 Pl. m. fut. 1 ſp. A מָתַק dulce, ſuave fuit. *To be ſweet.*

2368. מִשְׁפָּט مشنطا, Pl. מִשְׁפָּטִים, forma, inſtitutum, exemplar. *A plan, a form or model of worſhip, religion, of a building, a preſcribed order.* Item mos, habitus, vitae agendae ratio. 2. Judicium aequiſſimum temperatum humanitate, actio judicandi. *The act of exerciſing judicature, judgment,* Levit. xix. 15. 35. A שָׁפַט سفط prop. aequavit cauſas: Hinc judicavit, jus dixit. Vid. num. 1131 (*c*).

2369.

(*c*) Vox משפט definitiones praeciſas, non tantum leges aequitatis et juris, verum etiam omnes doctrinas, revelationes, et inſtituta ad religionem, et cultum Dei pertinentia, ſecundum quae ut canonem et normam actiones componerentur, notat. In hoc loco משפט modulum, normam, ſive exemplar primaevae religionis et cultus patribus traditi ante eam legem, ſignificat: Nam non hic ſtatuta ſive ritus, et judicia ſcripta dedit Deus (hoc enim poſtea factum legimus) ſed pacti memoriam refricavit cum patribus facti: Docuitque populum Deus per os Moſis, ut in ſimplicitate et innocentia, ſicut olim patres, coram Deo ambularent. Eadem plane videtur eſſe ſignificatio hujus vocis, ubi Deus loquitur de ſervo ſuo Abrahamo, "Novi enim eum, quod "praecipiet filiis ſuis, et domui ſuae poſt ſe, ut cuſtodiant viam Je"hovae, et exſequantur vel obſervent juſtitiam ומשפט et normam," exemplar nempe religionis cultusque divini patribus ipſique Abrahamo a Deo traditi. Plane hic innuitur Abrahamum filios ſuos familiamque ſenſum et ſignificationem horum ſacrificiorum a Deo procul dubio inſtitutorum, edocturum eſſe: Abſurdum enim eſt ſupponere, Abrahamum beneficiorum illorum per Meſſiam generi humano praeſtandorum, ignarum fuiſſe; Teſtatur enim Dominus noſter, Abrahamum geſtiviſſe ut videret diem iſtum meum, et vidiſſe ac gaviſurum eſſe, Johan. viii. 56. Apoſtolus ad Hebraeos etiam de Abrahamo caeterisque patribus teſtatur, "Secundum fidem mortui ſunt iſti omnes, "non adepti promiſſa, ſed eminus ea conſpicati, poſtquam ipſis fuiſ"ſent perſuaſa, et ea amplexi fuiſſent, &c. Heb. xi. 13."

Sed extat locus, ubi ſenſus hujus vocis extra dubium ponitur, "Praecepit itaque Rex Aſſyriae hiſce mandatis, deducite illuc unum "e ſacerdotibus, quos tranſtuliſtis inde, qui pergant et habitent illic, "et doceant eos משפט formam, inſtitutum, normam, modum co-

"lendi

2369. VRE. 26. יָשָׁר يسر Prop. *planus*, rectus. *Right, upright*. Pl. יְשָׁרִים. A יָשַׁר يسر planus, rectus fuit.
2370. תְּמָרִים Pl. a m. תָּמָר تمر palma. *The palm-tree*. A תָּמַר تمر dactylos tulit.

CAPUT XVI. VERSUS 3.

2371. סִיר OLla, lebes, opercula tecta. *A pot*. Pl. סִירוֹת, radix apud Æthiopes ſignificat texit. Vid. Simon. Arcan. form. p. 129.
2372. שֹׂבַע Saturitas, copia. *Plenty*. A שָׂבַע. Vid. num. 1872.
2373. VER. 7. תְּלוּנוֹת Pl. a תְּלוּנָה murmuratio. *Murmuring*. A לוּן. Vid. num. 2360.
2374. VER. 8. לִשְׂבֹּעַ Ad ſatiandum, inf. תִּשְׂבְּעוּ 2 pl. m. fut. 1 ſp. A שָׂבַע شبع ſatiatus, ſatur fuit. *To be ſatisfied*.

2375.

" lendi Dei terrae;" quod explicat etiam ſacer hiſtoricus, " Venit " ergo unus e ſacerdotibus, ויהי מורה et edocebat eos quomodo co- " lerent Jehovam, 2 Reg. xvii. 27. 28." Quidam Judaei משפט idem notare hic ac תורה agnoſcunt. Propheta Iſaias voce שפט utitur in eodem ſenſu, Iſa. ii. 4. " ושפט בין גוים Et jus dicet inter " gentes, *i. e.* normam religionis dabit gentibus, eamque demon- " ſtrabit populis magnis." Sic etiam Iſa. xlii. 1. " משפט Inſtitu- " tum, normam religionis proferet gentibus." Hic Doctiſſ. Michaelis משפט reddit, " Regula ſive canon judicii divini, doctrinae evange- " licae, quae eſt norma judicii Chriſti, cui pater judicium tradidit." In verſu 5. plane declaratur, " Non remiſſus erit, donec ponat משפט " hancce normam et formam religionis;" et ſequentia plane mon- ſtrant hancce vocem משפט idem notare ac תורה doctrina, lex: Nam additur, " Et legem ejus ולתורתו inſulae expectabunt." Hoc etiam patet ex verſu 3. " Proferet משפט לאמת normam, " exemplar religionis juxta veritatem." Denique, inſtituta religionis vocantur " משפטי יהוה Jura, inſtituta Jehovae aequa, recta " ſunt, Pſ. xix. 9. et Pſ. cxix. 7. 13. et paſſim."

Vide haec fuſius illuſtrata in concione a nobis edita in Deut. xviii. 15. 18. cui titulus eſt, " The Reſemblance of Jeſus to Moſes conſi- " dered; and the extraordinary puniſhment of the Jews ſhown to be " a ſtanding evidence of the truth of Chriſtianity," p. 35. 36. Note (*o*). Edinburgh, 1765.

2375. Ver. 13. הַשְּׂלָו سلوي Pl. שַׂלְוִים. *Quails.* Ita dicta a pinguedine, eſt enim avis pinguicula. A שָׁלָה سلا (ultima Waw vel Je) pinguis, opimus fuit (*d*).

2376. שִׁכְבַת In ſtat. conſtr. pro שְׁכָבָה et שֶׁכֶבֶת cubatio, effuſio, diſperſio roris. *Lying, lying down.* (זֶרַע שִׁכְבַת Effuſio ſive fluxus ſeminis, Levit. xx. 15.) A שָׁכַב cubuit. Vid. num. 1165.

2377. מְחֻסְפָּס Minutiſſimè confriatum, Chaldaeus reddit *decorticatum*, vulgò rotundus. *Crumbled or broken into ſmall pieces.* Part. 2 ſp. חִסְפֵּס minutim confriavit, vel friando mundavit. Componitur ex חָסַף حسف mundavit terendo et fricando inter manus, et פָּסַס فسس diremit, ſeparavit in extremam tenuitatem.

2378. כְּפֹר Pruina, q. d. tectio terrae. *Hoar froſt.* A כָּפַר كفر texit.

2379. Ver. 15. מָן من Manna, prop. praeciſa, certa portio, a Deo diſpenſatore liberali data; eximium donum.

(*d*) Variae ſunt ſententiae virorum doctorum de hac voce. Doctiſſ. Ludolphus putat שְׂלָו notare ſpeciem *locuſtae*; ſed lexicographi Arabes, tum *Gaucharius*, tum *Camus*, dicunt السلوي notare طاير avem. Doctiſſ. Haſſelqviſt nos certiores facit, coturnices frequentes eſſe in Ægypto quodam tempore anni: Nam ſic loquitur de hac ave: "An amazing number of theſe birds, *viz.* Quails, come to Egypt at "this time, *i. e.* in March, for in this month the wheat ripens: "They conceal themſelves among the corn; but the Egyptians "know extremely well that there are thieves in the grounds: And "when they imagine the fields to be full of them, they ſpread a "net over the corn, and ſurround the field; at the ſame time ma- "king a noiſe, by which the birds are frightened, and endeavour- "ing to riſe, are caught in the net in great numbers, and make a "moſt delicate and agreeable diſh, p. 39." Praeterea addit, "I can- "not however but mention the quail of the Iſraelites: This is a new "ſpecies of Tetrao, which I found at Jordan, and in the wilderneſs "near the mountains of Arabia Petraea. This quail very much re- "ſembles the red partridge, but is not larger than the turtle-dove." "If natural hiſtory can give any information in the interpretation of "the bible, this bird is certainly the ſame with the quails of the Iſ- "raelites, and they alone would deſerve a journey to Jordan, &c." Vid. Voyages and Travels in the Levant, written originally in the Swediſh language by Frederick Haſſelquiſt, M. D. London, 1766.

donum. *A certain portion, an excellent gift.* (מָן הוּא q. d. *Coeleſte donum hoc*, et quidem minus expectatum, et quaſi ex manu Dei demiſſum ſine ope humana.) A מָנַן منّ praecidit : Hinc benignus et propitius fuit. Quidam derivant a מָנָה definivit (*e*).

2380. Ver. 16. עֹמֶר Manipulus. *A ſheaf of corn.* Item nomen menſurae decimam partem ephae capiens. *The tenth part of an ephah, containing near three wine quarts Engliſh, and one pint and an half Scotch meaſure.* A עָמַר عمر ſuperſtitit aqua rem, eamque texit.

2381. גֻּלְגֹּלֶת Cranium, prop. rotunditas capitis, a figura ſphaerica. *The ſkull from its round or ſpherical figure.* Inde caput, homo et ſumma. *Poll or head of a man.* A quadrilitera forma גִּלְגֵּל volutavit.

2382. Ver. 18. יָמֹדּוּ 3 Pl. m. fut. pro יִמְדְּדוּ. Vid. Gram. p. 148,9. A מָדַד مدّ extendit in longum, latum et profundum. 2. Menſus fuit. *To meaſure.*

2383. הֶעְדִּיף Redundare fecit, 3 ſing. m. praet. (הָעוֹדֵף quod ſuperfluum, pl. עֹדְפִים pl. m. עֹדֶפֶת f. g. ſing. part. 1 ſp.) 5 ſp. A עָדַף عدف prop. profuſus fuit. 2. Redundavit, ſuperfluus fuit. *To ſuperabound, to be ſtored with more than enough, to be ſuperſluous.*

2384. הֶחְסִיר Indiguit, deficere fecit, 3 ſing. m. praet. 5 ſp. A חָסֵר. Vid. num. 678.

2385. Ver. 19. יוֹתֵר et יוֹתִיר *Reliquum faciet*, 3 ſing. m. תּוֹתִירוּ *reliquum facietis*, 2 pl. m. fut. הוֹתֵר ſupereſſe facere, inf. הוֹתִיר reliquum fecit, 5 ſp. (נוֹתָר reliquus m. נוֹתֶרֶת reliqua, f. נוֹתָרִים pl. m. part. 2 ſp.) A יָתַר يتر. Vid. num. 1607.

2386. Ver. 20. וַיָּרֻם Et verminoſum factum eſt, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. pro יִרְמַם. A רָמַם رمّ computruit, exeſum fuit os, verminavit. *To breed worms.*

2387.

(*e*) Hinc illuſtratur Pſ. lxi. 8. vulgo redditur miſericordiam et veritatem מַן praepara ; a pleriſque ſtatuitur eſſe imperative, 3 ſp. ſive pihhel, per apocopen 3tiae ה ; ſed potius vertendum eſt, *benignitas et veritas ſint, donum coeleſte, quod conſervent eum.*

2387. תּוֹלְעִים Vermes, pl. a תּוֹלֵעָה vermis. *A worm.* Ita dictus a collo et capitulo eminulo, exſerto. A תָּלַע تلع eminuit, de collo, capite, dente, &c.

2388. Ver. 21. נָמָס Liquefactum fuit, praet. pro נִמְסַס יִמַּס liquifiet, 3 ſing. m. (הִמַּסּוּ 3 pl. praet. 5 ſp.) 2 ſp. A מָסַס tabuit, liquefactus, diſſolutus fuit. *To melt.*

2389. Ver. 23. שַׁבָּתוֹן Quies ſumma, intenſivum nudi שַׁבָּת quies. *Reſt, the Sabbath-day.* A שָׁבַת quievit. Vid. num. 154.

2390. Ver. 25. רִמָּה رمة Putredo verminans, vermiculus. *A worm.* A רָמַם verminavit.

2391. Ver. 31. גַּד Coriandrum. *Coriander. The fruit is compoſed of two hemiſpherical and ſometimes ſpherical ſeeds.* A גָּדַד ſecuit. Vid. num. 2058.

2392. צַפִּיחִית صفيحت Placenta. *A thin cake.* Ita dicta a complanata ſuperficie. A צָפַח صفح in latum duxit, expandit.

2393. Ver. 33. צִנְצֶנֶת Urna, theca in qua res frequenter iteratisque vicibus recondi ſolet. *An urn, a pot.* צוּן Arab. صان et Æthiop. conſervavit, recondidit, ſpeciatim tanquam aliquod pretioſum. Vid. Reland. in diſſert. 2da de num. Samaritanis, p. 25. Alii formant a צָנַן cuſtodivit, aſſervavit.

2394. Ver. 35. נוֹשָׁבֶת Habitata, part. f. 2 ſp. (הוֹשַׁבְתִּי ſedere feci, 1 ſing. praet. יוֹשֵׁב habitare fecit, 3 ſing. m. fut. הוֹשֵׁב ſedere fac, 2 ſing. m. imp. 5 ſp.) A יָשַׁב ſedit. *To dwell.*

2395. הָאֵפָה Et אֵיפָה et in ſtat. conſtr. אֵיפַאת q. d. *menſura completa*, menſura aridorum major, tantum continens in aridis quantum בַּת batus in liquidis, Exod. xlv. 11. Hinc in genere menſura. *A meaſure, an ephah, a meaſure containing ſeven gallons, two quarts, one-half pint, wine meaſure.* A יָפָה يفي completus fuit. Alii volunt eſſe ab אָפָה coxit.

CAPUT

CAPUT XVII. VERSUS 3.

2396. יִצְמָא EST 3 ſing. m. fut. 1 ſp. A צָמָא ſitivit. *To thirſt.*

2397. צָמָא Sitis. *Thirſt.* A praecedente צָמָא.

2398. Ver. 6. צוּר Petra, prop. acutus et praeruptus. pl. צֻרִים. *A rock.* 2. Acies. Vid. num. 2174.

2399. Ver. 7. מַסָּה Tentatio, probatio, pl. מַסּוֹת tentationes. *A trial, a proof or experiment of a perſon.* A נָסָה tentavit.

2400. נַסּוֹת Explorare, inf. נִסְּתָה 3 ſing. f. praet. תְנַסּוּן tentabitis, 2 pl. m. fut. מְנַסִּים probantes, part. pl. 3 ſp. A נָסָה tentavit. Vid. num. 1293.

2401. Ver. 12. אֱמוּנָה Prop. firmitas pedis et greſſus non fallentis, opponitur τῷ תְּהִלָּה lapſatio, lapſus. 2. Columna firma. *A ſtable, firm pillar.* 3. Fidelitas factorum et dictorum. *Truth, fidelity.* Ab אָמַן. Vid. num. 996.

2402. Ver. 13. וַיַּחֲלֹשׁ Et profligavit, 3 ſing. fut. 1 ſp. A חָלַשׁ Arab. حلش raſit, flagellavit, debilitavit, domuit. Vid. Clav. Dialect. p. 310. *To weaken, to ſubdue.*

2403. Ver. 14. כְּתֹב Scribe, 2 ſing. m. כִּתְבוּ 2 pl. imp. כָּתוּב ſcriptus, pl. כְּתוּבִים et כְּתֻבִים pl. part. pahul, ſive paſſ. יִכְתֹּב ſcribet, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. A כָּתַב كتب ſcripſit. *To write.*

2404. Ver. 15. נִסִּי Vexillum meum, ex aff. י et נֵס prop. micatio, emicatio: Hinc ſignum eminens, et altius elatum. *A banner, a ſtandard.* A נָסַס نصص extulit, elevavit in altum, erexit vexillum, vid. Iſ. vi. 26. (*f*).

2405.

(*f*) In Num. xxi. 8. occurrit phraſis, quae variè redditur ab interpretibus על נס ſuper emicatione, *i. e.* ſecundum Cl. Schroedinem in orig. Hebraeis, ſuper columna altius eminente, quae procul per caſtra conſpici poſſit, fere ut Zech. ix. 16. *lapides coronati* מתנוססות *emicantes ſunt, tropaea coronata quae alte eminent,* ut ſit ſplendida ſigna victoriarum; et Num. xxvi. 10. ubi ſenſu metaphorico, ſeditioſi,

2405. Ver. 16. כֵּס et כִּסֵּא Thronus, ſuggeſtum. *A throne.* Quidam volunt eſſe כָּסָה texit : Alii vero contendunt כִּסֵּא eſſe pro כִּרְסֵא. A כָּרַס كرس congeſſit, contraxit. Vid. Clav. Dialect. p. 249 (*g*).

CAPUT XVIII. Versus 4. (*h*)

2406. VER. 8. הַתְּלָאָה Defatigatio, labor. *Travel, fatigue.* A לָאָה laſſus fuit. Vid. n. 1179.
2407. Ver. 9. וַיִּחַדְּ Et laetatus eſt, 3 ſing. fut. 1 ſp. pro יִחְדֶה. A חָדָה, Chald. חֲדָא, Arab. خدي proprie notat fricari ; hinc a frictu titillante. 2. Laetus, hilaris fuit. *To be glad, to rejoice.*
2408. Ver. 11. זָדוּ Superbe egerunt, 3 pl. m. praet. (יָזִיד et יָזֵד 3 ſing. יָזִידוּ et יְזִידוּן 3 pl. fut. 5 ſp.) 1 ſp. A זוד زاد prop. tumuit, intumuit. 2. Superbivit, q. d. intumuit de faſtu. *To ſwell with pride.*
2409. Ver. 18. נָבֹל Marceſcendo, inf. (תִּבֹּל 2 ſing. m. fut.) 1 ſp. A נָבַל نبل prop. emarcuit, marcidus fuit. *To be exhauſted of the natural moiſture and ſpirits in*

tioſi, horrendo ſupplicio interempti dicuntur eſſe לנס in emicationem, i. e. *in ſignum eminens, elatum,* quod horrendum exemplum tremendae ſeveritatis Dei omnium oculis exponat.

(*g*) In his verbis יד על כס יה ad jurandi ritus apud veteres uſitatum reſpici videtur, ut ſenſus ſit, et dixit (Moſes) *quia manus ſuper thronum Jah,* i. e. quia Deus hoc firmiter conſtituit, et more hominum, juramento cônfirmavit, manu erectâ, ſeu throno impoſitâ, memoriam Amaleki prorſus delendum eſſe ; ideo bellum Domino perpetuum cum Amaleko fore. Alii vero ad Moſen potius qnam ad Deum juramentum referre malunt, ut ſenſus ſit, *quia manus mea eſt ad thronum Dei,* i. e. ad coelum erit bellum Domino, &c.

(*h*) בְּעֶזְרִי Quia Deus patris in auxilio mihi, vel potius auxilium meum. " Becauſe God is *my helper.*" ita ב apud Hebraeos et Arabes intimam rei qualitatem et naturam notat, per emphaticam circumlocutionem, ut Dominus Jehovah בחזק *in potente,* i. e. *potens* veniet, Eſſ. lx. 10. הוא באחד At *ille unus,* Job. xxiii. 13. באל שדי Deus omniſufficientiſſimus, Exod. vi. 3. vid. Eccleſ. vii. 12. Ita ſaepe in Alcor. الله بقدير *Deus in potente,* i. e. *potentiſſimus ;* هو بمومن ille in credente, *i. e.* verus, fidelis. Vid. etiam Alcoran. Sur. ii. 140. xxxiv. 36. lv. 4.

in which the life of a plant conſiſts, to loſe ſpirit and courage, to wither, Job xiv. 8. Iſa. iii. 44. 2. Stultus fuit, ſtultè egit. *To act imprudently, fooliſhly.*

2410. VER. 19. אִיעָצְךָ Conſulam tibi, 1 ſing. fut. 1 ſp. cum aff. ךָ. A יָעַץ يعض prop. plexuit, connexuit res inter ſe: Hinc 2. conſuluit, conſilium dedit. *To adviſe, to give counſel.*

2411. VER. 20. הִזְהַרְתָּה 2 Sing. praet. 5 ſp. A זָהַר زهر prop, nituit; flore, fronde, ſplenduit. *To ſhine, to give light.* Inde הִזְהִיר in 5 ſp. fecit eniteſcere, et per metonym. admonuit, *i. e.* illuminavit lumine admonitionis, commonuit, inſtruxit, maturavit ad nitorem oculi, auris, judicii, Vid, Dan. ii. 13. et qui maturârunt ſeſe, alioſve, effloreſcent ſplendidiſſime, tanquam ſplendore firmamenti. *To ſhine, to enlighten, to inſtruct, to admoniſh.*

CAPUT XIX. VERSUS 4.

2412. כַּנְפֵי IN ſtat. conſtr. pro כְּנָפִים alae; כְּנָפַיִם duae alae, pl. f. כְּנָפוֹת, a כָּנָף c. ſed f. ſaepius, ala, ora. *A wing,* A כָּנַף كنف cinxit. Vid. nom. 106.

2413. נְשָׁרִים Pl. a נֶשֶׁר نسر aquila. *An eagle.* Sic dicitur ſecundum quoſdam, quia eſt avis alis maxime expanſis. A נָשַׁר, Arab. نشر, explicuit, revixit, reviruit. Alii malunt a نسر roſtro vulſit, vellicavit.

2414. VER. 5. סְגֻלָּה Peculium, proprium. *A peculiar treaſure or property.* Graeci Interp. reddunt περιούσιος. A סָגַל سجل prop. exuberavit, Chaldaicè acquiſivit.

2415. VER. 9. עָב Denſitas. *The denſity or condenſation of vapours in a cloud, thickneſs.* A עָבָה عبا (ult. Je) ſtipavit, conſtipavit.

2416. VER. 12. וְהִגְבַּלְתָּ Et terminum pones, 2 ſing. m. praet. הַגְבֵּל terminis include, 2 ſing. m. imp. 5 ſp. הִגְבִּיל termino circumdedit, incluſit. A גָּבַל جبل

جبل prop. panxit: Hinc terminavit. *To ſet bounds, to limit.* Hinc illuſtratur הַיָּם הַגָּבוּל mare in molem compactum, concretum, vel mare terminum pangens, Joſh. xv. 48.

2417. Ver. 13. בִּמְשֹׁךְ In protrahendo, inf. cum praef. ב in, מָשְׁכָה traxit, 3 ſing. f. praet. 1 ſp. A מָשַׁךְ مسك traxit. *To draw out.* 2. *To draw as a beaſt in a plough.* 3. *To draw out in length, protract, prolong.*

2418. יוֹבֵל Buccina. *A trumpet.* (Conjungitur cum קֶרֶן ut קֶרֶן יוֹבֵל cornu jubilationis. *The jubilee horn.*) A יָבַל يبل copioſe et vehementer actus fuit, effuſus fuit.

2419. Ver. 16. קֹלוֹת Tonitrua. *Thunders.* A ſing. קוֹל. Vid. num. 318.

2420. בְּרָקִים Pl. a בָּרָק, Arab. برق, fulgur, coruſcatio. *Lightening.* A בָּרַק برق fulguravit.

2521. שׁוֹפָר Buccina, tuba. *A trumpet.* Ex arietis cornu fere fuit, ideo *cornu* explicatur ab aëre radendo dicta. A שָׁפַר سفر praecidit, raſit. Vid. num. 2064.

2422. Ver. 17. תַּחְתִּית Et תַּחְתִּיָּה f. A תַּחְתִּי infimus. *The lower or nether part.* Vid. num. 615.

2423. Ver. 18. עָשַׁן عسن fumavit. *To ſmoke.* 2. Exarſit, iratus fuit, ipſa radix. עָשֵׁן Fumans, part. 1 ſp.

2424. עָשָׁן Fumus. *Smoke.* A praecedente עָשַׁן.

2425. Ver. 19. חָזֵק Invaleſcens, m. videtur eſſe formae פָּקֵד part. 1 ſp. *Growing ſtronger.* A חָזַק. Vid. n. 1178.

2426. Ver. 23. הַעֵדֹתָה Conteſtatus es, 2 ſing. הַעִידוֹתִי 1 ſing. praet. אָעִידָה conteſtabor, 1 ſing. fut. 5 ſp. teſtes adhibuit, conteſtatus eſt. *To call to witneſs, to make proteſtation of a thing.* הוּעַד Conteſtatio facta eſt, 3 ſing. praet. 6 ſp. A עוּד. Vid. num. 1926.

CAPUT XX. Versus 4.

2427. פֶּסֶל et פְּסִיל Sculptile, imago ex lapide vel ligno ſculpta, idolum, pl. פְּסִילִים. *A graven image, an idol.* A פָּסַל نصل dolavit, ſculpſit.

2428.

2428. תְּמוּנָה Species tenuior et ſubtilior, ſimilitudo, figura. *A likeneſs, reſemblance.* A מוּן مان finxit.

2429. Ver. 5. תָעָבְדֵם In ſervitutem redegeris illis, 2 ſing. m. cum aff. ם, נָעָבְדֵם ad colendum ea cogamur, 1 pl. m. fut. 6 ſp. (יֵעָבֵד coletur, 3 ſing. m. fut. 2 ſp. עֻבַּד quae ad opus ruſticum non adhibita eſt, praet. 4 ſp. וַיַּעֲבִידוּ et ad ſerviendum coegerunt, 3 pl. m. fut. מַעֲבִידִים opus urgentes, part. pl. m. 5 ſp. הֶעֱבִיד ſervire fecit.) A עָבַד عبد ſervivit. *To work, to labour, to ſerve; and with* ב *following, to ſerve one's ſelf of another.*

2430. קַנָּא M. zelotes, zelotypus. *Jealous.* A קָנָא قنا zelotypus fuit. Vid. num. 1456.

2431. Ver. 7. לַשָּׁוְא In vanum, ex praef. ל et שָׁוְא vanitas, falſum, mendacium. *Vanity, a vain thing, a lye.* A שָׁוְא سآء inſtabilis fuit, malus fuit, male affecit.

2432. יְנַקֶּה Inſontem habebit, impunem dimittet, 3 ſing. m. fut. נַקֵּה inſontem habendo, abſolvendo, inf. (וְנִקְּתָה et inſons habebitur, 3 ſing. f. praet. הִנָּקֵי inſons, impunis habetor, inf. 2 ſp.) 3 ſp. נִקָּה mundum fecit, inſontem habuit. *To declare one pure, innocent, to acquit.* A נָקָה نقي purus fuit. Vid. num. 1343.

2433. Ver. 12. יַאֲרִיכוּן Producant, 3 pl. תַּאֲרִיךְ 2 ſing. תַּאֲרִיכוּן 2 pl. fut. הַאֲרִיךְ inf. 5 ſp. in praet. הֶאֱרִיךְ prolongare, producere fecit. Ab אָרַךְ ارك produxit, prolongavit. Vid. num. 1449.

2434. Ver. 13. תִּרְצָח Occides, 2 ſing. יִרְצַח 3 ſing. fut. (רֹצֵחַ occidens, homicida, part. praeſ.) 1 ſp. A רָצַח رضح occidit. *To kill, to murder.*

2435. תִּנְאָף 2 Sing. יִנְאַף 3. fut. (הַנֹּאֵף adulter, part. praeſ. m. הַנֹּאָפָה adultera, part. praeſ. f.) 1 ſp. A נָאַף نأف prop. explevit ſitim: Hinc transfertur ad rem veneream; nam bibere aquam ex ſuo fonte, adhibetur pro uxore propria frui; potare ex alieno fonte, figurat cum adulterium tum ſcortationem. 2. Scortatus eſt, adulterium commiſit. *To commit adultery.*

2436. Ver. 14. תַּחְמֹד Concupiſces, 2 ſing. m. יַחְמֹד 3 ſing. m. fut. 1 ſp. A חָמַד حمد flagravit, flagrantius cupivit, vid. Pro. vi. 2. 25. *To deſire inordinately, to covet.*

2437. Ver. 15. וַיָּנֻעוּ Et commoti, agitati ſunt inſtar arboris a ventis concuſſae, 3 pl. m. fut. (וַיְנִעֵם et vagari fecit, circumegit eos, 3 ſing. m. 5 ſp. pro יָנִיעַ cum aff. ם) A נוע نوع nutavit, movit ſe. Vid. num. 461.

2438. Ver. 18. הָעֲרָפֶל Spiſſa caligo. *Thick darkneſs.* Ex עָרַב miſcuit, et אָפַל افل tabuit, occidit ſol (*i*),

2439. Ver. 21. שְׁלָמֶיךָ Pacifica tua, pl. cum aff. ךָ et שְׁלָמֵי, pro שְׁלָמִים, a שֶׁלֶם ſacrificium pacificum, ſalutare, ſive id quo incolumitas, ſalus eſt, pax habetur. *A peace offering, typifying the reconciliation of God with man, thro' the death of Him who is our* Peace. A שָׁלַם. Vid. num. 1956. Sed de vera natura hujus ſacrificii poſtea ſuo loco dicendum (*k*).

2440.

(*i*) Cl. Carpzovius ערפל, cujus incola Deus dicitur, columnam nubis eſſe putat, et ערפל in variis locis pro illa ipſa ענן nube ſumi contendit: Hic enim Jehovah in בעב ענן opaca caligine apparuiſſe diſerte dicitur. Cum vero Moſes in eandem nubem intrâſſe dicitur, hiſce verbis enunciatur, " Et acceſſit Moſes in ערפל caliginem, in " qua Deus erat." Accedit quod ענן cum ערפל, Deut. iv. 11. v. 19. a Moſe conjungitur, atque adeo unum per alterum explicatur, hoc confirmari videtur, quod nubes illa ſybolum praeſentiae divinae, in qua deſcenderat Jehovah in dedicatione templi Solomonis, vocari ערפל, et per ענן interpretari, 1 Reg. viii. 12. Deus ſe conventurum eſſe Moſen, et cum eo loqui velle ex propitiatorio inter duos cherubinos, Exod. xxv. 12. et in nube apparere ſuper propitiatorio, Levit. xvi. 2. pollicetur. Ex hiſce, hanc ipſam nubem ſimul cum arca in templum migrâſſe, innuitur.

(*k*) Hic clare indicatur, ante legem per Moſen latam, pacifica ſacra שלמים in uſu fuiſſe: Hoc enim oſtendit Moſis illud Pharaoni dictum, " Etiam tu dabis nobis זבחים ועלות ſacrificia et holocauſta, Exod. x. 12." et Jethro obtuliſſe memoratur עולה וזבחים holocauſtum et ſacrificium Deo, Exod. xviii. 12. Quibus in locis vox זבחים ſacra pacifica vel ſalutaria deſignat. Quod et Judaei ipſi docent, atque etiam vocis ipſius uſûs: Quippe vox in ſacris literis, praeſertim voci עולה addita, nulla deſignat ſacrorum genera, niſi tantum ſacra pacifica.——Hactenus holocauſta omnium victimarum antiquiſſima fuiſſe oſtendimus, num. 718. not. (*o*). Hoc enim genus

ab

2440. אַזְכִּיר Commemorabo nomen meum, prop. acri odore et vigore quaquaverſum diffundam, 1 ſing. תַּזְכִּירוּ 2 pl. m. fut. תַּזְכִּיר et הַזְכֵּר inf. 5 ſp. הִזְכִּיר adolevit, ſuffimenta cremavit, *i. e.* fragrantiam acrem excitavit, (וְנִזְכַּרְתֶּם in memoriam revocabimini, 2 pl. praet. 2 ſp.) A זָכַר ذكر acri odore viguit: Hinc 2. Recordatus eſt, q. d. acri vigore fragravit. Vid. num. 671 et 3152.

2441. VER. 22. גָּזִית Prop. exciſio, lapis caeſus, laevigatus. *A hewn ſtone.* A גָּזָה جزي ſecuit, praecidit. Chald. dolavit.

2442. הֵנַפְתָּ Elevâſti, prop. coruſcum mucronem cultri deſtrinxiſti, 2 ſing. pro הֲנִיף הֲנוּפְתָ inf. יָנֵף et יָנִיף 3 ſing. תָּנִיף 2 ſing. fut. 5 ſp. הוּנַף agitatus fuit, praet. 6 ſp. A נוּף ناف et نيف prop. notat agitationem ſplendentem, ſive vibrationem eminentiorem ante oculos; eminuit cum ſplendore vel coruſcando. In 5 ſp. הֵנִיף notat oblationem donarii Deo ſolenniter conſecrati cum vibramine, agitatione; ad majorem religionem ſolebant talia vibrari quaquaverſum, ac veluti

ab Abele, Noa, et Abrahamo, factum fuiſſe legimus; neque aliud ullum genus, niſi diu poſt Abrahamum natum, in ſacris literis memoratur. Jobus etiam עלות holocauſta obtuliſſe dicitur, Job. i, 5. xli, 8. Balaamus denique, ſolitum et ipſe ſine dubio morem ſequens, Balaco ſalutem, Hebraeis exitium precaturus, ſibi parari juſſit. Ex quibus plane apparet, hoſce, qui vel ante legem Moſaicam vixerant, vel quibus illa ignota fuit, cuilibet cultûs ſacri generi holocauſta, quandoque obtuliſſe.—Denique Abrahamo, in cultûs et vivendi normam, theologiam Noahicam, novis revelationibus explanatam et ampliatam, Deus tradidit: Septies enim ad minimum promiſſio ſeminis victricis et beatificantis promittitur. Ab anno autem mundi 2083, haec theologiae expoſitio illuſtris initium cepit, duravitque annos teſte Apoſtolo 430, Gal. iii. 17. Abrahamus enim promiſſionem accepit, cum eſſet natus annos 76, ſeu ineunte eo anno, quum jam Charane egreſſus in terram Cananaeam pervenerat. Ab hoc promiſſo dato, factum eſt poſt finem 430 annorum, ut eodem ipſo die egrederentur omnes exercitus Domini de terra Ægypti, Exod. xii. 41. Lex autem in monte Sinai, quae theologiae Moſaicae initium dedit, tertio menſe poſt exitum illum ex Ægypto, lata eſt. Vid. Exod. xix. 1. et Uſſer. Chronolog. Sacr. cap. viii. 9.

luti coruſcando offerri et dedicari. *To wave, to move to and fro with agility, to brandiſh; here applied to the waving of offerings to and fro, up and down, and round about, to all the quarters of the world, in token of ſolemn dedication to God the Lord of all.*

CAPUT XXI. VERSUS 2.

2443. חָפְשִׁי LIber, manumiſſus. *Free.* A חָפַשׁ حفش effuſus fuit libero impetu, ſine ulla coercitione (*l*).

2444. VER. 3. גַּף Prop. dorſum convexum, corpus. *A body.* A גוף جاف cavus fuit, vel a גָּפַף, ejuſdem primariae ſignificationis cum praecedente.

2445. VER. 6. רָצַע Arab. رصع fixit ita ut haereat, fodit penetrante cuſpide, transfixit, perforavit. *To pierce through, to bore.*

2446. מַרְצֵעַ Subula a *perforando. An awl.* A רָצַע. Vide ſupra.

2447. יְעָדָהּ Deſponſavit eam. Ex aff. הּ et יָעַד وعد (יְעָדֶנָּה condixerit eam, 3 ſing. m. fut. 1 ſp.) condixit, conſtituit locum vel tempus alicujus rei. *To agree to meet and live together, to betrothe, to marry, to appoint, to aſſemble together.* (אִוָּעֵד Praeſens ero, conveniam, 1 ſing. fut. נוֹעָדִים congregati, convenientes, pl. a נוֹעָד part. נוֹעַדְתִּי 1 ſing.) נוֹעֲדוּ Praet. 2 ſp.

(*l*) Phraſis יצא לחפשי uſurpatur cum gratia et dignitate, et reddi poteſt *emicuit ad liberum*, ut liberrimo ſuo motu, curſu, fluxu veluti frueretur, et cum voluntate libera, liberum corpus, liberamque agendi poteſtatem obtineret. Eſt adhuc alius aſpectus ejuſdem verbi apud Arabes, quum uſurpatur pro expelli e medio, atque e ſocietate eliminari, quaſi dicamus *effundi* tanquam aliquod *vile et contemptum.* Hinc illuſtratur Pſ. lxxxviii, 5. במתים חפשי *inter mortuos abjectus*, *i. e.* effuſus ad omnem vilitatem. Adhiberi ſolet hoc verbum in iis qui cum publica ignominia et maledictione ejiciuntur: Sic ubi lepra percuſſus Rex Uzziah habitâſſe dicitur, 2 Reg. xv. 5. בבית החפשית in domo ejectionis publicae, quod ignominiam procul dubio notat: Ea enim erat conditio leproſorum.

2 ſp. נוֹעַד alter alteri locum vel tempus conveniendi conſtituit ſive condixit, vulgò convenit. *To aſſemble together by appointment or agreement.* הוֹעִיד Praet. 5 ſp. certo loco vel tempore convenire fecit, condictum dedit alicui locum, itemque diem judicii.

2448. בְּבִגְדוֹ In perfide agendo ipſum, inf. 1 ſp. cum praef. בּ in, et aff. וֹ. A בָּגַד بجد prop. fovit occultum aliquod malum: Hinc fraudulenter et perfidè egit, violavit pactum, decepit. *To act treacherouſly, unfaithfully, to diſappoint.*

2449. Ver. 10. שְׁאֵר Caro. *Fleſh.* Cibus, alimentum. *Food, proviſion.* Etiam conſanguineus. *A relation, kindred.* Qui vel quae eſt ejuſdem carnis, vel reliquiae carnis. A שָׁאַר سير reliquus fuit. Vid. num. 669.

2609. Ver. 5. כַּרְכֹּב Limbus ligneus, ornatûs gratiâ additus, ut ſi quid rerum ſacrarum e foco excideret, non in terram, ſed in limbum caderet.

2610. Ver. 7. וְהוּבָא Allatus, abductus fuit, 3 ſing. m. praet. יוּבָא 3 ſing. m. 6 ſp. A בּוֹא venit. Vid. n. 1940.

2611. Ver. 8. נְבוּב In regimine pro נָבוּב, part. paſſ. 1 ſp. cavus, concavus. *Hollow*. 2. Metaphor. vanus, fungoſus, inſtar arundinis cavus. *A vain, empty perſon*, Job. x, 12. A נָבַב نبب internodia produxit arundo. 2. Superbius ſe extulit. Vel poteſt eſſe praet. 2 ſp. A בּוּב باب cavus fuit.

2612. Ver. 9. חָצֵר Prop. ſecludens, atrium, pl. חֲצֵרוֹת. *A court, or building, walled round, but open at the top.*

A

A חָצַר حصر prop. ſepſit, et quidem ſpeciatim a promiſcuo acceſſu, *ſtipando clauſit, circumdedit prorſus.*

2613. קְלָעִים Plagulae auleorum, et in ſtat. conſtr. קַלְעֵי, a קֶלַע قلع plagula aulaei, cortina, velum. *A ſort of ſmall covering, curtain, or hangings.* 2. Funda; item pala annuli. 3. Valva verſatilis, vulſim movendae. A קָלַע قلع prop. vulſit: Hinc loco dimovit, velificatus eſt.

2614. Ver. 10. חֲשׁוּקִים Pl. m. faſciae, ſive circuli argentei circumvoluti columnis tabernaculi. *Silver wreaths about the top of a pillar.* A חָשַׁק حسق fixit.

2615. Ver. 13. זְרַח Ortus. *The riſing of the ſun; hence the Eaſt.* A זָרַח. Vid. num. 1715.

2616. Ver. 14. כָּתֵף كتف Scapula, humerus, ſic dictus, q. d. thoraci, brachiis firmiter junctus. *The ſhoulder of a man or beaſt.* 2. Latus, pars. *The corner or ſide of a building, a ſide or portion of a country.* Pl. כְּתֵפוֹת partes, orae. *Shoulder-pieces.* Extat etiam pl. m. cum aff. כְּתֵפָיו *humeri ejus.* A כָּתַף كتف arctius ligavit, conſtrinxit.

2617. Ver. 17. מְחֻשָּׁקִים Connexas inter ſe faſciis argenteis, pl. part. 4 ſp. חִשֵּׁק, (חִשֵּׁק praet. 3 ſp. diligenter connexuit.) A חָשַׁק حسق et خزق fixit, connexuit. *To connect or join together.* Vid. n. 1733.

2618. Ver. 19. יְתֵדוֹת Pl. a יָתֵד وتد clavus, paxillum. *A great pin, pole, or ſtake.* A יָתַד وتد et وطد panxit.

2619. Ver. 20. זָךְ Purus, limpidus purè. *Unmingled.* A זָכָה زكى nituit, limpidus fuit.

2620. כָּתִית Tuſus. *Beaten.* Eſt part. formae פָּקִיד. A כָּתַת كتت tutudit.

2621. Ver. 21. מוֹעֵד Locus ad conveniendum conſtitutus, condictus. *The place appointed for meeting, a meeting, an aſſembly.* Etiam tempus ad conveniendum conſtitutus. A יָעַד. Vid. num. 2447 (*b*).

CAPUT

(*b*) אֹהֶל מוֹעֵד *Tabernaculum conventûs*, ad quod Iſraelitae certo die cultûs divini gratia convenire debebant; et quia ibi Deus conveniebat

CAPUT XXVIII. VERSUS I.

2622. לְכַהֲנוֹ AD fungendum ſacerdotio ipſum, ex praef. ל et aff. ו, et כַּהֵן inf. כִּהֲנוּ 3 pl. praet. יְכַהֲנוּ ſacerdotio fungentur, 3 pl. m. fut. 3 ſp. A כָּהַן كهن prop. appropinquavit, (idem notans ac קָרַב) : Inde ſacerdotio functus eſt. *To officiate in the prieſt's office.*

2623, VER. 2, תִּפְאֶרֶת Exornatio ſui, prop. intumeſcens, ornamentum, magnificentia in cultu et veſtitu, decus ſuperbum, gloria. *An ornament, decoration, beauty.* A פָּאַר فار tumuit, intumuit. Vid. num. 2208.

2624. VER. 4. מְעִיל Pallium. *A cloak, an upper garment.* A עִיל عيل propendit, laxè pendulus fuit.

2625. תַּשְׁבֵּץ Vulgò redditur ocellatio, tunica ocellata. *Broidered.* Sed potius eſt tunica teſſellata. *A coat varied*

veniebat populum, oracula daturus, vid. Exod. xxix, 43. Dicitur etiam אהל העדות *Tabernaculum teſtimonii;* nam arca teſtimonii, in quâ lex aſſervabatur, in eâ erat : Jonathan et Onkelos ad Exod. iii, 1. ideo verterunt per משכן זמנא tentorium conventûs ſtati. Differt vero אהל מועד ab המשכן ut totum, ut pars continens et contentum ; illud enim ad tabernaculum cum univerſo ambitu, hoc vero ſpeciatim ad aedem in qua ſanctum et ſanctum ſanctorum, refertur : De illo intelligenda ſunt quae leguntur 2 Sam. vii, 6. de hoc, Exod. xl, 34, 35. Nec confundi iſtud tentorium debet cum tentorio Moſis extra caſtra erecto, Exod. xxxiii, 7. Vocatur etiam tabernaculum בית יהוה *Domus Jehovae,* Pſ. cxxii, 1, 9. 2 Chron. xvi, 1. et etiam בית זבול יהוה *Domus habitationis Jehovae,* Pſ. xxvi, 8. quia Deus ſingulari ratione in tabernaculo habitavit. Licet haud incolat templa, aut ullum domum manu factum, Act. vii, 48. habitavit tamen inter cherubinos ſuper propitiatorium, ut Deus propitius peccatori, qui in eo per gratiam, ſe glorioſum et miſericordem demonſtrabat : Hinc etiam tabernaculum gloriae et nominis Dei vocatur, Pſ. xxvi, 8. lxxiv, 7.——Tabernaculum etiam היכל et היכל יהוה vocatur, Pſ. v, 8. xxvii, 4. quod propriè ſplendidum regum aut principum palatium ſignificat. Hocce nomen tabernaculo impoſitum fuit, ob formam regiminis theocraticam ; quia Deus regis inſtar in tabernaculo, ut regio palatio, habitavit. Tabernaculum non modo formam palatii regis, ſed et aedis cultui divino conſecratae, habebat : Hac de cauſa מקדש ſive ſanctuarium audit, quod ſeparatum fuit ab omni uſu prophano, et ſacro duntaxat deſtinatum.

ried alternately as to its materials and colours, or chequer work. A שָׁבַץ سبص prop. perplexus fuit.

2626. מִצְנֶפֶת Faſcia quae capite circumvolvitur, et in rotundam formam circumducitur, cidaris. *A turbant, tiara, conſiſting of a long narrow piece of linen, ſilk or muſlin, artfully wound in divers plaits about the cap.* A צָנַף صنف volvit, rotavit.

2627. אַבְנֵט Balteus, cingulum. *A girdle.* A בָּנַט connexuit, conſtrinxit. Alii volunt eſſe quadraliteram formam, ex אָבַן nodavit, et נָטָה tetendit, quaſi innodatio facta teres, ſive cingulum inſtrictionem praeſtans.

2628. VER. 8. חֵשֶׁב Politura, artificium politiſſimum; Gr. υφασμα. *The cunning workmanſhip.* (Vulgò redditur, ſed malè, cingulum, cinctura.) A חָשַׁב polivit.

2629. VER. 9. פִּתַּחְתָּ 2 Sing. m. praet. תְּפַתַּח inſculpes, 2 ſing. m. fut. 3 ſp. מְפֻתָּחוֹת caelati, inſculpti, part. pl. 4 ſp. A פָּתַח فتح prop. fidit, incidit, aperuit: Hinc 2. Inſculpſit, caelavit. *To engrave or carve.*

2630. VER. 11. חָרָשׁ Faber, artifex. *An artificer, an engraver.* A חָרַשׁ حرس inſculpſit. Vid. num. 499.

2631. פִּתּוּחֵי In ſtat. conſtr. pro פִּתּוּחִים, pl. a פִּתּוּחַ, ſculptura. *Engraving.* A פָּתַח. Vid. num. 1629.

2632. מֻסַבֹּת et מוּסַבּוֹת Circumdata, part. 6 ſp. יִסֹּב 3 ſing. m. fut. נָסַבּוּ 3 pl. praet. 2 ſp. verterunt ſe in rotundum. A סָבַב سبب circumdedit. *To compaſs about, to ſurround.*

2633. מִשְׁבְּצוֹת Pl. a מִשְׁבְּצָה Pala cui gemmae includuntur. *Ouches, ſmall edges which incloſe a ſeal and the like.* 2. Intertextio, teſſellatio. A שָׁבַץ. Vid. n. 2625.

2634. VER. 14. שַׁרְשְׁרוֹת Pl. a שַׁרְשְׁרָה, et altero ר extruſo, שַׁרְשָׁה catena. *A chain.* A שָׁרַשׁ radices egit; vel a Syr. שְׁרַר firmus fuit.

2635. מִגְבָּלוֹת Pl. catenae oppoſitionis, quae firmiter appingant, a מִגְבָּלָה oppoſitio, terminatio. *The extremity or border.* A נָבַל جبل pangendo fixit. Vid. n. 2416.

2636. עֲבֹת In ſtat. conſtr. pro עֲבוֹת, prop. contorſio, implexitas: Hinc funis contortus. *A twined rope.*

 2. Catena

2. Catena contorta. *A wreathen chain.* 3. Ramus denſus et implexus. *A thick buſhy branch.* A עָבַת contortus, implexus fuit.

2637. VER. 16. זֶרֶת Spithama, q. d. expanſio digitorum. *A ſpan.* A זָרָה ſparſit.

2638. VER. 17. טוּר Series, ordo, diſpoſitio. *A row, a regular diſpoſition.* Pl. טוּרִים, et in ſtat. conſtr. טוּרֵי. (טוּרִים אֶבֶן Ordines, lapides per appoſitionem.) A טוּר ,طر ejuſdem originis cum תּוּר gyravit.

2639. אֹדֶם Sardius, quia is maximè rutilat. *A ſardius ſtone, which is of a red flaming colour.* Ab אָדַם ادم rubuit.

2640. פִּטְדָה نضدة (ט mutata in ض, vid. Clav. Dialect. p. 285.) Gemma oculi inſtar extuberans a ſede in quâ naſcitur; Topazius, a protuberatione, quippe quae ampliſſima gemmarum ſic dicta. *The topaz, a yellow gem.* A פָּטַר نضد fidit, erupit, protuberavit (*i*).

2641. בָּרֶקֶת Lapis fulguri ſimilis, carbunculus. *A carbuncle, a jewel ſhining in the dark like a lighted coal or candle.* Carbunculi, inquit Plinius, a ſimilitudine ignium appellati, Nat. Hiſt. lib. xxxvii. cap. 7. A בָּרַק برق fulguravit.

2642. VER. 18. נֹפֶךְ Smaragdus. *An emerald, which is of a bright graſs green colour.* Extat apud Arabes נפך نفك, ejuſdem ſignificationis cum نفك pervaſit, tranſmiſit. Arabs Erpenianus vertit Chryſophraſus. *A kind of green ſtone mixed with a golden brightneſs.*

2643.

(*i*) פטדה Pitda et Potſda, et mox per tranſpoſitionem Dopaz, Topazius, gemma a protuberatione ſic dicta, de qua Plinius, lib. xxxvii, 8. docet, "Ei ſimilitudine proxima Callais, in rupibus oculi figura extuberans, leviterque adhaerens, nec ut agnata petris, ſed ut appoſita, vid. Cl. Schultenſ. in Job. xxviii, 19." De colore hujus lapidis diſſentiunt interpretes, fulvus an ſit, an prorſus viridis. Eum et flavedinem auri, et vitri virorem, pro ſe ferre ex antiquis ſcriptoribus doct. Edward. Bernardus probare conatur in notis ad Joſephi antiq. Jud. lib. iii. cap. 7. Quidam etiam contendunt פטר ejuſdem eſſe ſignificationis cum Arabica فظ *durus, aſper fuit;* nam ſi polire et laevigare velis, aſperatur magis, uſu minuitur.

2643. יַהֲלֹם Adamas, lapis indomitus, quoniam omnia contundit et penetrat. *A diamond.* A הָלַם هلم impegit, contudit.

2644. Ver. 19. לֶשֶׁם Lyncurius. *A ligure.* Braunio vero hyacinthus. *A jacinth.* A לֶשֶׁם. Extat apud Arabes لسم prop. polivit, firmiter adhaeſit; etiam لزم tenuit (*k*).

2645. שְׁבוֹ Achates. *An agate.* A שָׁבוּ, apud Arabes سبه obſcurus fuit.

2646. אַחְלָמָה Amethyſtus. *An amethyſt.* A חָלַם حلم prop. convolvit, concrevit: Hinc ſolidus fuit.

2647. Ver. 20. תַּרְשִׁישׁ Chryſolithus. *A chryſolite.* Aliis vero eſt beryllus. *A beryl.* A רָשַׁשׁ رشش prop. agilis fuit: Hinc firmus, ſtabilis fuit.

2648. יָשְׁפֵה, Arab. يشفى, Jaſpis. *The jaſper.* Ejus genus ſpeciatim ſubälbicans viret, et ſaepe tranſlucet jaſpis, ait Plinius.

2649. מְשֻׁבָּצִים Incluſi, conſtricti, part. pl. m. 4 ſp. שִׁבַּצְתָּ 2 ſing. m. praet. 3 ſp. שִׁבֵּץ opus teſſellatum fecit. *To make a coat varied alternately as to its materials and colours.* A שָׁבַץ شبص prop. perplexus fuit: Hinc horruit, obriguit. (Hinc שָׁבָץ ſtatus perplexus animi et horror, 2 Sam. i, 19.) 2. Opus perplexum, teſſellatum fuit.

2650. Ver. 22. גַּבְלֻת et גַּבְלוּת Oppoſitio, determinatio, terminatio. *A boundary, a border.* A גָּבַל. Vid. n. 2416.

2651. Ver. 28. וְיִרְכְּסוּ Et conſtringent, 3 pl. m. fut. 1 ſp. A רָכַס ركس prop. torſit, intorſit, conſtrinxit, ligavit. *To bind faſt with a knot.*

2652.

(*k*) De hiſce lapidibus variant adeo interpretes, uti ſuperfluum ſententias tam diverſas referre duximus: Si quis legere haſce voluerit, adeat Braunium de veſtitu ſacerdotum Hebraeorum. Vera via hoſce lapides vere inveniendi videtur, uti interpres propriam ſignificationem vocum perveſtiget, proprietatesque uniuſcujuſque lapidis eruere conetur: Ubicunque vero ſignificationem vocis originalis convenire cum virtutibus harum gemmarum, tum tantum ſe veram ſignificationem inveniſſe dicatur.

2652. פְּתִיל Filum retortum, faſcia. *A lace.* A פָּתַל فتل torſit. Vid. num. 1814.

2653. יִזַּח Dimovebitur, 3 ſing. m. fut. 2 ſp. A זָחַח زحح removit, dimovit e loco. *To move out of its place.*

2654. Ver. 30. הָאוּרִים Luces, lumina. *Lights.* Pl. a אוּר non tam ignis, ardor, quam flammans ſplendor; etiam lux. A אוּר. Vid. num. 2312.

2655. הַתֻּמִּים Perfectiones. *Perfections.* Pl. a תֹּם perfectio, integritas. A תָּמַם تمّ integer fuit (*l*).

2656. Ver. 31. כְּלִיל Totus, prop. completus, conſummatus. *The whole.* A כָּלַל كلّ prop. complicuit, conſummatus fuit omnibus partibus.

2657. Ver. 32. אֹרֵג et אוֹרֵג Textor, prop. texens, part. praeſ. 1 ſp. Ab אָרַג ارج retro citroque agitavit, movit huc et illuc; extat etiam apud Arabes راج (med. Waw) meavit, meare fecit: Hinc idea textoris telam ſuam radio ultro citroque diſcurrente pertexentis; texuit. *To weave.*

2658. תַּחְרָא Lorica, ſcil. lintea, qualis ſingulari arte fiebant in Ægypto. *An habergeon, a breaſt-plate.* A תָּחַר miſcuit, contendit.

2659. Ver. 33. שׁוּלָיו Ex aff. ו et שׁוּלִים pl. laciniae laxius fluentes quae ultra talos deſcendant, et humum verrant.

(*l*) Aquila accuratiſſime אורים ותמים convertit *φοτισμυς και τελειωτες*; LXX interp. *τελειωσεις και αληθειαν*: Anſa hinc porrecta Hieronymo, aliiſque, qui inde exculpſerunt *doctrinam* et *veritatem*, quaſi prius deſcendiſſet a ירה *docuit*: Nec audiendus eſt Clericus, qui poſterius תמים derivatum cenſet a תאם geminum, gemellum. Diſputatur praeterea, ſitne haec appellatio uni applicanda ſubjecto, an duobus. Pro uno ſtat, quod in quibuſdam textibus una tantum adhibetur vox אורים, omiſſa altera תמים, ut Num. xxvii, 21. 1 Sam. xxviii. 5, 6. Pro duobus facit repetitio praepoſitionis את in conſtructione ſignificantiſſima. Exod. xxviii, 30. Imponeſque in pectorali האורים illa Urim, ואת התמים et illa Thummim, ubi digito velut demonſtrantur duo diverſa: Similiter Levit. viii, 8. et in alia adhuc ſyntaxi, per ל ſub eadem repetitione, Ezr. ii, 63. et Neh. vii, 65. Præterea a quibuſdam urgetur, vocabula hæcce alio ordine poſita comparere, Deut. xxxiii, 18. ubi legimus Urim et Thummim; ſed de hoc latius ſuo loco.

verrant. *The hem, ſkirts;* a שׁוּל fimbria. A שׁוּל شال laxus, pendulus fuit; vel ذال ſyrma traxit, et verrendo humum ſuperbè inceſſit, vid. Schult. de def. L.H. p. 254.

2660. רִמֹּנֵי Pl. in ſtat. conſtr. pro רִמּוֹנִים, a ſing. רִמּוֹן, Arab. رمان malogranatum. *A pomegranate.*

2661. פַּעֲמֹנֵי Pl. in ſtat. conſtr. a ſing. פַּעֲמֹן tintinnabulum. *A bell.* A פָּעַם tutudit.

2662. Ver. 36. צִיץ Prop. micatio, flos micans. *A bloſſom, a flower.* Diadema, quod floris inſtar ſeſe per folia explicabat et expandebat ſummâ cum dignitate. *A crown reſembling a bloſſoming flower.* A צִיץ صيص emicuit, et quidem ſplendore aut nitore (*m*).

2663. Ver. 38. מֵצַח Frons. *The forehead.* A מֵצַח مصح prop. politus fuit, nituit præ politura (*n*).

2664.

(*m*) Veriſimillimum eſt צִיץ proprie micationem, antiquiſſimis temporibus dictum eſſe *diadema*, quale regum in oriente eſſe ſolebat, conſtans laminâ aureâ, et ad eximium fulgorem expolitâ, quod impoſitum cidari cum ſplendore emicabat, tanquam praeclarum eminentis dignitatis inſigne. Pleniore phraſi dixerunt ציץ נזר *micationem diadematis*, pro diademate in ſummo capite emicante, ut extat Exod. xxxix, 30. Eſt enim נזר diadema, regium inſigne, 2 Sam. i, 10. 2 Reg. xi, 12. et pro ipſo ציץ pontificis ſubſtituitur, Exod. xxix, 6. In Levit. viii, 9. ציץ et נזר ita conjunguntur ut ſe invicem explicent ציץ הזהב נזר הקדש *inſigne emicans aureum, diadema ſanctum.* Unde patet duo haecce nomina unam eandemque rem deſignare. Vid. Schroed. obſervat. ſelect. ad orig. Hebr.

(*n*) Haec phraſis, in fronte Aaronis, male intellecta a quibuſdam, confuſionem peperit; tritiſſima enim in omnibus linguis formula, ut corona totum caput cingens potiſſimum fronti tribuatur, quod dignitas hominis in fronte reſideat, quodque regium decus illud ad frontem maxime reſplendeat, venerationemque ſui inſpiret: Agitur praeterea de corona cum titulo ſacro-ſancto ipſi inſcripto, atque ſancitur, ut titulus ille collocetur praeciſe ab interiore parte cidaris, ſuper fronte praemineat, non autem vel ad latera vel ad occiput viſatur; hoc enim minuiſſet majeſtatem tanti tituli, qui ipſi veluti fronti debebat eſſe inſculptus, ut ita regale illud pontificis decus cuivis mox in oculos incurreret. Joſephus ergo tradit, a fronte ſuper qua titulus ille praefulgebat, nullum folium aureum aſſurrexiſſe, ſed depreſſiorem fuiſſe laminam auream, foliis ad tempora tantum aſſurgere incipientibus, atque circa occiput ſummum faſtigium efficientibus, ne ſacra-ſancta inſcriptio folio imminente obumbraretur. Vox מצח proprie notat nitidam frontem

ſive

2664. רָצוֹן Placabilitas, acceptatio. *Placability, acceptance, favour.* A רָצָה propitius fuit. Vid. num. 1722.

2665. Ver. 40. מִגְבָּעוֹת Pl. a מִגְבָּעָה tiara, cidaris, a convolutione in plicas. *A tiara or turbant.* A גָּבַע جبع complicuit inrotundiorem formam.

2666. Ver. 41. וּמִלֵּאתָ 2 Sing. m. praet. מַלֵּא imp. מַלֵּאות inf. תְּמַלֵּא conſecrabis, 2 ſing. m. fut. 3 ſp. Sequente יָד metaphoricè dicitur de conſecratione ad ſacerdotium, quia inaugurandorum manus certis ſacrificiorum partibus implebantur. Vid. num. 2529, et not. (*s*). A מָלֵא implevit. Vid. num. 111.

2667. Ver. 42. מִכְנְסֵי In ſtat. conſtr. pro מִכְנָסַיִם femoralia. *Drawers, breeches.* A כָּנַס كنز et كنس ſtipavit, ſtipando condidit (*o*).

2668. בַּד Linum, pl. בַּדִּים linea, a multiplicata illa fiſſione, quam materia haec requirit ad texturas elegantiſſimas conficiendas; vel a natura ejus, quod facile findi et ſeparari poſſit. *Flax.* A בָּדַד. Vid. n. 2537(*p*).

CAPUT XXIX. Versus 2.

2669. חַלּוֹת PL. a חַלָּה in ſtat. conſtr. חַלַּת placenta, prop. transfixa, perforata ne bullaret. *A cake.* A חָלַל ſolvit. Vid. num. 2014.

2670. בְּלוּלֹת Mixtae, pl. f. a בְּלוּלָה a m. בָּלוּל flos farinae madefactus oleo, part. paſſ. 1 ſp. A בָּלַל بلّ prop.

ſive nitorem frontis, ſuperiorem ejus partem; ita tamen ut, ſynecdochicè, partis pro toto, univerſum quoque caput ambitu ſuo contineat. Hiſce obſervatis, deſcriptio Joſephi perſpicua eſt, et conſonat cum hiſce, Levit. viii, 9. traditis.

(*o*) Orientales quidam vulgo femoralibus haud utuntur, ſed pontifici et reliquis ſacerdotibus hocce honeſtius indumentum additum, ad majorem ſanctimoniam et caſtitatem quemadmodum inſinuatur: Cenſebatur quippe religio minui ac violari, ſi quae pars corporis minus decora ac honeſta inter ſacrificandum patuiſſet.

(*p*) בַּד Linum vulgare, שֵׁשׁ vero byſſum pretioſiſſimum ſignificare, quidam affirmant; differre vero reſpectu texturae, ut בַּד ſit linum unius fili, ſeu textura ex ſimplici filo; שֵׁשׁ autem e filo retorto, et quidem ſextuplo textum eſſe, ab aliis creditur.

prop. madefecit, rigavit, adſperſo leniter humore miſcuit, confudit. *To moiſten, to temper by gently ſprinkling water over it, to mingle.*

2671. מְשֻׁחִים Uncti, pl. a מָשׁוּחַ part. paſſ. מָשִׁיחַ unctus, formae פָּקִיד part. paſſ. לְמָשְׁחָה ad unguendum, inf. יִשְׁמַח 3 ſing. m. תִּשְׁמַח 2 ſing. m. fut. 1 ſp. (הִמָּשַׁח inungi, inf. 2 ſp.) A מָשַׁח مسح unxit. *To anoint.*

2672. רְקִיקֵי Pl. a רָקִיק Placenta tenuis. *A thin cake like a wafer.* A רָקַק رقّ tenuis, ſubtilis fuit.

2673. VER. 5. אָפַדְתָּ 2 Sing. m. praet. 1 ſp. Ab אָפַד وفد eminuit, ſuperinduxit, amicivit. *To cover, to cloathe.*

2674. VER. 6. נֵזֶר Corona, diadema, *a crown*, a circumſtringendo. Adhibetur non tantum in diademate regio, ſed et in illo pontificali, quod alio nomine appellatum צִיץ *flos micans*, vid. num. 2662. Additur cap. xxxix, 30. אֶת צִיץ נֵזֶר *flos coronae* ſanctitatis. A נָזַר نزر adſtrinxit (*q*).

2675. VER. 9. חָבַשְׁתָּ 2 Sing. praet. 1 ſp. A חָבַשׁ حبس alligavit caput ornamento. *To bind or tye up.* Vid. num. 1298 (*r*).

2676. כְּהֻנָּה et כְּהֻנַּת Functio ſacerdotis, ſacerdotium. *The prieſthood, the office of a prieſt.* A כָּהַן. Vid. n. 2622.

2677. VER. 12. יְסוֹד Fundamentum. *The foundation.* A יָסַד. Vid. num. 2230.

2678. VER. 13. הַיֹּתֶרֶת Reticulum. *The caul.* Noſtra verſio in margine bibliorum appoſuit diaphragma. *The*

(*q*) Pontifex maximus Hebr. auream quoque geſſit coronam, quae floris inſtar ſeſe per folia explicabat et expandebat ſumma cum dignitate: Pulcherrime figuratum eſt de Meſſia, Pſ. cxxxii, 18. "Super "ipſo יָצִיץ נִזְרוֹ efflorеſcet ipſius diadema;" ubi jam alluditur ad figuram floris per folia ſua diſpanſi cum lumine jucundiſſimo ad floridiſſimum illud incrementum, quo regnum Meſſiae cum pontificatu conjunctum, ſumma ſemper dignitate vigeret.

(*r*) Hinc Jonae ii, 5. "Alga חָבוּשׁ *alligata erat* ad caput meum, "mihi tanquam qui habitator factus eſſem maris profundi, et vivus in "conditionem mortuorum redactus eſſem."

The midriff; melius cum ſenſu. Ex radice يتر et وتر mulâ vi vibravit. Vid. num. 1607 (*s*).

2679. הַכָּבֵד Arab. كبد Jecur. *The liver.* Omnium viſcerum et graviſſimum, ut vocat Galenus de *uſu partium*, lib. vi. cap. 17. (Hoc eſt unum ex ſexcentis exemplis, ubi nomen Hebraeum rei naturam et qualitatem exprimit.) A כָּבֵד كبد gravis fuit.

2680. הַכְּלָיֹת Pl. f. Renes. *The reins or kidneys.* Sic dicti a flagrante et conſumente libidine, cujus ſedes ſit in renibus, ſecundum Bochartum. A כָּלָה conſumente et vehemente deſiderio appetivit.

2681. וְהִקְטַרְתָּ Et ſuffire facies, 2 ſing. הִקְטִיר 3 ſing. m. praet. יַקְטֵר et יַקְטִיר ſuffire faciet, 3 ſing. m. תַּקְטִירוּ 2 pl. m. הַקְטִיר inf. 5 ſp. תָּקְטָר adolebitur. A קָטַר قتر et قطر exhalavit nidorem, ſuffivit. *To burn incenſe or fat on the altar.*

2682. Ver. 14. פֶּרֶשׁ فرش Fimus et faeces, quae in ventriculo animalis continentur. *The excrements.* Notio ducta a findendo. A פָּרַשׁ effidit.

2683. חַטָּאת et חַטְּאת Peccatum; etiam ut in hoc loco, victima pro peccato, expiatio, ſacrificium expiatorium. *A ſin-offering, a victim on which the ſin is put, an expiatory ſacrifice.* A חָטָא peccavit; in 3 ſp. חִטֵּא purgavit, expiavit. Vid. num. 1673 (*t*).

2684.

(*s*) De hac voce diverſa eſt interpretum ſententia: Alii reddunt *membrana tenuiſſima* qua jecur tegitur; alii, abundantia carnis juxta hepar. Cl. Boch. contendit, quod ſit *maximus loborum hepatis*, in quem veſica fellis incidit. Cocceius ex verbis Moſis putat, quod ſit adeps juxta renos, vel cum renibus auferendus, et offerendus cum reliqua pinguedine.

(*t*) LXX Interpretes חטאת reddidere αμαρτια γαρ εστιν: Sic Apoſtolus dicit de Chriſto, "Eum qui non noverat peccatum ὑπερ ἡμῶν "ἁμαρτιαν εποιησεν, pro nobis peccatum, *i. e.* ſacrificium piaculare "fecit, 2 Cor. v. 21." Apoſtolus etiam "חטאת victimam piacula-"rem, Pſ. xl, 7. per αμαρτια poſt LXX interpr. Heb. x, 6." reddidit. Eodem ſenſu uſurpatur haec vox חטאת, Levit. iv. 21, 24. et paſſim in hoc libro; vid. etiam Ezech. xl, 39. xlii, 13. In Num. vi. 14, 16. Nazareus jubetur offerre חטאת etiamſi votum ſuum rite praeſtitiſſet,

quod

2684. Ver. 17. תְּנַתֵּחַ Concides, 2 ſing. m. fut, 3 ſp. נִתַּח in fruſta omnino diviſit. A נָתַח نتخ ſcidit, ſcindendo divulſit vel concerpſit. *To cut to pieces.*

2685. נְתָחָיו Ex aff. ו et נְתָחֵי pro נְתָחִים, a נֵתַח fruſtum, ſegmentum. *A piece cut off.* A praeced. נָתַח.

2686. Ver. 18. אִשֶּׁה Ignitum ſacrificium, igne abſumendum, ὁλοκαυτωμα, pl. אִשִּׁים et in ſtat. conſtr. אִשֵּׁי. *An offering made by fire.* A אשש اسس et يسس agili polluit motu, ſcintillavit, ſcintillatione micuit.

2687. Ver. 20. תְּנוּךְ Lobus, extremitas, ima pars auris. *The lobe or tip of the ear.* Apud Arabes extat תָּנַךְ تنخ ſubſtitit, et نبخ mollia firmavit.

2688. בֹּהֶן Arab. ابهام (Nun mutata in Mem, vid. Clav. Dial. p. 258) Pollex manûs pediſve. *A finger, a toe.*

quod plane oſtendit חטאה oblatum fuiſſe non tantum cauſâ peccatorum per errorem ſive ignorantiam patratorum, ut quidam putant, ſed etiam pro omni abberratione a lege divina, quem ſenſum tum חטא tum αμαρτανω plane declarant. Offerebatur autem hoc ſacrificium, cum quis per errorem deflectendo a divina lege peccaſſet, hoc eſt, non deliberato conſilio, בזדון vel elata manu; cui non ſacrificium, ſed excidii vel mortis poena propoſita fuit, Num. xv. 30, 31. Deut. xvii, 12. Pſaltes nobis plane oſtendit naturam hujus peccati, Pſ. xix, 12. "Quis errata vel delicta intelligit? *i. e.* Quis errores ſive oberrationes a divina lege, tum in corde, tum in vita, intelligere poſſit?" Plane in hoc ſenſu uſurpari videtur חטאת expiatio peccati, Gen. iv, 7. ubi plane innui videtur Cainum exemplar, ſive normam religionis a Deo inſtitutae, ut peccatores remiſſionem reciperent, neglexiſſe: Abelem vero fide in victimam piacularem Adamo promiſſam, *de primogenitis gregis ſui*, et *de adipe eorum*, obtuliſſe videtur. Sacrificia ergo illa עלה et חטאת ab antiquiſſimis temporibus oblata fuiſſe, eademque ſignificaſſe temporibus Adami, Noahi, Moſis, et Jobi. Vid. num. 2368, et not. (*c*). Verbum חטא, uti etiam כפר, uſurpatur etiam in piaculis et placamentis, quae mala publica et privata averruncent, ut Prov. xiv, 34. *Juſtitia attollet gentem*, et beneficentia nationum חטאת expiatio eſt. Vid. Doct. Schultenſ. in locum. Sic חטאה Chald. ſacrificium pro peccato, Ezr. vi. 17. ſignificat. Haecce ſpecies ſacrificiorum חטאת offerebatur non ſimpliciter, quia pro peccatis veniebant tanquam piacula; ſed cum graviſſima hac acceſſione, quod nihil poſſet pro peccato tanquam piaculum idoneum intervenire, niſi peccatum in ſemet ſuſciperet, atque adeo quaſi peccatum fieret, omnemque ejus reatum, poenam, et maledictionem, ſubiret. Sed de hoc fuſius ſuo loco.

Ita dictus pollex, quia firmat ſeriem digitorum, qui ſine eo officium ſuum praeſtare non poſſunt. A בָּהַן, idem quod בָּהַם بهم, clauſit, munit.

2689. Ver. 21. וְהִזֵּיתָ Et exilire facies, 2 ſing. m. הִזָּה 3 ſing. m. praet. יַז pro יַזִּיה 3 ſing. m. fut. הַזֵּה imp. מַזֶּה part. (יַזֶּה pro יִנְזֶה 3 ſing. m. fut. 1 ſp.) 5 ſp. A נָזָה نزى exiliit, emicuit cum impetu, aſperſit, etiam inſperſus fuit. *To ſprinkle.*

2690. Ver. 22. הָאַלְיָה الية Cauda pinguis et adipoſa ovis vel arietis, qualis in ovibus orientis ſpectare eſt; quarum minimae x vel xii libras noſtrates pendent. *The rump or tail of a ſheep, which is ſo large as to weigh from* 10 *to* 40 *pound weight; for which reaſon, they put a board under them with two ſmall wheels to preſerve them.* Ab אָלָה ألى adſtrinxit (*u*).

2691. שׁוֹק Armus, crus. *A ſhoulder, a leg.* שֹׁקַיִם Utrumque crus. A שׁוּק appetivit. Vid. num. 367.

2692. Ver. 23. כִּכַּר pro כִּרְכַּר Placenta, prop. maſſâ plane rotundâ. *A round cake.* A כּוּר كار collegit in maſſam rotundam, convolvit in maſſam orbicularem.

2693.

(*u*) Eſt enim orientalium ovium cauda plane ſingularis, quippe tam adipoſa, ut minima pendeat libras X vel XII; maxima ſuperet L libras, Syrorum ovibus cubitalis cauda, teſte Ariſtot. lib. viii. c. 28. et Plin. lib. viii. c. 48. Unde tabulam ſolent ſupponere cum duabus rotulis, in quam cauda haec δυσβαστακτος recumbat. Talmud. tract. שבת c. 5. fol. 54. b. vocat עגלה, ubi gloſſa haec habet: "Ploſtellum illud eſt parva rheda, quam caudae ſupponunt; quia caput caudae arietum iſtorum eſt latum, inſtar agniculi. Neque habet oſſa, ſed pinguedinem et denſitatem ac gravitatem, ut quum humi verrit, laceratur et corrumpitur. Idcirco ploſtellum ipſis apponunt, quod poſt eos volvitur, dum ambulant, et cauda ei alligatur." Eas autem minutatim conciſas liquant, et adipem in uſus ſervant, vel ad condiendum frumentaceum cibum, vel etiam, ut in Perſia, ad conficiendas candelas; eandem vero caudam ovis communis, quales Europaeae habent, communi nomine Arabes ذنب, ut etiam Hebraei זנב: Hinc videre liceat quidnam peculiariter deſignet hicce locus; et Levit. iii. 9. viii. 25. De tali cauda intelligendam ſanctionem Moſaicam, probavit Bochart. Hieroz. pars I. p. 494. Vid. etiam Nold. concordant. adnot. et Vind. p. 919. et vocem الية in Gol. lexic.

2693. תְּנוּפָה In ſtat. conſtr. תְּנוּפַת pl. תְּנוּפוֹת prop. oblatio donarii Deo ſolenniter conſecrati cum vibramine; agitatio, elevatio, pecul. ſacrificii. *A wave-offering.* A נוּף eminuit, agitavit. Vid. num. 2442.

2694. VER. 26. חָזֶה Pectus. *The breaſt.* Pl. חָזוֹת. A حزى prop. penetravit, vidit.

2695. מָנָה F. pars definita, portio. *A part, portion.* A מָנָה definivit. Vid. num. 1634.

2696. VER. 27. הוּרַם Exaltatus eſt, praet. יוּרַם tolletur, 3 ſing. m. fut. 6 ſp. A רוּם eminuit, levavit. *To lift or raiſe up.* Vid. num. 1682.

2697. VER. 33. כֻּפַּר Expiatus fuit, expiatio facta eſt, praet. יְכֻפַּר expiabitur, 3 ſing. m. fut. 4 ſp. (כַּפֵּר expiare, purificare, inf. כַּפֵּר expiationem fac, imp. 3 ſp. כִּפֵּר expiavit peccatum, propitiavit pro peccatore aut reo, Deum propitium reddidit, *To expiate, to atone,* A כָּפַר كفر levit, linendo obtexit. *To cover.* Hinc expiavit, illito velut ſanguine piaculari oblevit, atque obliteravit. *To cover ſin, to cover from puniſhment, to appeaſe, to atone.*

2698. VER. 36. כִּפֻּרִים Pl. m. expiationes. *Expiation, atonement.* A praecedente כָּפַר.

2699. חִטֵּאתָ Et expiabis, 2 ſing. m. praet. יְחַטֵּא 3 ſing. m. fut. מְחַטֵּא ſacrificium pro peccato faciens, part. חַטֵּא inf, 3 ſp. חִטֵּא expiavit, luit peccatum, a reatu liberum pronuntiavit. *To expiate or cleanſe by a ſin-offering.* חִטֵּא Æque ac כִּפֶּר notant piacula, quae mala publica et privata averruncent. A חָטָא حطي. Vid. num. 1673, et num. 442.

2700. VER. 40. עִשָּׂרוֹן et עִשָּׂרֹן Pars decima. *A tenth part.* Pl. עֶשְׂרוֹנִים. A עָשַׂר. Vid. num. 1545.

2701. רֶבַע Quarta pars. *The fourth part.* רְבַע Idem. A רָבַע quadratus fuit. Vid. num. 2600.

2702. הִין Menſura liquidorum, vaſis genus continens 12 logos, ſive 72 ova. *The ſixth part of an ephah, containing ſomething more than five wine quarts.* A הִין ejuſdem ſignificationis cum הוּן هان levis, laxus fuit.

CAPUT

CAPUT XXX. VERSUS I.

2703. מִקְטָר THymiama, ſuffitus. *Incenſe.* A קָטַר ſuffivit. Vid. num. 2681.

2704. VER. 3. גַּג Tectum, pl. גַּגּוֹת. *The roof or top.* A גָּנַג جَجَجَ expandit.

2705. קִירוֹת Parietes, metaphor. praecordia, pl. a קִיר paries. *A wall.* A קוּר fodit, effodit.

2706. VER. 7. בְּהֵיטִיב In bene faciendo, repurgando, nitidando. *In filling up well.* Ex praef. ב in, et inf. אֵיטִיב benefaciam, 1 ſing. תֵּיטִיב 2 ſing. m. fut. 4 ſp. הֵיטִיב bonum, pulchrum fecit, exornavit, aptavit. A יָטַב bonus, praeſtans fuit (*v*).

2707. VER. 9. זָרָה Alienum, *i. e.* compoſitionis alterius, f. a m. זָר alienus. A זוּר زار receſſit.

2708. VER. 12. תִשָּׂא Recenſebis, 2 ſing. m. fut. A נָשָׂא recenſuit, capitis rationem habuit; tollere enim caput alicujus, eſt rationem illius habere. *To number.*

2709. VER. 13. מַחֲצִית Dimidium. *The half.* מֶחֱצָה et in ſtat. conſtr. מֶחֱצַת idem. A חָצָה.

2710. גֵּרָה Obolus, ſicli pars vigeſima, *q. d.* ſegmentum et pars monetae majoris. *A ſmall ſilver piece of money of the value of three-half-pence.* 2. Rumen, ruminatio. A גָּרַר attraxit, concidit.

2711. VER. 15. הֶעָשִׁיר Dives. *A rich man.* A עָשַׁר dives fuit; extat apud Arabes عسر avarus, tenax fuit.

2712. VER. 17. כִּיּוֹר Labrum rotundum, vas patens, lavando aptum. *A laver, a large veſſel of braſs, which held water for waſhing the hands and feet of the prieſts.* A כּוּר كار collegit in unum, et congeſſit.

2713. VER. 18. כַּנּוֹ Baſis ejus, ex aff. ו et כֵּן baſis. *A baſe.* (De Dieu mavult hic reddere tegmen, operculum

(*v*) Adhibetur verbum היטיב reparare, concinnare, repurgare, nitidare, aptare lampades, poſtquam totam noctem arſiſſent, affuſo *ſcil.* oleo et compoſito ellychnio.

lum cum aliis.) 2. Statio, conſtitutio in officio. A קָנַן كنّ texit: Alii vero formant a כּוּן firmus fuit.

2714. VER. 23. מָר et מוֹר مر Myrrha. *Myrrh.* A מָרַר amarus fuit.

2715. דְּרוֹר Prop. ſpontaneus fluxus. *Flowing freely.* A דָּרַר درّ fluxit, copioſè effluxit vel effuſus fuit; opponitur adſtricto et impedito (*w*).

2716. קִנְּמָן In ſtat. conſtr. pro קִנָּמוֹן cinnamomum. *Cinnamon.* Additur בֶּשֶׂם electum, ſcil. et exquiſitiſſimi odoris. A קָנַם قنم graviter oluit. Vid. Celſ. Hierobot. vol. II. p. 351.

2717. VER. 24. קִדָּה Κιττω Dioſcoridis, *Caſſia.* Ab abſciſſione et decorticatione in longum fieri ſolita, ſicut ejus ſynonymum קְצִיעָה ab *abſcindendo* dicitur. A קָדַד قدّ et قدد ſecuit, diviſit.

2718. VER. 25. רֹקַח Unguentum, pigmentum. *A compoſition of aromatics, ointment, a confection.* A רָקַח.

2719. מִרְקַחַת Ars unguenta decoquendi, mixtura aromatum. *The art of compounding aromatics, alſo an inſtrument uſed in confectionry.* A ſequente רָקַח.

2720. רֹקֵחַ Unguentarius, prop. aromata miſcens, part. 1 ſp. *An apothecary, a confectioner.* יְרֻקַּח Temperaverit, 3 ſing.

(*w*) Vulgo vertitur דרור libertas: Hinc myrrha libertatis, *i. e.* libere fluens, quae ſit libera a ſordibus, *i. e.* ſincera, myrrha prima, electa: Sed vox דרור notat ſpontaneam fluxionem, qui eſt character naturalis myrrhae praeſtantiſſimae. Myrrha duplex a veteribus diſtinguebatur; liquida ſeu ſtacte, et ſolida ſeu gleboſa. Myrrham liquidam ſeu ſtactem, duplicem adhuc conſtituunt; unam nativam quae vel ſponte ſudat ex arboribus priuſquam incidantur; cui nulla praefertur, inquit Plinius. Apud Arabes مر ذروز eſt pulvis aromaticus, Cant. iii. 6. Unde Doct. Celſius putat Moſen innuere hunc pulverem ſive myrrham in pollinem redactam, quae cum caeteris aromatibus in ſacri unguenti compoſitionem veniret. De myrrhae unguento inſignis eſt locus, Cant. v. 5. מור עובר Aliis eſt myrrha mercatoribus grata, probi inſtar nummi, quae Hebraeis עובר, Gen. xxiii, 16. *i. e.* qui valet in mercatura per omnes regiones. Potius notat myrrham ad varios populos per mercatores deportatam: Aromatum enim mercatura antiquiſſima eſt, vid. Gen. xxxvii, 25. Principibus viris mitti ſolebant aromata, Gen. xliii, 10. 1 Reg. x, 2. Iſa. lx, 6. Ab Arabum Magis oblata eſt myrrha, vid. Matth. ii, 11. vid. Celſ. Hierobot. vol. I. p. 523.

3 ſing. m. fut. 1 ſp. A רָקַח (رقح, unctum et lautum quaeſtum ſibi comparavit) aromata miſcuit, ex iiſque unguenta vel condimenta confecit. *To make a compoſition of various ſpices, to compound ſeveral aromatics.*

2721. VER. 32. יִסָּךְ Unget, 3 ſing. fut. 1 ſp. A יָסַךְ وسخ fudit, effudit. *To pour out.*

2722. VER. 34. נָטָף Gutta. 2. Aroma exquiſitiſſimum, ſtacte ; eſt ſincera pars myrrhae ultro exſtillans et exſudans. *A ſpecies of myrrh diſtilling from the tree of its own accord without inciſion, to which no kind of myrrh is preferable.* Sudant autem ſponte priuſquam incidantur. Vid. Plin. Nat. Hiſt. lib. xii. cap. 15. A נָטַף نطف fluxit eliquando.

2723. שְׁחֵלֶת Unguis odoratus, vulgò dictus onyx aromaticus, alias blatta byzantina, deſcripta a Dioſcoride, lib. xx. 8. *The black Babylonian onyx, an odoriferous ſhell.* A שְׁחַל Syr. ſtillavit, exſudavit (*x*).

2724. חֶלְבְּנָה Galbanum, aroma maximi pretii, et ſuffitui idoneum. *A gum iſſuing from the ſtem of an umbelliferous plant ; it is of a ſtrong ſmell.* Ita dictum quod ſponte fluat, vel mulſione quâdam ex ea alliciatur. A חָלַב حلب mulſit, affluxit.

2725. לְבֹנָה لبان Thus, a candore dicitur ; nam optimum thus album eſſe, praeter alios ipſi docent Arabes. *Frankincenſe.* A לָבַן لبن albus fuit. Vid. Celſ. Hierobot. vol. I. p. 231.

2726. זַכָּה Pura, f. a זַךְ purus. *Pure.* Vid. num. 2619.

2727. VER. 35. מְמֻלָּח Salitum, part. 4 ſp. (תִּמְלַח ſalies, 2 ſing. m. fut. 1 ſp.) A מָלַח ملح prop. vulſit, momordit : Hinc ſalivit. *To ſalt.*

2728. VER. 36. שָׁחַקְתָּ 2 Sing. m. praet. 1 ſp. A שָׁחַק سحق contrivit in pulverem. *To beat into ſmall duſt.*

2729.

(*x*) Cl. Bochartus aliique volunt eſſe bdellium ; cui Plinius, lib. xii. cap. 19. candidos ungues tribuit, quodque a Galeno vocatur bdella onyx, a Dioſcoride ὄνυχι ἔοικος ; Arab. per metatheſin, خشل : Neque etiam ſic abludit שחל Syr. ſtillavit, exſudavit ; eſt enim bdellium, gummi quod ex arbuſcula quâdam exſudavit et diſtillavit.

2729. הָדֵק Comminuendo, inf. 5 ſp. הֵדִיק comminuit. *To cauſe to pound or beat.* A דָּק med. radicali extruſa, pro דָּקַק دقّ tenuiſſime trivit, comminutus fuit. *To beat ſmall.*

2730. הָרִיחַ Attrahere, captare odorem naribus, inf. אָרִיחַ odorabor, 1 ſing. יְרִיחֻן 3 pl. m. fut. 5 ſp. הֵרִיחַ odorem ſpirare fecit. A רִיחַ vel רוּחַ راح odoratus eſt. *To ſmell with pleaſure.* Vid. num. 719.

CAPUT XXXI. VERSUS 3.

2731. תְּבוּנָה PRop. acies mentis, intelligentia, acumen ingenii. *Underſtanding.* A בִּין بان prop. ſecuit: Hinc intellexit, dijudicavit (y).

2732. VER. 4. לַחְשֹׁב Prop. *ad perpoliendam polituram, i. e.* in variis materiis id elaborandum manu et mente ſimul, quod ratio aſſequi et exſequi poſſit. *To ſmoothe; to gloſs with poliſhing.* נֶחְשַׁב Reputatus, aeſtimatus, 3 ſing. m. praet. יֵחָשֵׁב imputabitur, *i. e.* bene calculo ſubducto aeque reus cenſebitur ac ſi effudiſſet ſanguinem, Lev. xvii, 4. 3 ſing. m. תֵּחָשֵׁב 3 ſing. f. fut. 2 ſp. חִשֵּׁב praet. 3 ſp. ſolerter perpoliit rem, *i. e.* exactiſſime

(y) Quam multa praeſtantiſſima diverſi generis opera in hoc capite recenſentur? Quam graviſſima erat ratio praefationis divinae de Beſaleele? "Implevi eum ſpiritu Dei, ſapientia, et intelligentia, et "ſcientia, et omni arte, ad excogitandum et faciendum, *&c.*" Hic variis Deus vocibus dotes ejus notat, ut ſic ſublimem aptitudinem, qua forent cuncta haec elaboranda, deſignet.——Cui enim indoles unquam contigit indita a natura tam faelix, ut ingenium ad omnia illa, quae hic recenſentur habuerit, in numerato? Praxiteles, Polyclitus, Leuſippus, Myro, Phidias, et alii, ſed ſinguli in ſua arte, vel ad ſummum in duabus affinibus, ſtatuaria coelandi et pingendi, arte excelluerunt. Quis ab ullis ſcriptoribus celebratur, qui ſcientiam tot diverſarum artium unquam conjunxit, et, quod mirum eſt, eas perfecte coluerit? Ad opera ex auro, argento, ære elaboranda, diverſorum fabrorum induſtria paſſim exigitur, immo in ſingulis metallis diverſa peritia. Quanta arte opus ſit in ſculpendis gemmis docent hi, qui illis hodie operam dant! Ex hiſtoria Moſis, Davidis, et Solomonis, Judaeos non fuiſſe tam ignaros artium liberalium, ac quidam præ ſe ferunt, plane apparet.

ſime computavit rem. *To count with the greateſt preciſion and exactneſs.* יְחַשֵּׁב ſe computabit, profitebitur, 3 ſing. m. fut. 7 ſp. A חָשַׁב حسب prop. putavit: Hinc computavit, polivit ſummas. *To reckon exactly.* 2. Reputavit. *To eſteem, to account.* 3. Imputavit. *To impute, to lay to one's charge.* Vid. num. 99.

2733. מַחֲשָׁבוֹת Pl. a מַחֲשָׁבָה et מַחֲשֶׁבֶת prop. politura, conſilium, artificioſa *inventio. Cunning device, ſkilful deſign.* A praecedente חָשַׁב.

2734. Ver. 5. חֲרֹשֶׁת Sculptura. *Engraving.* A חָרַשׁ خرش tundendo ſculpſit.

2735. Ver. 10. שְׂרָד Textura, ſtragulae, tapetes, quibus ſacra vaſa tegebantur. *Any outmoſt garment, a coverlet.* A שָׂרַד سرد conſuit, contexuit, conſeruit. Alii intelligunt tapetes Chald. סרדים, quibus vaſa ſacra texta fuerant.

2736. Ver. 14. מְחַלְלֶיהָ Prop. ſolvens ſacro-ſanctum ejus vinculum, part. pl. 3 ſp. cum aff. הָ. A חָלַל. Vid. num. 2014.

2737. Ver. 18. כְּכַלֹּתוֹ Juxta abſolvere eum, ex praef. כ et aff. ו et כַּלּוֹת, ex כָּלָה conſummare, etiam conſumere, inf. 3 ſp. כַּלֵּה abſolvit, conſumſit. A כָּלָה كلي. Vid. num. 149.

CAPUT XXXII. Versus 1.

2738. בֹּשֵׁשׁ et בּוֹשֵׁשׁ PErplexus pudore, ſui non compos, confuſus, haeſit, praet. 8 ſp. ſive Pohel, vid. Gram. p. 115. A בּוֹשׁ بوش perplexus et confuſus fuit cum arefactione et mentis conſternatione; pudore ſuffuſus haeſit, ſui non compos. *To be perplexed in mind, to be abaſhed, confounded; to be overwhelmed with aſtoniſhment and conſternation.* Vid. num. 279 (z).

2739.

(z) Vulgo redditur בּוֹשֵׁשׁ tardavit, moram fecit; ſed vox בּוֹשׁ et apud Arabes بوش, non tantum illam affectionem pudoris ſimplicem

2739. יִקָּהֵל Congregavit ſe, confluxit, 3 ſing. m. יִקָּהֲלוּ 3 pl. m. תִּקָּהֵל 3 ſing. f. fut. 2 ſp. הִקְהִילוּ 3 pl. m. praet. יַקְהֵל 3 ſing. m. יַקְהִילוּ 3 pl. m. fut. הַקְהִיל et הַקְהֵל imp. et inf. 5 ſp. הִקְהִיל congregare fecit. A קָהַל congregavit. *To aſſemble together.*

2740. Ver. 2. וַיִּתְפָּרְקוּ Et ſemet abrumpentes ſtiterunt, 3 pl. m. fut. הִתְפָּרְקוּ 2 pl. m. imp. 7 ſp. הִתְפָּרֵק ſemet abrumpentem exhibuit, ſtitit. A פָּרַק فرق rupit, avulſit, ſeparavit. *To break or pull off.*

2741. Ver. 4. חֶרֶט Vulgo redditur ſtilus, coelum. *A graving tool.* Sed hic potius vertendum, marſupium, loculus. *A bag or ſack.* A חרט خرط decorticavit, tornavit, conoides efformavit, conſtrinxit loculum (*a*).

cem quae faciem rubore tingit, ſed etiam mentis confuſae perplexitatem, quâ aliquis veluti arefactus, et ſui non compos, dejicitur, plane ut conſternatur, et neſciat quo ſe vertat: Hoc clare patet ex Jud. v, 25. מדוע בשש *Quare perplexus eſt currus ejus a veniendo,* quare tardant inceſſus curruum ejus? Hic videmus quid ſit currus aride perplexus, qui non procedit, ſed humi quaſi adhaereſcit. Lexica, quippe quod a ſenſu ipſo ſuggeritur, ſed non docent quomodo illud tardare cum pudore cohaereat. Verſus itaque ſic reddi Anglice debet: "And when the people ſaw or imagined that Moſes tarried, over-"whelmed with conſternation, ſo as not to come down out of the "mountain, the people gathered themſelves unto Aaron, *&c.*"

(*a*) Varie haec pericope ויצר אתו בחרט redditur: Doct. Guſſet. et Houbigant. ſecuti Aben Ezram et Vatabulum, vertunt, et *formavit* id (aurum) forma in fuſoria. Sic Saadias et Arab. Erpen. adhibent pro חרט vocem قالب, *formula* vel *modus, ad quem,* vel *in quo, aliquid effingitur.* Sed obſervat Cl. Bochartus, nihil neceſſe fuiſſe, ut de typo Moſes ageret; quia ex hoc ipſo, quod vitulum fuſilem vocet, ſatis evidenter conſtat, ex typo fuiſſe expreſſum.——Cl. Bochartus, et Schroederus, fatentur voces duplici ſaltem modo exponi poſſe; vel ſic, et *formavit illum* vitulum *coelo:* Sed huic interpretationi obſtat, quod צור aeque ac cognata יצר ipſam formam, non formae elegantiam, deſignant: Nunquam enim figuras vel characteres in aliqua materia exarare, ſed ſemper dare alicui materiae rudi formam quandam externam, ſignificant, ut 1 Reg. vii, 15. ויצר et *formavit duas columnas aeneas,* vid. Jeſ. xliv, 9.—Sed verba Hebraea ſic melius verti poſſint, et ligavit vel recondidit illud aurum in loculo; nam vox צור aeque ac cognata צרר ſignificat *ligare* ſpeciatim in marſupio,

2742. מַסֵּכָה Fuſio, fuſura ; unde vitulus fuſurae, *i. e.* fuſus. *A molten calf.* Etiam *idolum fuſile*, Deut. ix, 13. Pl. מַסֵּכוֹת *fuſilia.* A נָסַךְ fudit. Vid. num. 2556.

2743. Ver. 8. מַהֵר Cito. *Quickly*. Prop. feſtinans, feſtinus, et f. מְהֵרָה part. 1 ſp. A מָהַר feſtinavit. Vid. num. 1102.

2744. Ver. 10. הַנִּיחָה Dimitte, ex ה paragog. et הַנִּיחַ ; etiam הַנַּח imp. יַנִּיחַ relinquet, et cum ו converſ. וַיַּנַּח 3 ſing. m. fut. הַנִּיחַ relinquere, inf. 5 ſp. הִנִּיחַ demiſit, reliquit. A יָנַח ينح. Vid. num. 1922.

2745. Ver. 11. וַיְחַל Et frequenti prece fatigavit, 3 ſing. m. fut. 3 ſp. per apocopen pro יְחַלֶּה, a חִלָּה prop. valde attrivit, vel detrivit : Hinc aegrotare fecit, ut Deut. xxix, 22. Sequente vero voce חִלָּה פָּנִים faciem alicujus ſupplicando, urgendo attrivit, atque ad negandi pudorem adegit : Hinc enixe inſtitit, frequenti prece fatigavit, exoravit. *To rub, wear*, i. e. *to ſmoothe, to poliſh the countenance, to importune by humble ſupplication and deprecation, to ſupplicate with great earneſtneſs.* A חָלָה trivit, attrivit. Vid. n. 1995. Hinc מַחֲלָה morbus quo vires atteruntur, Exod. xv, 26.

2746. Ver. 15. עֶבְרֵיהֶם, Ex aff. הֶם et עֶבְרֵי pl. pro עֲבָרִים latera, a עֵבֶר tranſitus. *A paſſage.* 2. Latus, pars

pio, ut 2 Reg. xii, 2. ויצרו *Et in loculo ligaverunt numeratam pecuniam, quae inventa eſt in domo Dei*, vid. etiam Deut. xiv, 25. Prov. vii. 20, 30, 34.—Prorſus eadem phraſis, quae hic apud Moſen habetur, in 2 Reg. v, 23. extat, ויצר et colligavit duo talenta argenti בשני חריטים *in duobus loculis*, quod indicio eſt, thema צור vel צרר cum voce חרט vel חריט in ſignificatu colligandi in loculo apud Hebraeos in uſu fuiſſe.—Praeterea pronomen אתו ad vitulum referre non poteſt, utpote cujus nondum facta erat mentio : Certum eſt coelum metallo non admoveri, niſi jam fuſo et in formam redacto, quod nondum factum erat eo tempore, quo de Aarone haec dicuntur. Anglice igitur vertendum videtur : " And he received the gold at their " hand, and gathered it in a bag, and made of it a golden calf, &c." Aaroni vero omnino loculo opus eſſe, ad minutula iſta ornamenta, inaures nempe aureas, ex quibus conflandus eſſet vitulus, excipienda, et in unum locum deferenda, patebit. Vid. Schroed. de veſtit. mul. Hebr. p. 284.

pars appoſita. *A ſide.* 3. Extremitas, ora. Unde tranſitur. A עָבַר tranſivit.

2747. VER. 16. מִכְתָּב Scriptura, ſcriptum. *The writing.* A כָּתַב ſcripſit.

2748. חָרוּת Inſculptum, part. paſſ. 1 ſp. A חָרַת خرت excavavit, ſculpſit. *To engrave.*

2749. VER. 17. בְּרֵעֹה In vociferatione ejus, ex praeſ. ב et aff. הּ et רֵעַ contracte pro רֵיעַ clangor, vociferatio. *A ſhout.* A רִיעַ راع (med. Je) tremulum ſonuit. Vid. Num. x, 7.

2750. VER. 18. עֲנוֹת Alternatim reſpondendi, clamandi, inf. 3 ſp. A עָנָה. Vid. num. 2365, et not. (*b*).

2751. גְבוּרָה Fortitudo! vel macte! victoria! *Victory!* A גָּבַר. Vid. num. 569.

2752. חֲלוּשָׁה Debilitas, clades! res perdita! *Defeat, overthrow.* A חָלַשׁ debilitavit. Vid. num. 2402.

2753. VER. 20. יִטְחַן 3 Sing. m. fut. טָחוֹן molere, inf. טָחֲנוּ 3 pl. praet. 1 ſp. A טָחַן طحن moluit. *To grind* (*b*).

2754. וַיִּזֶר Et ſparſit, 3 ſing. m. pro יִזְרֶה propter ו converſ. זְרֵה diſperge, 2 ſing. m. imp. 1 ſp. (אֱזָרֵה diſpergam valde, 1 ſing. m. fut. 3 ſp.) A זָרָה ذري ſparſit, ſpeciatim ventilando. *To ſpread abroad, to ſcatter.*

2755. פָּרֻעַ et פָּרוּעַ Diſſolutus, diſſipatus, diſturbatus ad modum ſphaerulae disjectae, quod legem, diſciplinam, ordinem omnem turbâſſet. *Diſſipated, broken*

(*b*) Moſis integritas a quibuſdam cavillatoribus ignaris hic potiſſimum ſollicita fuit; qui aurum in pulverem redigi non poſſe, ſicuti caetera metalla, contenderunt. Verum quam vano et futili conatu, docent noſtris temporibus artis chymicae periti, qui ſpiritu quodam, vel menſtruo, aurum in pulverem redigere nôrunt in uſum eorum, qui vitra colorata aut fictas gemmas conficiunt. Aurum vero non modo in pulverem poſſe redigi arte chymica, ſed et comburi, hiſtoria regiae academiae ſcientiarum variis documentis hoc ſeculo demonſtravit. Vox ויטחן et *moluit*, docet contuſionem factam ſimilem contuſioni ſeminum, quae fit ope molae. Traditur praecedentibus ſeculis a celebri chymiſta comprobatum fuiſſe, aurum molâ in eum finem excogitatâ poſſe in pulverem redigi. Vid. Cler. in locum, et Olaum Borrichium de ortu et progreſſu chemiae paſſim.

ken looſe; in a ſtate of confuſion and apoſtacy from true religion and worſhip. Part. paſſ. A פָּרַע Arab. فرط diſſolvit, diſturbavit ſeriem nexam ordinis, diſciplinae, religionis. *To break, to diſſolve a ſtring of pearls; hence metaphorically, to break, to diſorder the line, cord, or bond of virtue, religion, ſociety; to break looſe from the cord of religion, to apoſtatize.* Vid. num. 2179 (*c*).

2756. Ver. 25. שִׁמְצָה Ludibrium. *A mocking-ſtock.* A שָׁמַץ (Arab. شمع, צ in ע mutato, vid. Clav. Dialect. p. 291.) luſit, riſit, jocatus eſt: Vel potius לְשִׁמְצָה verti debet ad modum ſphaerulae, *i. e.* diſturbavit ad extremam et deſperatam confuſionem; שמץ Arab. سمط prop. eſt linea, nexa ſeries baccarum, margaritarum.

2757. Ver. 32. מְחֵנִי Dele me, imp. cum aff. נִי, מְחֹה delere, inf. (יִמָּחֶה delebitur, 3 ſing. m. fut. 2 ſp.) A מָחָה delevit. Vid. num. 668.

CAPUT

(*c*) Idem ſenſus hujus vocis extat, Prov. xxix, 29. *Quum nulla eſt viſio* יִפָּרַע עָם *diſſipatur, diſſolvitur populus ad modum ſpherulæ*, vel lineae baccarum diſciſſae, *i. e.* veritate, religione, virtute, et diſciplinâ disjectâ. Anglice, "When there is no viſion, the people "will break looſe, or apoſtatize." Senſus hic plane confirmatur ex pulcherrima oppoſitione quae ſequitur, *idemque* ſubſtricte cuſtodiens legem quam beatiſſimus. Genuina vis hujus vocis extat 2 Chron. xxviii, 19. הפריע Achazus diſturbavit filum vel lineam religionis in Juda: "Becauſe Achaz made Judah break looſe from the regular "order of religion, or apoſtatize from the true religion and worſhip." Sic Prov. xiii, 18. *Mendicitas et ignominia* erit ei qui diſſipat, laxat nexam, *conſertam ſeriem diſciplinae.* Eadem notio eſt in Prov. iv, 15. פרעהו *diſturba ſeriem ejus*, figuratus eſt ſermo, nempe et improbi ſuam nexam ſeriem, ſuamque factionem, conſpirationem habent, quâ junctis viribus graſſentur. Solennia haec orientalibus, حل سلك ſolvit filum ſeriei ejus, pro ſocietatem cum eo diſſolvit; فرط نظام الطاعة *ſeriem obedientiæ* exſolvit, diſturbavit. Sic etiam Prov. viii, 33. תפרעו neque lineam conſertam diſſipetis. Eadem hac imagine ſumma reipublicae confuſio deſcribitur in hiſt. Perſiae, M. S. "Diſſipati "ſunt ut linea baccarum, quam ſua deſtituit junctura et ſeries, altero "alterum haud reſpiciente." Vid. Schult. in Prov. Anglice ſic reddi poſſit: "And when Moſes ſaw that the people had broken the bond "of, or apoſtatized from, religion: For Aaron פרעה had made "them apoſtatize or break the covenant of religion." Vid. etiam num. 2179. et not. (*y*).

CAPUT XXXIII. Versus 4.

2758. עֲדִי Ornamentum, veſtis ſplendida. *An ornament, a ſplendid dreſs.* A עָדָה عدى amicivit, ſpeciatim decoris, et ornatus veſte.

2759. Ver. 5. רֶגַע Prop. vibramen, momentum, nictus oculi. *One ſingle ſtroke of the quickeſt motion, the twinkling of an eye, a moment.* A רָגַע رجع vibravit, tremuit. Vid. Deut. xxviii, 65.

2760. Ver. 6. וַיִּתְנַצְּלוּ Et raptim, cum quâdam vehementiâ excuſſerunt, 3 pl. fut. 7 ſp. A נָצַל نصل prop. excuſſit cum ſonitu et tinnitu. Vid. n. 1702.

2761. Ver. 14. וַהֲנִחֹתִי Et recumbere faciam, 1 ſing. praet. (יָנֻחַ et יָנוּחַ requieſcet, 3 ſing. m. fut. נוּחַ et נֹחַ, et cum aff. ה, נֻחָה quieſcere ejus, inf. 1 ſp.) יָנִיחַ requieſcere faciet, 3 ſing. m. fut. 5 ſp. הֵנִיחַ quieſcere fecit. A נוּחַ ناخ prop. recubuit in pectus: Hinc, 2. Requievit. *To reſt* (*d*).

2762. Ver. 19. וְחַנֹּתִי Et propitius ero, 1 ſing. praet. (אָחוֹן propitius ero, 1 ſing. תָּחוֹן propitius eris, 2 ſing. m. יָחוֹן propitius erit, et cum aff. יְחָנְךָ propitius erit tibi, 3 ſing. m. fut.) A חָנַן حنّ gratiam, affectum tenerrimum monſtravit, propitius fuit. Vid. n. 1721.

2763. Ver. 19. וְרִחַמְתִּי Et viſceribus afficiar, miſerebor, 1 ſing. praet. אֲרַחֵם miſerebor, 1 ſing. fut. 3 ſp. רִחֵם in viſceribus commotus fuit, miſertus fuit. *To pity, to be moved with compaſſion.* A רָחַם رخم mollis, tener fuit, ſpeciatim affectu vel amoris vel miſericordiae, plane ut σπλαγχνίζωμαι apud Graecos.

2764. Ver. 20. נִקְרַת In ſtat. conſtr. pro נִקְרָה نقرة caverna, foramen. *A hole, a cavity.* A נָקַר نقر excavavit, perforavit.

2765.

(*d*) Eſt metaphora deſumpta a jumentis longo labore et itinere exhauſtis, quae, ſuperatis montibus et collibus, deducuntur ad vallem aquoſam, ut laſſitudinem ſuam abluant, atque jucundiſſimè ad aquas quieſcendi gratiâ recumbant. Vid. Iſa. lxiii, 14. et Pſ. xxiii, 2.

2765. VER. 22. וְשַׂכֹּתִי Et obtegam, protegam, 1 ſing. praet. 1 ſp. A שָׂכַךְ شكك texit, obtexit. *To cover, to protect.*

2766. VER. 23. וַהֲסִרֹתִי Et removebo, 1 ſing. praet. יָסֵר יָסַר et יָסִיר removebit, 3 ſing. fut. 5 ſp. הֵסִיר recedere fecit. (אָסוּר et cum ה paragog. אָסֻרָה recedam, 1 ſing. יָסוּרוּ recedent, 3 pl. m. fut. סוּר removere, inf. 1 ſp.) יוּסַר removebitur, 3 ſing. m. fut. 6 ſp. הוּסַר remotus fuit. A סוּר سار removit. *To depart.*

2767. אֲחֹרָי Pl. cum aff. ּ in ſtat. conſtr. אֲחוֹרֵי pro אֲחוֹרִים poſteriores partes. *The back parts.* In oppoſitione vocis פָּנִים, quae notat *faciem*, vel *partem anteriorem*, ab אָחוֹר pars poſterior. Ab אָחַר retrorſum ſe movit. Vid. num. 1061 (*e*).

CAPUT

(*e*) Vox אחור aliquando ſignificat *occidentem*, i. e. poſteriorem partem, quod a tergo Judææ ſitus ſit, ut vice verſa קדם notat *orientem*, i. e. partem mundi anteriorem reſpectu terrae ſanctae, vid. Iſa. ix, 11. vid. num. 185. Interdum ſumitur adverbialiter, expreſſa vel ſubintellecta praepoſitione ל, et redditur retro, retrorſum, ut in hujus oppoſitione, לפנים antrorſum vertitur: Quando accipitur de tempore, vertitur in poſterum.—Cum vero Moſes, lumen illud fulgidiſſimum, in quo Deus ſe per tranſitum manifeſtaturus erat, ſine mortis periculo intueri non poſſit, in fiſſura rupis, quae in monte erat, ſtare debebat, dextra Dei protegendus, forte nube quadam obtegendus tantiſper, donec ipſum lumen ſplendidiſſimum, in quo Deus erat, tranſiiſſet; et ita operculo remoto, *poſteriora* gloriae videre poterat. Forma nimirum auguſtiſſima, quam Deus aſſumpſerat, ita comparata erat, ut ab anteriore ſui parte, a nemine mortalium ſine mortis periculo aſpici poſſet, ſed a parte poſteriore ita temperata erat, ut Moſes, ſine periculo mortis, eam potuerit adſpicere. Et hoc eſt quod Deus dicit: *Poſteriora mea videbis; nam facies mea conſpici nequit.* Facies Dei hoc loco ſignificat imperſcrutabilem Dei eſſentiam et majeſtatem. Verum quidem eſt, verſu 11. dici: *Facie enim ad faciem Deum cum Moſe locutum fuiſſe, ut quiſque amicum ſolet.* Sed paulo aliter ibi quam hic vox *facies* ſumitur; nam per *faciem*, pars anterior formae illius ſplendidiſſimae, quam Deus aſſumpſerat, hic indicatur: *Facie enim ad faciem Deus cum Moſe locutus*, dicitur, quod non per viſionem aut ſomnum, aut alia ratione, Moſi voluntatem ſuam indicaverit, ſed ita cum Deus locutus ſit ut ipſemet vocem ejus audiverit, etſi nihil viderit. Cæterum ex dictis patet, ipſam Dei eſſentiam a Moſe non viſam eſſe: Nemo enim vidit Deum, unigenitus ille filius qui eſt in ſinu Patris, ille nobis expoſuit, Jo. i. 18.

CAPUT XXXIV. VERSUS I.

2768. פְּסָל Sculpe, 2 ſing. m. imp. (יִפְסֹל 3 ſing. m. fut.) 1 ſp. A פָּסַל نصل dolavit, ſculpſit lapidem vel lignum, et exinde imaginem perfecit.

2769. VER. 2. וְנִצַּבְתָּ Et ſiſtes temet, 2 ſing. m. praet. נִצָּב conſtitutus, part. 2 ſp. (יִצַּב ſtatuet, 3 ſing. m. fut. 5 ſp.) A נָצַב نصب erectus ſtetit. Vid. n. 1091.

2770. VER. 6. רַחוּם Summè miſericors. *Moſt merciful.* A רָחַם. Vid. num. 2763.

2771. אֶרֶךְ Longus, lentus nares, longus irarum, manſuetus. *Long-ſuffering.* Ab אָרַךְ ارك lentus fuit (*f*).

2772. VER. 7. נֹצֵר Cuſtodiens, obſervans, part. יִצּוֹר obſervabit, 3 ſing. m. et Nun radicali ſervatâ, יִנְצְרוּ 3 pl. m. fut 1 ſp. A נָצַר نصر et نظر obſervavit. Plane notat diligentiſſimam et intenſiſſimam obſervationem, qualis eſt illa oculorum intuentium aliquod, et inde aciem nuſquam deflectentem.

2773. VER. 9. וְסָלַחְתָּ Et condones, propitius ſis, 2 ſing. m. praet. סְלַח condona, imp. יִסְלַח condonabit, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. (וְנִסְלַח et condonabitur, 3 ſing. m. praet. 2 ſp. cum ו converſ.) A סָלַח صلح condonavit, propitius fuit. *To ſpare, to pardon, to be gracious to a perſon.*

2774. VER. 13. תִּתֹּצוּן et תִּתֹּצוּ Diruetis, 2 pl. m. fut. (וְנִתַּצְתֶּם et omnimodo diruetis, 2 pl. m. praet. 2 ſp. cum

(*f*) ארך אפים Longus, lentus nares, *i. e.* cujus non ita leviter in nares provolat ardor, ſed qui fraena irae ponere poteſt; et comprimere illum fervidiorem motum velit, qui naſum afficere ſolet: אפים Dixere Hebraei in duali, quia binas nares nobis natura affinxit, per quos irarum incendia ſe produnt. Opponitur illa phraſi קצר אפים brevis nares, certus irarum, impotens, promptus ad iram, *i. e.* qui facile ſe inflat, ſpiritumque in primoribus, quod aiebat Satiricus, naribus educit. Sic קצר יד قاصر اليد brevis manu ut eſt in ſacris, quae etiam extat in hiſt. Tamerl. p. 357. prout frequentiſſima eſt formula قصر يده عن الشين brevis facta eſt manus ejus a re aliqua: Pro eam aſſequi, exſequi, effectum dare, haud valuit. Vid. not. ad excerp. ex Iſpahanenſi poſt vit. Salad. num. 8.

cum ו converſ. deſtruetur, 3 ſing. m. fut. 6 ſp. pro יְנַתֵּץ) A נָתַץ prop. ſcidit: Hinc diruit. *To deſtroy*.

2775. אֲשֵׁרָיו Lucos ipſorum, pl. cum aff. יו, ab אָשֵׁר lucus. *A grove*. Sic dictus ob coruſcationem tremulam ramorum. Ab אשר أشر coruſcavit, tremulo motu micuit. Vid. num. 1580.

2776. VER. 19. תִּזָּכֵר In memoriam revocabitur, (alii reddunt, maſculum naſcetur,) 3 ſing. f. fut. 2 ſp. A זָכַר ذكر prop. viguit: Hinc etiam maſculus fuit, vel natus eſt. Vid. num. 671.

2777. VER. 22. תְּקוּפַת In ſtat. conſtr. pro תְּקוּפָה periodus, circumvolutio in orbes majores menſium, annorum, prop. nexa ſeries temporis in ſe redeuntis, vid. 1 Sam. i, 20. A קוף قاف nexuit, et quidem nexu inter ſe redeunte qui orbem efficit, vid. 2 Chron. xxiv. 23.

2778. VER. 24. אוֹרִישׁ Te gentes poſſidere faciam, 1 ſing. יוֹרִישׁ et יוֹרִישׁ 3 ſing. m. תוֹרִישׁוּ 2 pl. m. fut. הוֹרִישׁ inf. מוֹרִישׁ part. 5 ſp. In 5 ſp. הוֹרִישׁ ſignificat poſſidere fecit, poſſidendum tradidit: Hinc, per metonymiam, invaſit, occupavit ut peculium ſibi competens; expulit ex poſſeſſione, q. d. inſtar domini juſtiore titulo poſſidentis occupavit. *To make to poſſeſs, to make one to poſſeſs another one's property, to diſpoſſeſs, to drive out, to expel from poſſeſſion*. (יִירַשׁ 3 ſing. fut. 3 ſp. רַשׁ imp. 1 ſp. pro יְרַשׁ) A יָרַשׁ ورث haereditavit, inſtar haeredis poſſedit. Vid. n. 989 et 1968.

2779. VER. 29. קָרַן Splenduit, coruſcavit, emiſit, exeruit radios, ſive radiavit. *To ſhoot forth, or emit beams or rays of light* (*g*).

2780.

(*g*) Neſciviſſe dicitur Moſes, כי קרן עור פניו vulgatus interpres tranſtulit, *cornutam fuiſſe faciem*: Hinc quidam in errorem inducti ſunt, ut cornutum Moſen fingerent, et haud raro quoque pingerent. Sed dudum obſervatum eſt viris doctis verbum קרן ſignificare *radiare, ſplendere*: Unde קרנים radios denotat, Habac. iii, 4. Hinc LXX interpretes rectiſſime reddunt δεδόξασθαι ἡ ὄψις τοῦ χρώματος τοῦ προσώπου αὐτοῦ, quos et Paulus ſequitur, 2 Cor. iii, 7. ubi faciei Moſis δόξαν tribuit.

2780. Ver. 32. וַיְצַוֵּם Et praecepit iis, 3 ſing. m. fut. cum aff. ם, et per apoc. יְצַו, צַו per apoc. pro צַוֵּה præcipe, 2 ſing. צַוּוּ 2 pl. imp. 3 ſp. יְצֻוֶּה juſſus erat, 3 ſing. m. fut. צֻוֵּיתִי juſſus ſum, 1 ſing. m. praet 4 ſp. צֻוָּה juſſus erat. A צוה Arab. وصى praecepit. Vid. n. 223.

2781. Ver. 33. מַסְוֶה Tegumentum, velum. *A veil, a covering*. Prop. quod integitur ad aequandum et complanandum. A סוה سوى aequavit, complanavit; Syriacè ſtravit.

CAPUT XXXV. Versus 5.

2782. נְדִיב VOluntarius, et in omnem munificentiam effuſus; munificus, liberalis. *Spontaneous, willing, liberal.* A נָדַב. Vid. num. 2516.

2783. Ver. 18. מֵיתְרֵיהֶם Funes eorum, ex aff. הֶם et מֵיתָרִים pl. m. funes. *Cords.* A יָתַר. Vid. n. 1607.

2784. Ver. 22. חָח et חוח Spina. *A thorn.* Et metaphoricè, hamus. *A hook.* Item fibula. A חוח خاخ (med. Waw) *hirta* vel *hirſuta fuit* herba, omnique planta: Hinc idea ſpinae obſcurius redditur a Golio, *delituit, et parva fuit herba.*

2785. כּוּמָז كمزة Pl. كمز, conglobata maſſa, cumulus rotundior. *A circular garment, a bracelet, girdle, or necklace.* A כָּמַז كمز conglobavit, collegit in rotundiorem formam.

2786. Ver. 25. חַכְמַת F. in ſtat. conſtr. pro חָכְמָה, a m. חָכָם ſapiens. Vid. num. 1867.

2787. טָווּ Neverunt, 3 pl. praet. 1 ſp. A טוה طوى prop. glomerando nevit, complicuit, convolvit, *To ſpin* (*h*).

2788. מַטְוֶה Netum. *Somewhat ſpun.* A praecedente טָוָה nevit.

(*h*) Hinc illuſtratur טְוָת Dan. vi, 19. בָּת טְוָת pernoctavit complicatus vel convolutus inteſtina, vel complicatione viſcerum, *i. e.* in ſeveriſſimo jejunio, ita ut nihil ederet aut biberet, haud ſecus ac ſi viſcera complicuiſſet; nam ut cibo viſcera explicantur, ita eo ſubtracto, eadem quaſi complicantur.

2789. Ver. 29. נְדָבָה Et in ſtat. conſtr. נִדְבַת effuſa et ſpontanea liberalitas, motus ſpontaneus. *Liberality.* Item ſacrificium ſpontaneum. *A free-will offering.* Pl. נְדָבוֹת, A נָדַב. Vid. num. 2516.

CAPUT XXXVI. Versus 5.

2790. מִדֵּי PRÆ ſufficientia, ex praef. מ prae, et דֵּי, in ſtat. conſtr. pro דַּי prop. cavitas tinniens, vel capacitas ipſo quaſi tinnitu ſemet indicans, ſufficientia, capacitas. *Sufficiency, ſupply equal to want.* מִדֵּי הָעֲבֹדָה Prae capacitate operationis vel operis adminiſtrandi, *hoc eſt,* per quam operatio et rei divinae adminiſtratio, non tantum exigit, ſed et recipere poteſt: (דַּיָּם Sufficientia, capacitas eorum, *i. e.* quantum capere poſſint, vid. ver. 7.) A דָּיָה cavus tinnuit, reſonuit cum tinnitu: Hinc ſufficiens, capax fuit; ejuſdem originis cum דָּוָה دوي (*i*).

2791. Ver. 34. וַיְצַף Et ſplendeſcere fecit, per apocop. pro יְצַפֶּה 3 ſing. m. fut. 3 ſp. צִפָּה obduxit ſplendidâ cruſtâ auri, &c. צוֹפִים ſpeculantes, pl. m. part. praeſ. 1 ſp. Ab צָפָה ſplenduit. 2. Speculatus eſt. Vid. num. 1689 et 2536.

N. B. *Cum nulla nova vocabula occurrunt in Cap.* XXXVII. *progredimur ad Cap.* XXXVIII.

CAPUT

(*i*) Propriam ſignificationem vocis די *capacitatem* eiſe patet ex variis locis, " Et fundam vobis benedictionem עד בלי די uſque ad de" fectum capacitatis vacuae," *hoc eſt,* tantâ copiâ ut capiendo futuri non ſitis, Mal. iii. 10, 11. " Sic aperies manum tuam pauperi די " מחסרו capacitatem indigentiae ejus," *i. e.* quantam indigentia ejus requirit, Deut. xv, 8. Eleganter etiam, " Inveniſti mel, ede דיך " capacitatem tuam," *i. e.* quantum capere poſſis, Prov. xxv, 16. Amat et autem haec vocula compoſitionem ingredi cum tribus praefixis, מ, כ, ב, atque tunc cenſetur nihil novi deſignari, ſed ſimpliciter venire pro *in,* ſicut, et *ab* vel *ex.* Eſt vero in omnibus hiſce floſculus elegantioris *figurationis,* et quidem בדי valet pro *capacitate,* " Leo diſcerpens בדי in *capacitatem* catulorum ſuorum," *i. e.* in tantum

CAPUT XXXVIII. VERSUS 8.

2792. בְּמַרְאוֹת IN ſpeculis, pl. cum praef. בּ, a מַרְאָה f. inſtrumentum videndi, ſpeculum. *A looking-glaſs.* At מַרְאֶה m. verus oculorum adſpectus, cui res ipſa ſubjicitur; viſio, id quod per viſionem conſpiciendum exhibetur. *A viſion.* (Videatur ſolecismus generis a ſyntaxi cod. Hebr. depulſus per Doctiſſ. Michaelem patrem, § 11.) A רָאָה vidit (*k*).

2793. הַצֹּבְאֹת Agminatim euntes, miniſtrantes, pl. f. a m. צוֹבָא pl. צוֹבְאִים militantes, part. praeſ. צָבָא militare, inf. צָבְאוּ turmatim convenerunt ad cultum ſacrum, 3 pl. praet. וַיִּצְבְּאוּ et militarunt, 3 pl. m. fut. 1 ſp. A צָבָא صبا emicuit ut ſtella, exivit, micuit in aciem exercitus, turmatim convenit, idque vel ad militandum, vel ad miniſtrandum Deo, ſive ad cultum ſacrum. *To aſſemble for worſhip, for war.*

2794.

tum quantum ipſis alendis requiritur, Nah. ii, 3. Sic, " Et invenerit " כדי גאלתו ſecundum exigentiam redemptionis ejus," *i. e.* tantum quantum praetium redemptionis ejus exigit, et quaſi recipit, Levit. xxv, 26. Sic judex verberabit in conſpectu ſuo reum כדי רשעתו non ſimpliciter ſecundum improbitatem, ſed ſecundum id quod improbitas ejus recipere debet ac promeretur, atque adeo exigit: Eſt enim exigentia, veluti quaedam capacitas, ad quam aptari debeat id quod requiritur.

(*k*) Aliis enim Deus apparere in מַרְאָה (Marah) dicitur, non ita Moſi, ſed in מַרְאֶה (Mareh) abſurde vero, ac nullo diſcrimine, ſi utrumque vocabulum, non habito generis reſpectu, viſionem interpretamur. Eſt autem מַרְאֶה, maſculinum, verus oculorum adſpectus, cui res ipſa ſubjicitur: At מַרְאָה, foemin. hic atque alibi ſpeculi nomen. Haec ergo verborum ſententia addit, (Doct. Michaelis) " Aliis prophetis Deum tanquam in ſpeculo videri, aliqua ejus imagi- " ne, aut ſomniantibus, aut inſanis, ſeu, ut Theologi loquuntur, in ex- " taſin raptis, oblata: Non ita Moſi, ſed hunc de ſtatu mentis non de- " jectum, nulloque nec ſomnio nec furore prophetico perturbatum, " placida ac tranquilla ex animi parte, quae mentis ac rationis eſt, " veram Dei imaginem, qualis videri coelicolis ac quanta ſolet, oculis " haurire." Hic refertur ad morem vetuſtum, quo ſpecula mulierum, totiusque generis omnia, ex ære polito fabricabantur; cujus rei documenta

2794. Ver. 17. צִפּוּי Prop. nitens cruſta, tectorium, obductio. *The covering, overlaying.* A צָפָה nitenti cruſtâ obduxit. Vid. num. 2536.

2795. Ver. 27. לָצֶקֶת Ad conflandum, fundere, inf. 1 ſp. per aphaereſin τῶ Jod, (vel eſt nomen ſive actio verbi, compactio, compreſſio) יוּצַק fundetur, 3 ſing. m. fut. 6 ſp. A יָצַק fudit, effudit. *To pour, to pour out, to pour melted metal into a mould, to caſt.*

CAPUT XXXIX. Versus 3.

2796. וַיְרַקְּעוּ ET deduxerunt, et cum aff. ם, יְרַקְּעוּם 3 pl. fut. 3 ſp. רוֹקֵעַ part. praeſ. A רָקַע رقع, prop. calcavit: Hinc deduxit rem contractam in latitudinem, extendit, expandit. *To beat a maſs of metal into a broad plate with an hammer.*

2797. פַּחֵי In ſtat. conſtr. pro פַּחִים laminae, a פַּח lamina, metallum deductum et expanſum. *A thin plate of gold expanded by beating.* Item, 2. Laqueus, vel rete, ab expandendo etiam. *A net or ſnare expanded.* A פָּחַח نفخ diffuſus fuit, expandit; Syr. dilatavit.

2798.

menta, partim apud veteres, praecipue apud Jobum, proſtant; ubi coeli firma et nitens facies aſſimulatur *ſpeculo fuſo*, cap. xxxvii, 18. *et eris fuſus*, i. e. eris nitidus ſimul, ſimul firmus inſtar ſpeculi ex ære nitidiſſimo, Job. xi, 15. Ea enim ſpecula quorum Jobus meminit, a duritie laudantur, quibusque inſiſtit Deus nubila *dura* ut *ſpeculum fuſum* dicuntur, quod in ſola ex metallo ſpecula cadit. Moſes vero labrum aeneum facturus, ſpeculis uſus eſt aeneis mulierum, quae tabernaculum aditurae pro more Ægyptio: "Mos enim erat (ut Cyrillus "teſtatur) Ægyptiorum praeſertim mulieribus, ſi templa adirent, "linea veſte ornari, ſpeculo ſiniſtram, et ſiſtro dextram, religioſe "decorari." Moſes forte, ne in idololatriam laberentur, arte quadam a mulieribus ſpecula ſuſtulit, quibus labrum incruſtaretur, ut abluturi ſe ſacerdotes maculas corporis atque ſordes in illo videre poſſent. Fuerunt ergo ſpecula Hebraea, non vero vitrea, ſed aenea; nec aedium ornamenta, ſed geſtamina hominum, ideoque noſtris multo minora. Vid. Jo. Dav. Michaelis hiſt. vitri apud Hebraeos in comment. ſociet. reg. ſcien. Gotting. tom. iv, p. 86.

2798. קִצֵּץ Diligenter abſcidit, ſecuit, praet. 3 ſp. וְקִצּוֹתָה et amputabis, 2 ſing. m. praet. cum ו converſ. 1 ſp. A קָצַץ قص abſcidit, amputavit. *To cut off.*

2799. Ver. 28. פַּאֲרֵי In ſtat. conſtr. pro פְּאֵרִים, a פְּאֵר capitis ornamentum, et quidem diadema, ſcil. faſcia capiti circumliganda, formâ ſublimiore faſtigiata, et quaſi intumeſcente, unde ducta denominationis ratio. *An ornament of the head, particularly a diadem.* A פָּאַר فار intumuit.

2800. Ver. 37. הַמַּעֲרָכָה et מַעֲרֶכֶת Diſpoſitio, ordo, acies. *An order. row, an army in battle-array.* Jud. xvii, 10. Pl. מַעֲרָכוֹת. A עָרַךְ عرك inſtruxit.

CAPUT XL. VERSUS 4.

2801. וְעָרַכְתָּ ET inſtrues, 2 ſing. m. praet. יַעֲרֹךְ diſponet, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. (יַעֲרִיךְ aeſtimabit, 3 ſing. m. fut. 5 ſp.) הֶעֱרִיךְ aeſtimare fecit. *To tax, aſſeſs, to charge with a certain proportionable tax.* A עָרַךְ عرك inſtruxit, diſpoſuit.

2802. עֵרֶךְ Diſpoſitio, inſtructio. *A ſetting in order, diſpoſition.* 2. Æſtimatio, taxatio. *A valuation, an aſſeſſment, a tax.* A praecedente עָרַךְ.

2803. וְהַעֲלִיתָ Et aſcendere facies, aſcendes, 2 ſing. m. הֶעֱלִיתָנוּ aſcendere feciſtis nos, 2 pl. m. (ubi ob aff. נו, תֶּם mutatur in תָ) praet. 5 ſp. הֶעֱלָה aſcendere fecit vel juſſit; item extulit. A עָלָה علی aſcendit.

2804. Ver. 17. הוּקַם Erectum fuit. *To be reared up.* Praet. 6 ſp. (יָקִים et יָקֵם eriget, excitabit; et cum Nun epenthetico יְקִימֶנָּה ſtabiliet illud, 3 ſing. m. יָקִימוּ erigent, 3 pl. m. fut. 5 ſp. הֵקִים ſtare vel ſurgere fecit, erexit, excitavit.) A קוּם قام ſurrexit (*l*).

2805.

(*l*) Quicunque praejudiciis vacuus tabernaculi artificium, ſtructuram, pulchritudinem, ſplendorem, divitias, et decorem, ſerio perluſtraverit, clariſſime elucere divini auctoris ejus, in eo architectando, ſapientiam deprehendet: Nam, in conſummando tam praeſtantiſſimo opere

opere

2805. Ver. 21. וַיָּסֶךְ pro יָסֵךְ Retracto accentu, obteget, 3 ſing. m. תָּסֵךְ obteges, 2 ſing. m. fut. 5 ſp. A סָכַךְ obtexit, operuit. Vid. num. 2545.

2806. Ver. 37. יֵעָלֶה Diſcedet, 3 ſing. m. יֵעָלוּ 3 pl. m. fut. הֵעָלוּ aſcendendo vos ſubmovete, 2 pl. m. imp. הֵעָלוֹת aſcendendo ſe ſubmovere, inf. 5. ſp. נַעֲלָה elevatus, exaltatus fuit, *q. d.* aſcendere factus eſt ; et, ſenſu reciproco, extulit, elevavit ſe ; item, aſcendendo ſe ſubmovit, diſceſſit. A עָלָה aſcendit.

opere ſublimius quid apparet, quam quod humana arte perfici potuerit, adeoque juſtiſſime praefari operariorum praefectos Dei ſpiritu repletos fuiſſe videmus. Non ſine Deo praeſtantiſſimos artifices fuiſſe intellexerunt, qui artium inventores conſecrarunt ; inter quos Ægyptii, uti de Oſyride et Herma notatu digniſſima ſunt Senecae verba, lib. iv. de Benef. cap. 4. " Deus eſt qui tot artes commentus eſt ; neque enim " noſtra iſta, quae invenimus, dixeris, non magis quam creſcimus, " quam quod ad conſtitutum temporum ſua corpori officia reſpon- " dent. Inſita nobis ſunt omnium aetatum, omniumque artium ſemi- " na, magiſterque ex occulto omnium Deus producit ingenia, vid. et " epiſt. 91."——Quae de templo auguſtiſſimo ſermone praedicat Capellus, licet nobis quodam modo praeſtantiſſimo ejus exemplari applicare, et de tabernaculo pronuntiare : Moſaico tempore, in toto terrarum orbe, nihil fuit illi materiâ, arte, pretio, formâ, ſplendore, magnificentiâ, atque opulentiâ, comparandum ; et merito quidem, cum non modo uni vero Deo, coelique terraeque Domino, fuerit ſacrarium, verum etiam ejus juſſu atque ductu, eo delineatore, et veluti architecto, extructum fuerit.

*** חזק *i. e.* Macte, Lector ! ſtrenuè perge ad reliquos libros. Verſio clauſulae additae fini Exodi, quae numerum verſuum, capita, ſectiones, aliaque, continet.

Numerus verſuum libri Exodi ſunt 1109. Memoriale ejus numeri eſt ארט. Et medius ejus verſus eſt, *Deo non maledices*, Exod. xxii. 27. Et ſectiones ejus ſunt 11. Ubi *eſt* domus quam ædificabitis mihi, eſt ſymbolum, (*h. e.* in prima voce illius textûs numerus exprimitur). Et capita maſorethica 29. *Et nox nocti indicabit ſcientiam*, ſymbolum ejus. Et capita 40, *Lex Dei ſui in corde ſuo*, ſymbolum ejus. Numerus ſectionum *apertarum*, quae literâ פ denotantur, ſunt 69 ; et *clauſarum*, quae literâ ס indicantur, ſunt 95. Omnes ſimul ſunt 164 ſectiones : *Mittet auxilium tuum e Sanctuario, et ex Zione fulciet te*, ſymbolum ejus.

LEVI-

LEVITICI *

CAPUT I. VERSUS 2.

2807. יַקְרִיב et יַקְרֵב } ACCEDERE faciet, 3 ſing. m. תַּקְרִיב 2 ſing. m. תַּקְרִיבוּ et תַּקְרִיבוּן offeretis, 2 pl. m. fut. מַקְרִיב offerens, pl. מַקְרִיבִים, et in ſtat. conſtr. מַקְרִיבֵי offerentes ; הַקְרִיב offerre, inf. הַקְרֵב offer, imp. 5 ſp. הִקְרִיב accedere fecit, obtulit. *To cauſe to approach, to offer.* (נִקְרַב adductus eſt, ſtitit ſe. *To be brought near.* Praet. 2 ſp.) A קָרַב قرب appropinquavit. Vid. num. 866.

2808. קָרְבָּן قربان Oblatio. *An offering.* Pl. קָרְבָּנִים. A praecedente קָרַב.

2809. VER. 4. וְנִרְצָה Et acceptabitur, 3 ſing. m. praet. cum ו converſ. יֵרָצֶה acceptum habebitur, 3 ſing. m. יֵרָצוּ 3 pl. m. fut. 2 ſp. רְצוֹי in ſtat. conſtr. pro רָצוּי gratus, acceptus, part. paſſ. תִּרְצֶה acceptabis, 2 ſing. m. fut. 1 ſp, A רָצָה رضي complacuit (*n*).

2810.

* LEVITICUS vocatur ויקרא a prima voce libri : Haec vox fuit ſectionis legalis titulus ; ſed quia eſt prima ſectio Levitici, ideo etiam pro-titulo libri aſſumptus fuit. Vox ויקרא *et vocavit*, ſcribitur et imprimitur literâ minuſcula Aleph : Et praeterea, in bibliis margini adſcribitur זעירא א Aleph minuſculum. Fere occurrunt in Vet. Teſt. literae minuſculae 33. Non videtur illa diverſitas minuſcularum et majuſcularum originem a Moſe, caeteriſque ſacris ſcriptoribus, duxiſſe, ſed a curioſis ſcribis, qui quaedam ficta myſteria in ſacrum codicem venari et intrudere volebant. Pueri incipientes in ſcholis legere Pentateuchum, non a Geneſi, ſed a Levitico, inchoant ; quia in eo agitur de purificationibus ceremonialibus, quibus pueri ab ineunte aetate aſſueſcere debent.—Hicce liber uberiorem figurarum Vet. Teſt. et cultus Levitici in Exodo ſtrictim dicti, delineationem continet.

(*m*) Holocauſta עלות omnium ſacrificiorum antiquiſſima hactenus obſervavimus, vid. num. 718, omniumque eminentiſſima, quippe tota

Deo

2810. Ver. 6. הִפְשִׁיט Detrahere fecit pellem a carne, 3 ſing. m. praet. הַפְשֵׁט exue, imp. 5 ſp. A פָּשַׁט قسط detraxit. *To ſtrip, to flea.* Vid. num. 1785.

2811. Ver. 8. הַפֶּדֶר Adeps. *Fat.* A פָּדַר فدر languore defecit.

2812. Ver. 15. מָלַק Ungue ſecuit, pollice caput diſſecuit. *To twiſt or wring off, to pinch off the head with the nail.* Arab. ملق complanavit, laevigavit.

2813. וְנִמְצָה Et exprimetur, 3 ſing. praet. יִמָּצֵה exprimetur, 3 ſing. m. fut. 2 ſp. A מָצָה prop. ſuxit: Hinc ſugendo exhauſit, expreſſit. *To wring or ſtrain out any liquor, to ſqueeze.*

2814.

Deo tradita; nihil enim vel offerenti vel ſacerdotibus ad comedendum relinquebatur. Univerſum opus ſacrificationis in ſe comprehendebat, ut patet ex ſacrificio jugi duorum agnorum ſingulis matutinis et veſpertinis.——Extat quidem effatum Talmudicum, holocauſta non expiare, hoc eſt, offerri pro remiſſione peccatorum; ſed hoc ab iis non extenditur ad tempora ante Moſen, et vult holocauſta non expiare quaedam peccata et delicta, quae peculiare aliquod piaculum requirebant, et ſpeciali nomine חטאה et אשם inſignita fuere.——Pro hiſce holocauſta non offerenda, quia nova ſanctio antiquam potentiam reſtringebat; remanſit tamen vis expiationis in amplitudine generali cauſâ peccatorum omiſſionis, item peccatorum illorum complicatiorum, quae nemo queat enumerare, et, cauſâ labis noſtrae originis, illius leprae ſpiritualis continua expiatione indigentis. Indicare hoc etiam volunt Hebraeorum magiſtri, quando ita aſſerunt holocauſta inſtituta eſſe ad expiationem malarum cogitationum cordis, ſicuti ſacrificia pro peccato erant pro malis actionibus, vel ad expiationem mali commiſſi contra aliquod praeceptum affirmativum. Sic Aben Ezra in Levit. I. "Animal illud, quod offertur ad expiationem "illius quod nobis in cor adſcendit, vocatur עולה, ſicuti oblatio-"nem pro peccato, חטאה et אשם, vocamus." Vid. Doct. Nicolai Annotat. ad Bertram. de Repub. Hebr. p. 51. 52.——Eminebant holocauſta, quod cum potentia ſua expiatrice, caruerint tamen illa contagione, quam piacula חטאה et אשם ſubſtituta in locum tranſgreſſoris ſuſcepiſſe, exiſtimabantur. Holocauſta tota ſuper altari adolebantur, atque in jucundum Deo odorem aſcendebant, adeo ut nomine ריח ניחוח *odor acquieſcentiae* inſigniebantur, quo innuitur tum conciliatio omnis gratiae, cum permulſio et ſedatio irae quae omnem motum indignationis placare poſſit; ad quae omnia oculos intendit Apoſtolus ad Epheſ. v, 2. *Dominum ſe pro nobis obtuliſſe* εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.

2814. VER. 16. מֻרְאָתוֹ Ex aff. ה, et מֻרְאָה, Arab. مرئ, ingluvies, oeſophagus. *The craw, crop of a bird.* A מָרָא مرا prop. radendo contrivit, concoxit.

2815. נֹצָתָהּ Pluma ejus, ex aff. ה, et נֹצָה ناصية pluma, vel coma pendula. *A feather.* A נָצָה نصي vulſit.

2816. דֶּשֶׁן et דָּשֶׁן Pinguedo, ſuccus pinguis et oleoſus. *Fatneſs.* 2. Cinis. *The aſhes of the fat;* q. d. Pinguefactio agrorum: Veteres enim cinere ad arva et prata fructificanda uſos eſſe teſtatur Plinius, lib. xvii. cap. 9. A דָּשֵׁן pinguis fuit.

2817. VER. 17. יַבְדִּיל Separabit, 3 ſing. m. אַבְדִּיל 1 ſing. m. fut. 5 ſp. הִבְדִּיל ſeparare fecit, הִבָּדְלוּ ſeparate voſmet, vel ſeparamini, 2 pl. m. imp. 2 ſp. נִבְדַּל ſeparatus fuit. A בָּדַל بدل ſeparavit. Vid. num. 27.

2818. שִׁסַּע Diffidit, diſcidit, 3 ſing. m. praet. 3 ſp. שֹׁסַע findens, fiſſum habens, 1 ſing. m. et in f. שֹׁסַעַת, שְׁסוּעָה fiſſa, part. paſſ. ſive Pahul, 1 ſp. A שָׁסַע (Arab. شسع diſtitit) fidit, diffidit. *To cleave, rend.*

εὐωδίας. Hocce ſacrificium in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum plane collineare videtur, qui fuerat ἄμωμος et ἄσπιλος, ſine macula et labe, qui ſe Deo victimam tradidit, et quae meruerit recipi in piaculare ſacrificium, quod omnes ſimul et ſemel expiare poſſit. Hic AGNUS ille Dei quaſi digito intenditur, qui morte ſua non ſolum terram, ſed coelos, fragrantiſſimo odore ſuorum meritorum, placatâ facie divinâ per hunc odorem ſuaviſſimum, conciliatoque amore et favore Dei, impleverit.——Qui holocauſtum offerebat, idem imponebat manum ad expiationem peccatorum impetrandam, ut diſerte ver. 4. dicitur: Unde ea holocauſta ad peccatorum quoque expiationem comparata fuiſſe conſtat. Proprium quoque huic ſacrificiorum generi quod a Gentilibus etiam Deo offerri potuerint.—Deus nihil Moſi de holocauſtis eorumque ritibus praeſcripſit, quod illud expiatorium ſacrificium in uſu apud Patriarchas, ex Gen. viii. 20. et ritus illius Iſraelitis notos fuiſſe, conſtat. Hinc Doctiſſ. Ainſworth obſervavit: "External burnt-offerings were in uſe in the church before the law was "given at the Mount Sinai, as appeareth Exod. x. 25. and xviii. 12. "and in Levit. i. It was the firſt and principal ſacrifice, wherewith "God was ſerved every day by the church of Iſrael, Num. xxviii. 3. "where alſo it appeareth, that this kind of ſacrifice was not now "firſt inſtituted, but obſerved from the beginning, and kept among "the Gentiles, Num. xxiii. 1, 2. 2 Reg. iii. 27."

CAPUT II. VERSUS 2.

2819. קָמַץ قمص COmpreſſit, collegit, accepit extremis digitis. *To gather, to take in handfuls.* Ipſa radix eſt.

2820. אַזְכָּרָתָהּ Ex aff. הּ, et אַזְכָּרָה vulgo redditur memoriale, vel fragrantia cum commemoratione. *A memorial.* Sed potius eſt, ſuffitus fragrans. *The fragrant incenſe.* A זָכַר ذكر prop. viguit, acri praeſertim odore. Vid. num. 2152 (*n*).

2821. VER. 4. מַאֲפֵה Coctio, coctum. *Baking, baked.* Ab אָפָה coxit. Vid. num. 1164.

2822. הַמַּחֲבַת Vulgo redditur ſartago. *A pan.* Prop. inſtrumentum planum et latum ad placentas coquendas. *A flat plate.* A חָבַת خبت planus, complanatus fuit: Hinc הַחֲבִתִּים panes ad latiorem et planiorem formam deducti, 1 Chron. xi, 31.

2823. VER. 6. פָּתוֹת Comminuendo, inf. 1 ſp. A פָּתַת فتت comminuit, ſpeciatim fricando digitis fregit. *To break into ſmall pieces.*

2824. פִּתִּים Fruſta, pl. a פַּת fruſtum panis. *A diviſion of bread, a morſel.* A praecedente פָּתַת.

2825. VER. 7. מַרְחֶשֶׁת Ahenum, in quo aqua fervefacta bullit. *A boiling veſſel.* A רָחַשׁ Arab. رخش motus, commotus fuit, aeſtuavit, bullivit. *To caſt or throw up, to boil.*

2826. VER. 14. קָלוּי Toſtus, part. paſſ. 1 ſp. A קָלָה قلي uſſit, torruit, frixit. *To roaſt, to parch.*

2827. גֶּרֶשׂ M. prop. contuſio, contuſus. *Beaten.* (Et cum aff. הּ et praef. מ, מִגִּרְשָׂהּ de frumento ejus contuſo.) A גָּרַשׂ جرش contudit.

2828.

(*n*) Fragrantia cum commemoratione et concelebratione comprehenditur, Hoſ. xiv. 8. ubi Iſraeli cum viti et oleo comparata tribuitur ריח aura ut Lebani, et זכר כיין לבנון fragrantia aëris ut vini Lebani, vid. Iſa. xxvi. 8.

2828. כַּרְמֶל Spica tenera, viridis. *A green ear of corn.* 2. Arvum viride. Ex כָּרַם كرم turſit, et מָלַל ملل ſecuit.

CAPUT III. VERSUS 4. (*o*).

2829. כְּסָלִים E. T cum aff. כְּסָלַי lumbi, pl. a כֶּסֶל lumbus, regio lumborum, quae ſpiſſiore adipe facta eſt. *The loins.* 2. Stupiditas, ſtultitia. A כָּסַל كسل ſpiſſus fuit pinguedine, elumbis et ignavus fuit.

CAPUT IV. VERSUS 2.

2830. שְׁגָגָה F. Et cum aff. שִׁגְגָתוֹ error ejus, error, ignorantia. *Ignorance.* A שָׁגַג erravit, a viâ rectâ delineavit.

2831. VER. 3. אַשְׁמַת In ſtat. conſtr. pro אַשְׁמָה delictum, reatus. (Uti etiam אָשָׁם reatus. Vid. n. 1452.) *Guilt, a treſpaſs.* 2. Sacrificium pro reatu. *An offering for guilt, a treſpaſs-offering, to which the guilt or treſpaſs was*

(*o*) Vox שְׁלָמִים, a שָׁלֵם سلم *pacem habere, ſalute gaudere, complere,* et etiam *retribuere* quod debetur: Hinc, a prima poteſtate, a quibuſdam, *pacifica* vel *ſalutaria;* ab aliis vero, *conſummatoria;* a quibuſdam etiam, *retributoria,* vocantur; quod partes hujus non ſoli altari et ſacerdotibus, ſed etiam ipſis offerentibus attribuerentur, admiſſâ quoque in communionem ejus familiâ. Ex etymo *completorium* pacis vel ſalutis reddi poſſit; in eo enim teſtimonium pacis a Deo impetratae exhibitum fuit, ita ut ad menſam quoque Dei diſcumbere, et dapibus divinis epulari daretur. R. Salomon in Levit. ait ſic dicta, quod pacem mundo, altari, ſacerdotibus, et offerentibus, darent.

In hac tabella veteris oeconomiae pleniſſimum illud jus filiorum Dei pingitur, quibus ad convivium Dei accedere liceat, atque ſuper hoc pacis completorio ſacrificio ſolenne cum Deo foedus ſancire, atque ambitu ſuo omnium reliquorum ſacrificiorum medullam in compendio repreſentatam complectitur, ut quicquid reſideret virtutis in עולה *holocauſto,* quicquid in חטאת piaculo pro peccatis, quicquid in אשם piaculo pro reatu vel offenſâ, id omne in hoc omnium commune centrum quaſi confluxiſſe cenſeretur: At hoc plane ex eminentiſſima ſpecie horum, nempe paſchatis, patebit.

was typically transferred, as it was really to that great offering, Jeſus Chriſt. Vid. Iſa. liii, 10. Rom. viii. 3. 2 Cor. v. 21. Ab אָשָׁם. Vid. num. 2834 (*p*).

2832. Ver. 12. שֶׁפֶךְ Effuſio, metonym. locus effuſionis. *A pouring out.* A שָׁפַךְ effudit. Vid. num. 736.

2833. Ver. 13. יִשְׁגּוּ Errabunt, 3 pl. m. תִּשְׁגּוּ errabitis, 2 pl. m. fut. (מַשְׁגֶּה errare faciens, part. 5 ſp.) 1 ſp. A שָׁגָה شجى implicatus fuit, Prov. v, 19. Hinc aberravit. *To err, to ſin through miſtake.*

3834. וְאָשֵׁמוּ Et rei facti ſunt, 3 pl. אָשֹׁם reos ſe facere, inf. יֶאְשַׁם reus fiet, 3 ſing. m. fut. (הֶאֱשִׁים reum peregit, punivit, praet. 5 ſp.) 1 ſp. A אָשַׁם, Arab. أثم et وثم, prop. ictus, laeſus fuit aliqua noxa. 2. Obnoxius fuit, noxam traxit, luit, reus factus eſt, deliquit. *To be guilty or liable to puniſhment, to treſpaſs.* This word evidently extends to ſins againſt knowledge, Vid. Gen. xxvi, 10.

2835.

(*p*) Hoc piaculum אֲשָׁמָה, Gr. παράπτωμα, appellatum, quia veniebat pro *offenſis*, atque omnem earum reatum, maculam et poenam in ſe ſuſcipiebat. Quidam putant ſacrificium חטאת ad expianda delicta graviora; אשמה vero pro levioribus oblatum fuiſſe: Contra alii cum Philone et Joſepho; ille quidem in tract. de vict. offerend. Hic antiq. lib. iii. cap. 10. חטאת oblatum fuiſſe autumant, ſi quis peccaverit imprudens; אשם contra, ſi ſtudio et deſtinato conſilio: Jam vero certum eſt ambo haec ſacrificia apud Moſen imponi in peccata animo incogitato commiſſa, quae ſi datâ operâ admiſſa fuiſſent, poenam promerita erant ordinariam ipſâ lege conſtitutam, ut patet ex procemio his legibus praemiſſo, Levit. iv. 2. Deinde neceſſum erat, ut reus hujus vel illius peccati, ſi non in ipſo facto noverit, tamen poſt factum ſciverit ſe peccâſſe contra legem, velut ex Levit. cap. iv et v. clariſſime perſpicitur. Rectius ſtatuere videntur, qui in חטאת punire exiſtimant imprudentiam ſive ignorantiam facti, in אשם vero dolum facti: Illud offerebatur ubi quis primam tabulam decalogi, hoc, ubi ſecundam quis violâſſet.——Differentia vero plane videtur eſſe inter ſacrificia אשמים et חטאות; diſtincta enim non tantum nomina habent: Culpae quoque, quae unum et alterum poſtulârunt, diſtinctae; et animalia ad oblationem idonea et ritus diverſi fuerunt. Notae characteriſticae quibus diſtinguuntur a ſe invicem, ſunt, quod אשמים non pro univerſo populo fiebant, ſed pro

2835. ונעלם Et abſcondita fuerit, 3 ſing. m. praet. 2 ſp. העלם occultando, avertendo, inf. יעלימו avertent, 3 pl. m. fut. 5 ſp. העלים occultare, ignorare fecit, התעלם ſemet obſignare, occultare, inf. והתעלמת temet obſignabis ab iis, *i. e.* eris ac ſi clauſis ſignatiſque oculis conſpexiſſes, 2 ſing. m. praet. 7 ſp. A עלם علم obſignavit, ſigno impreſſo notavit: Hinc abſcondidit, occultavit. *To hide, conceal.*

2836. VER. 28. שעירת In ſtat. conſtr. pro שעירה hirta capella. *A ſhe-kid.* A m. שעיר hircus, pl. שעירים, et in ſtat. conſtr. שעירי hirci. A שער. Vid. n. 1434.

CAPUT V. VERSUS 2.

2837. טמא In regim. טמא immundus, f. טמאה m. pl. טמאים. *Unclean.* A טמא immundus fuit.

2838.

pro privatis: Haecce etiam ſacrificia non expellebantur extra caſtra cum publicâ execratione in ipſorum capita injectâ, uti in חטאות fiebat: Partes ſelectae cremebantur ſuper altari, Levit. v. 3, 4, 5. Aliae vero partes a ſacerdotibus cômedi debebant. Quanta religio huic ſanctioni addita fuerit, percipi poterit ex exemplo, Levit. x. 16, 17, 18. ubi Moſes acriter increpat Aaronem et filios ejus, quod non conſumſerint carnes victimae piacularis, quemadmodum ipſis incumbebat, uti ita *ferrent iniquitatem Iſraelis.* Ceremonia ſane quam luciđiſſima ad munus Pontificis noſtri JESU indigitandum.—Inſigne diſcrimen inter אשם et חטאת, quod ſanguis illius tantum ad altare exterius ſpargeretur, Levit. vii. 2. non autem in ſanctum introferretur; ſed ſanguis piacularis חטאת introlatus in loca ſanctiſſima, conſecratus ad altare aureum, reſperſus ad aulaeum, ut virtute ſuâ illud removeret; quin imo ad arcam foederis ipſam, ad thronum gratiae, ſemel quotannis ſolenniter dedicatus. Quae omnia apoſtolus (veteris oeconomiae optimus interpres) ad Hebr. x. 19, 20. admirabiliter complexus, quum ait, "Habentes itaque viam recentem et vivam ad ingrediendum per velum, *i. e.* per carnem ſciſſam nempe in cruce, quam "patefecit nobis noſter Pontifex ſuo ſanguine, &c."—In piacularibus hiſce privatis אשמות magis ſpectari videtur applicatio ſalutis cum renovata tantum memoria mortis illius piacularis per expiatorem noſtrum, qui omnia noſtra peccata pelleret, et a nobis reatum, maculam, et poenam auferret. Hoc illud erat quod intendiſſe videtur propheta Iſa. liii. 10. "Si anima ejus poſuerit אשם reatum, *i. e.* ſacrificium "pro reatu, videbit ſemen." Vid. Vitring. in locum.

2838. נִבְלַת In ſtat. conſtr. pro נְבֵלָה cadaver, *q. d.* corpus emarcidum. *A dead body.* A נָבֵל emarcuit. Vid. num. 1732.

2839. Ver. 3. טֻמְאָה Et טֻמְאָה et in ſtat. conſtr. טֻמְאַת f. pl. טֻמְאוֹת, impuritas. *Uncleanneſs.* A ſeq. טָמֵא.

2840. יִטְמָא Immundus erit, 3 ſing. m. תִטְמָא immunda erit, 3 ſing. f. fut. לְטָמְאָה ad polluendum ſe, inf. cum praef. ל et parag. טָמְאָה polluta eſt, 3 ſing. f. praet. (נִטְמָאָה polluta eſt, 3 ſing. f. נִטְמֵאת polluta es, 2 ſing. f. נִטְמֵינוּ polluti ſumus, 1 pl. praet. 2 ſp. נִטְמָא immundus, pollutus fuit,) 1 ſp. A טָמֵא طمي polluit, immundus fuit. *To be unclean, to pollute.*

2841. Ver. 4. לְבַטֵּא Ad temere pronuntiandum, inf. cum praef. ל, יְבַטֵּא temere pronuntiaverit, 3 ſing. m. fut. 3 ſp. A בָּטָא بطا prop. fidit, effidit: Hinc transfertur ad verba ore temere emiſſa, et quaſi effuſa; effutivit, temere pronuntiavit. *To ſpeak raſhly, fooliſhly, unadviſedly.*

2842. Ver. 5. הִתְוַדָּה Confitentem ſemet exhibuit, ſtitit, 3 ſing. m. (הִתְוַדּוּ confitentes ſemet exhibuerunt, 3 pl. m. praet. 7 ſp. *To preſent one's ſelf in a penitential and confeſſing ſtate or poſture.* A יָדָה ſive וָדָה tendit, extendit manum: Hinc confeſſus eſt. Vid. n. 1568.

2843. Ver. 6. כִּשְׂבָּה Agna, agnicula. *A ſhe-lamb.* A כָּשַׂב كسب carpſit. Vid. num. 1599.

2844. Ver. 9. חַטָּאת Sacrificium expiatorium. *A ſin-offering.* Vid. num. 2683 (*q*).

2845.

(*q*) חטאות Piacula dicta, quod pro peccatis veniebant, quod nihil poſſet pro peccato tanquam piaculum idoneum intervenire, niſi peccatum in ſe ſuſciperet, atque adeo peccatum fieret, omnemque ejus reatum, labem, ac maledictionem ſubiret. In hac victima offerenda erat impoſitio manuum cum confeſſione peccatorum publicâ, vid. Levit. xiii. 4. Per hanc ceremoniam fiebat devolutio criminum a peccatore in ejus piaculum, non tantum quoad reatum, ſed etiam ipſam labem cum poenis inde pendentibus: Hinc piaculari victimae adhaerebat quaedam contagio, ut cuncta, ad quae accederet, polluere cenſeretur: Hinc

2845. Ver. 15. תִּמְעֹל Praevaricata fuerit, 3 ſing. f. fut. מְעוֹל et מְעֹל praevaricari, inf. מְעַלְתֶּם 2 pl. m. מָעֲלָה praevaricata eſt, 3 ſing. f. praet. 1 ſp. A מָעַל معل prop. abſcidit, et quidem ſpeciatim vincula, atque ita nexum abrupit: Hinc praevaricatus eſt. *To tranſgreſs, to deviate from a rule; to prevaricate, to deal unfaithfully, to violate duty under pretence of diſcharging it.*

2846. מַעַל Praevaricatio. *A treſpaſs, a violation of duty.* A praecedente מָעַל:

2847. Ver. 18. שָׁגַג (Ipſa radix) Erravit, a viâ rectâ declinavit, praet. הַשֹּׁגֶגֶת quae errans, f. part. 1 ſp. שֹׁגֵג errans, 1 ſp. *To err, to tranſgreſs thro' ignorance or miſtake.*

2848. Ver. 21. כִּחֵשׁ Vehementer abnegavit, 3 ſing. m. praet. תְּכַחֲשׁוּ abnegâſtis, 2 pl. fut. 3 ſp. A כָּחַשׁ كحس prop. delevit, negavit. *To deny.*

2849. עָמִית Proximus. *A neighbour.* A עָמַת عمت glomeratim collegit.

2850.

Hinc hae victimae, ob hanc tetram contagionem, debebant educi non tantum extra caſtra Dei, ſed etiam Levitarum, reliquarumque tribuum, tanquam graviſſima pondera ſub publica maledictione, quorſum alluſum ab Apoſtolo, Heb. xiii. 11. Victima educta per concremationem deleri deberet, vid. Levit. iii. 12. Obſervatu digniſſimum, quod formula illa ſolennis ריח ניחוח hinc exulabat, propter illam deteſtabilem contagionem, quâ totum cenſebatur infectum, ita ut inde nihil jucundi odoris poſſit exhalare, vid. Levit. iv. 11. 12. Unde apparebit carnem, omniaque, exceptis tantum adipe et renibus, tanquam aliquod purgamentum, ejus flammis ultricibus aboleri debuiſſe. Adeps vero et renes, tanquam partes delicatiſſimae, ad altare holocauſtorum deferebantur, ibique gratiſſimum odorem excitabant. Hoc pacto inculcatum fuit Iſraelitis, non alium poſſe ſponſorem noſtrum agere, et noſtra peccata in ſe ſuſcipere, quam qui intus ab omni labe peccati eſſet intactus, quique ſummam puritatem in renibus et adipe ſua poſſideret: Hinc patet multum fallere regulam illam Rabbinicam, piacularibus nullam infuiſſe odorem acquieſcentiae.—Denique ſanguis horum piaculorum in loca ſanctiora introferri debuerunt, Levit. iv. 5. 6. Adhibita ſparſione ſeptena ante velum interius, ipſo etiam cruore illito ad cornu altaris, reliquiis ad altare holocauſtorum effuſis, vid. ver. 7. Omnia haec nobis piaculare ſacrificium ab agno illo Dei ſponſore novi

2850. תְּשׂוּמֶת In ſtat. conſtr. pro תְּשׂוּמָה *poſitio ſui vel manus ſuae*, i. e. *initio ſocietatis et commercii*. *Placing, or putting, dealing, fellowſhip.* (תְּשׂוּמֶת יָד *The putting or joining of the hand.*) A שׂוּם poſuit.

2851. גָּזֵל M. raptum, id quod rapitur rapinâ. *Rapine, violence.* גְּזֵלָה Idem, (prop. eſt part. paſſ. ה ſp. formae סֵפֶר.) A גָּזַל جزل rapuit. Vid. num. 1285.

2852. עָשַׁק (Ipſa radix) Injuſte ſaeviit, egit, vi, injuriâ, vel dolo oppreſſit. *To act with cruelty and injuſtice, to oppreſs by violence or fraud.* (עָשׁוּק et עָשֻׁק vi oppreſſus, defraudatus, part. תַעֲשׁוֹק vi dolove opprimes, 2 ſing. m. fut. 1 ſp.) 2. Transfertur ad flumen, quum extra ripas furens excreſcit ſupra modum juſti amnis, et omnia obruit: Hinc inundavit, exundavit. Vid. Job. xl, 18.

2853. עֹשֶׁק Oppreſſio, vis, vi et fraude ablatum, fraudatio. *Oppreſſion, violence, extortion.* A praeced. עָשַׁק.

CAPUT VI. VERSUS 4.

2854. מוֹקְדָה F. A m. מוֹקֵד Focus in quo accenditur ignis. *An hearth.* Etiam id quod ad

vi foederis praeſtitum praepandunt, qui in ſe devolvi paſſus eſt omnia ſuorum peccata, uti etiam praedictum fuit Pſ. xl. 13. et ſecundum prophetam Iſa. liii. 4. "Certe infirmitates noſtras ipſe tulit, et dolores "noſtros bajulavit, &c." Vid. etiam Pſ. xc. 13.——Hinc videre poſſimus, quantâ cum emphaſi apoſtolus pronuntiaverit, eum qui peccatum non cognoverat, *αμαρτιαν υπερ ημων εποιησεν*, peccatum, *i. e.* piaculare ſacrificium pro nobis fecit; plane innuens, reatum et poenam peccati noſtri in eum trajectum fuiſſe, 2 Cor. v. 21. Oppoſitio quae inter duo membra inſtituitur, plane oſtendit *αμαρτιαν peccatum* non ſimpliciter eſſe ſacrificium, ſed talem ſponſoris conditionem deſignare, quâ veluti obrutus omnibus peccatis, ſub eorum onere, necem ſponſoriam et expiatoriam ſubire deberet: Hinc dicitur illum factum fuiſſe ipſam *καταραν* maledictionem in abſtracto Gal. iii. 12. Idem aliis adhuc coloribus pingit exprimitque apoſtolus, quum ait, "Deum miſiſſe filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati, idque pro "peccato, ut peccatum quidem maneret in carne, &c. Rom. viii. 3."

ad comburendum in foco eſt, incendium, pyra. *Burning.* A ſequente יָקַד.

2855. תוּקַד Succendetur, 3 ſing. f. fut. 6 ſp. יֵקַד ardebit, 3 ſing. m. תִּיקַד 3 ſing. f. fut. יֹקֶדֶת ardens, part. f. ſing. יָקוּד accenſus, part. paſſ. 1 ſp. A יָקַד وقد, arſit, flagravit. *To burn as a fire.*

2856. VER. 3. מִדּוֹ Ex aff. ו et מַד extenſio, menſura. *A meaſure.* 2. Veſtis proprie extenſa et prolixa. *A long garment.* Vid. num. 2571. A מָדַד مدد extendit in longum.

2857. VER. 5. תִּכְבֶּה 3 Sing. f. fut. (כְּבוֹת extinguere, inf. מְכַבֶּה extinguens, part. 3 ſp. כִּבָּה extinxit, extinguere conatus eſt.) 1 ſp. A כָּבָה extinctus eſt, Arab. كبا (ult. Je). *To quench, to extinguiſh; alſo intranſitively, to be extinguiſhed.*

2858. VER. 10. תֵאָפֶה Coquetur, 3 ſing. f. תֵּאָפֶינָה coquentur, 3 pl. f. fut. 2 ſp. נֶאֱפָה coctum fuit, אֵפוּ coquete, 2 pl. imp. 1 ſp. A אָפָה افى coxit. *To bake.* Vid. num. 1164.

2859. VER. 14. מֻרְבֶּכֶת Frixum, part. 6 ſp. ſive Hoph. A רָבַךְ frixit. *To fry, roaſt, or bake in a pan.* Apud Arabes ربك *commiſcuit*, ſpeciatim bene paravit juſculo confrictum panem.

2860. תֻּפִינֵי Pl. in ſtat. conſtr. vulgo redditur coctiones, cocturae. *Baken pieces.* Ab אָפָה coxit: Deficit autem forma ad quam hoc nomen exigatur; hâc de causâ ab aliis rectius vertitur diviſio unius ab altero, diviſum ab invicem, fruſtum. *A piece, portion, or diviſion.* A פָּנַן فنن diviſit; vel ab אפן افن diminuit, diminuendo totum exhauſit.

2861. VER. 21. חֶרֶשׂ Teſta. *Potters clay or earth, an earthen veſſel.* A חָרַשׂ خرس figulinum opus fecit.

2862. וּמֹרַק Et abſtergetur, pro מֹרַק praet. 4 ſp. A מָרַק مرق prop. fricuit, exterſit ſpeciatim ſordes, terſit ad polituram. *To cleanſe, to purify, to ſcour.*

2863. שָׁטַף Immergendo abluetur, praet. 4 ſp. (יִשָּׁטֵף immergetur, 3 ſing. m. fut. 2 ſp.) A שָׁטַף سطف inundavit, immergendo abluit; dicitur tam de aqua exundante, quam de eo qui aliquod immergit, ut inundetur, ſicque abluetur. *To overflow, to overwhelm with water, to waſh by plunging or immerſion.*

CAPUT VII. VERSUS 10.

2864. חָרֵבָה F. A m. חָרֵב ſiccus, aridus. *Dry.* A חָרַב exſiccavit. Vid. num. 708.

2865. VER. 18. פִּגּוּל Foeditas maxima, foetor, *q. d.* caro foetoris. *Fleſh or meat that is, or is to be accounted filthy, polluted.* A פָּגַל foetidus fuit. Apud Arabes نجل elanguit, craſſior fuit.

2866. VER. 21. שֶׁקֶץ Abominatio, res abominabilis, deteſtabilis. *An abomination, an abominable thing.* A שָׁקַץ. Vid. num. 2886.

CAPUT VIII. VERSUS 11.

2867. וַיַּז ET aſpergere fecit, pro יַזֶּה, 3 ſing. m. fut. 5 ſp. A נָזָה نزى aſperſit. *To ſprinkle.* Vid. num. 2689.

CAPUT IX. VERSUS 24 (*r*).

2868. וַיָּרֹנּוּ ET laeti jubilârunt, pro יָרֹנּוּ, 3 pl. fut. 1 ſp. (הַרְנִינוּ vocem tollite, jubilate, 2 pl. imp. 5 ſp.) A רָנַן رنّ voce tremulâ et tinnulâ ſonitum edidit, ſonuit vociferando et ovando. *To cauſe a vibration in the air by ſound as a quiver, to ſound aloud, to ſhout, cry out as for joy and praiſe.*

CAPUT

(*r*) ותצא אש מלפני יהוה "Et ecce ignis egreſſus a Jehovah, "et conſumpſit ſuper altare holocauſtum et adipes, &c." Dignitas et religio altaris pependit ab igne ſacro, qui et ipſe erat conſecratus cultui

CAPUT X. VERSUS I.

2869. מַחְתּוֹת PL. a מַחְתָּה thuribulum, ab oris et extremitatibus ſuperne contortis et replicatis. *A cenſer.* 2. Vas, inſtrumentum favillis removendis aptum. Vid. num. 2567. A חָתָה ختي torſit, contorſit.

3279. VER. 16. וַיִּקָּר Et obviam factus eſt, per ſyncopen pro יִקָּרֵה propter Waw converſ. 3 ſing. m. אֶקָּרֶה obvius fiam, 1 ſing. m. fut. וְנִקְרֵיתִי 1 ſing. m. praet. 2 ſp. נִקְרָה obviam factus eſt, קָרְךָ occurrit tibi, 3 ſing. m. praet. 1 ſp. A קָרָה قري occurrit. *To meet.* Vid. num. 1350.

3280. VER. 19. וִיכַזֵּב Ut non omnino mentiatur, 3 ſing. m. fut. 3 ſp. A כָּזַב كذب mentitus eſt, fefellit. *To lie, to deceive.*

3281. VER. 21. אָוֶן Levitas, vanitas, nihilum. *Vanity.* Hinc idolum. 2. Dolor, moeror. Ab אָוַן اون cavus, levis fuit. Vid. num. 2007 (*o*).

3282.

(*o*) Verba in hocce commate plane videntur eſſe periphraſis idololatriae, quam hebraiſmus ſaepiſſime און vanitatem ſive falſitatem, et עמל laborem ſive moleſtiam, vocat; eo quod qui idolis ſerviunt, multos habent labores, multaſque moleſtias, ſed fruſtra; quodque idola miſere tandem fallant, decipiant, et in ſummas afflictiones cultores ſuos conjiciant. Chaldaeus paraphraſtis vertit און idolum, et ſic totum verſum tranſtulit, "Video non ſunt qui colant idola in domo "Jacobi, neque etiam ſervi moleſtiae aut vanitatis ſunt in Iſraele." Hunc ſenſum ſequitur vetus interpres, "Non eſt idolum in Jacobo." Philo reddit און idolum inutile, et aquila ανωφελης inutilis. Præterea vocem און ſignificare idololatriam patet ex 1 Sam. xv. 23. "Quia "ſicut

3282. VER. 22. תּוֹעֲפוֹת Pl. f. elationes (vulgò altitudines) ſpeciatim cornuum: Etiam elationes montium, *i. e.* cacumina ſupra loca inferiora ſeſe extollentia; metaphoricè robur, vires. *An high top, applied to the horns of an animal, and to high hills.* A יָעַף وعف, prop. rotavit, gyravit in orbem: Hinc laſſum fuit, idem notans ac δινεῖσθαι apud Graecos.

3283. רְאֵם, Arab. ريم, Rhinoceros. A רָאַם رأم, coaluit, et conglutinata fuit res (*p*).

3284. VER. 23. נַחַשׁ Prop. terebratio, ars illa quâ exterebrabatur quaſi ocultum fatum, divinatio, augurium; pl. נְחָשִׁים. *An inchantment.* A נָחַשׁ prop. terebravit. Vid. num. 1957.

" ſicut peccatum divinationis eſt rebellio אָוֶן et idolum." Sic Jeſ. lxvi. 3. " Qui adolet thus, benedicit אָוֶן idolo." Vid. etiam Hoſ. iv. 15. Zech. x. 2. Unde בֵּית אָוֶן domus ſive fanum vanitatis, Hoſ. iv. 15. et x. 5. Atque hunc ſenſum plane videtur confirmare, quod in ver. 22. dicitur, " Non eſt נַחַשׁ augurium in Jacobo, &c." Quae verba hanc interpretationem indicant, nempe quod huc uſque idololatria nondum locum publice apud Iſraelitas, uti inter caeteras gentes, habuerat. Huic ſenſui etiam favent verba ſequentia: " Jehovah Deus ejus cum eo eſt, et jubilatio regis in illo eſt," *i. e.* " Deus eſt dux et rex eorum." Melior igitur verſio eſſet, ſi Anglice redderetur: " He hath not beheld idolatry in Jacob; neither " hath he ſeen perverſeneſs in Iſrael, &c."

(*p*) Quidam reddunt ראם bubalus, ſive oryx, bos ſylveſtris. Doctiſſimus Schaw, in ſuo itinerario, putat ראם ſignificare Rhinocerotem: Et addit, " And indeed, in juſtification of this interpre-" tation, the Rhinoceros, from the very make and ſtructure of its " body, appears to be the ſtrongeſt of quadrupeds, the Elephant " not excepted: So that, in expreſſing the ſtrength of Iſrael, " Num. xxiii. 22. it is juſtly compared to the Reem or Rhinoceros, " or Unicorn, as it is commonly tranſlated. Reem then cannot be, " as Schultens has interpreted it, the Oryx or Bubalus. In Sir Hans " Sloan's and Dr Mead's collection, there are ſpecimens of two of " theſe horns being placed one above the other, at a ſpan's diſtance, " the one upon the ſnout, and the other nearer the forehead. Vid. " Schaw's Travels, p. 430. et 431."—A late writer obſerves, " We " are accuſtomed to look upon the having a ſingle horn upon the " extremity of the ſnout, to be the diſtinguiſhing mark of the Rhi-

" noceros;

CAPUT XXIV. VERSUS 3.

3285. שְׁתֻם IN ſtat. conſtr. pro שָׁתוּם occluſus, obturatus, part. paſſ. 1 ſp. *Shut*. A שָׁתַם Arab. ستم obturavit, occluſit; ejuſdem originis cum סָתַם. Vid. num. 1457 (*q*).

3286. VER. 4. יֶחֱזֶה Intuebitur, videbit, 3 ſing. m. תֶּחֱזֶה deſpicies, 2 ſing. m. fut. 1 ſp. A חָזָה حزي prop. ſecuit, penetravit, et quidem figendo: Hinc vidit, *q. d.* fixit acies oculorum ad aliquod. *To ſee, to perceive by viſion.*

3287. VER. 6. אֲהָלִים M. pl. (et אֲהָלוֹת pl. f.) agallochum præſtantiſſimum, xylaloe, arbor aromatica odoris

" noceros; but we have, of late years, ſeen a part of the ſkin of the " head of the Rhinoceros brought over as a curioſity, and two horns " inſtead of one growing upon it, the one placed behind the other. " There are travellers alſo, who mention their having ſeen the crea- " ture alive, with two horns on its noſe: And the old poets ſpeak " of the thing as known to them. One ſuch weapon is enough, in " the power of ſo ſtrong an animal, fifteen feet in height, tho' its " legs are very ſhort, covered with a coat of armour, impenetrable " almoſt to any weapon, and of a weight to cruſh the ſtouteſt animal, " the Elephant only excepted, in its fall." See Watſon's animal world diſplayed, p. 117. 8vo, Lond. 1755.

(*q*) Vox שתם plane ſignificat *occluſus* hic, ut in Thren. iii. 8. et Hieronymus vertit, cujus obturatus eſt oculus. Eſt plane ejuſdem originis cum סָתַם Arab. ستم occluſus, obturatus fuit. Vox etiam שתם plane alludit ad Balamum, quum non viderat angelum Domini eo tempore quo aſinus eum viderat: Cui etiam plane opponitur vox נֹפֵל, " cadens וגלוי et revelatum habens oculum, ver. 4." Oppoſitio enim plane intenditur inter Balamum, oculos habentem obturatos et diſcoopertos. Verſus igitur 3. et 4. ſic vertendus, " And " he took up his parable and ſaid, Balaam the ſon of Beor hath ſaid, " and the man, who had his eyes ſhut, hath ſaid; he hath ſaid, " which heard the words of God, which ſaw the viſion of the Al- " mighty falling, and his eyes were opened." In textu Hebraeo, nulla mentio eſt ecſtaſeos, ſive exceſſus mentis: Vox enim נֹפֵל plane alludit ad ea quae in via acciderant, et ad Balamum concidentem cum aſino ſuo, et tunc temporis oculos ſuos apertos habentem. Vid. cap. xxii. ver. 27.

doris perquam fragrantis ; ita dicitur a ſplendore ſive nobilitate ſua. *Lign-aloes, an Indian aromatic tree : According to* Ray, *it is like an olive-tree, ſometimes larger.* A הָלַל هلل ſplenduit, ſplendide celebravit (*r*).

3288. VER. 7. יִזַּל Fluet, 3 ſing. f. fut. נָזְלוּ 3 pl. praet. 1 ſp. A נָזַל نزل fluxit, defluxit. *To flow.*

3289. דָּלְיָו Ex aff. ו et דָּלְיַם dual. a דְּלִי idem quod דְּלִי ſitula, hauſtrum, ſecundum quoſdam. Alii vero volunt eſſe דֹּלִים haurientes, ſitulam agentes, pl. part.

(*r*) Vox אהלים, abſentibus punctis vocalibus, aeque legi poſſit Ohalim atque Ahalim, quorum hoc in ſacris literis rarius, illud plus quam trecenties reperitur. Et revera, ex hac voce, et multis aliis, plane habemus argumentum non tantum utilitatis, (quam doctiſſimus Capellus clariſſime agnovit) ſed etiam neceſſitatis punctorum vocalium, ſine quibus ſacer textus, ſecundum phantaſiam cujusvis audacis critici, torqueri poſſit. Fautores novitatis punctorum vocalium tot varias hypotheſes nobis exhibuere de verâ lectione linguae Hebraicae, quot ſunt nomina ; ita ut vere dici poſſit, *quot homines, tot ſententiae :* Quod plane videtur eſſe manifeſtum argumentum, ſuas hypotheſes de hac re aeque falſas, ac genio et analogiae caeterarum linguarum orientalium contrarias eſſe. Praeterea Arabes ſemper ſuum Coranum punctis vocalibus exſcribunt, et hancce rationem addunt, ne prophani et audaces homines textum corrumpant.—Sed ut ad rem redeamus, Chaldaeus interpres אהלים notare *aromata*, vel arborem aromaticam cum nonnullis Rabbinis, agnovit : Habet etiam Onkelos בסמיא aromata. Sed multi interpretes, pro Ahalim legunt Ohalim tentoria, ut Aben Ezra, Lutherus, cum pleriſque aliis. Verum cuivis paulo diligentius textum inſpicienti patet, de arbore quâdam magnâ et ſpecioſâ eſſe ſermonem ; nam dicuntur Iſraelitae, in eâdem ſententiâ, eſſe ſicut cedri juxta aquas. Si praeterea loca paralella, ubi haec vox occurrit, comparentur, plane de arbore, odoris fragrantiâ perquam nobili, agi patebit. De Meſſiae veſtibus aloen aromaticam ſpirantibus, David loquitur, " Myrrha et אהלות aloe, caſſia, veſtimenta tua," Pſ. xlv. 8. Ubi Chaldaeus אהלות optime אקסיל אלוין xylaloen transfert : Graeci et vulgatam στακτην et guttam. Agallochi vero in aromatibus, quae veſtimentis gratiam odoris conciliant, uſum fuiſſe patet : " Fiebat hoc, et fit hodiernum ſuffitu." Vid. Arvieux Itin. Paleſ. cap. xxi. et Tavernier. tom. iii. p. 468.—A ſuffitu igitur prima et praecipua agallochi commendatio extat : Hinc toto oriente, عود الهندي *lignum Indicum*, et عود البخور *lignum ſuffitûs*, ut quo totus oriens ad ſuffitiones utitur. Unde fit ut pluribus nominibus indigitatur. Vid. Gol. Lexic. Arab. p. 200. Hinc vocatur Kothor,

part. praeſ. 1 ſp. A דָּלָה دلا (ult. Je) prop. ultro citroque movit: Hinc ſitulam dimiſit, hauſit. 2. In propinquitatem ejus ſitulam dimiſit (*s*).

3290. VER. 8. יְגָרֵם Rodet, confringet, 3 ſing. fut. 3 ſp. A גָּרַם prop. reſecuit, revulſit: Hinc roſit, fregit. *To gnaw.*

3291. יִמְחַץ Et profundiſſima infliget vulnera, 3 ſing. m. fut. מְחַץ contunde, imp. 1 ſp. A מָחַץ, Arab. مخض, prop. hauſit aquam, huc et illuc jactatâ ſitulâ, exantlavit, hauſit: Hinc, 2. gladio in viſcera adacto cruorem hauſit; profundiſſima inflixit vulnera altiſſime adacta ad penetralia uſque penetrantia; et, ut Virgilius loquitur, "latus hauſit apertum." *To give a deep, a mortal wound, to pierce and ſtrike the vital parts, the ſprings of life* (*t*).

3292.

a قطر veſtem, aut quid aliud, ſuffivit aloes ligno: Hinc etiam الالوّة *lignum agallochi;* unde vulgo lignum aloes dicitur. Aloe vero a Dioſcoride aliiſque memorata, eſt planta longe diverſa, eademque tetri coloris, et amariſſimi ſucci: Aloe vero Indica eſt aromatica, et gratiſſimi odoris. Hinc manifeſtum eſt quid Solomon velit, ubi ita loquentem introducit foeminam impudicam, "Aſperſi cubile meum "myrrhâ, אהלים aloe, et cinnamomo, Prov. vii. 17." Hinc etiam patet ἀλοην Joannis, cap. xix. 39. ab אהלים veteris teſtamenti, non diverſam eſſe. Vid. Celſ. Hierobot. vol. I. p. 135. et ſeq.

(*s*) Sunt qui proprie haec accipiunt, et reddunt, *et abundabit aqua fontium, puteorum, fluminum:* Alii vero metaphorice intelligunt, et ſitulis verecunde deſcribi cenſent propagationem ſeminis ſecundum notas imagines: "Bibe aquas ex ciſterna tua, et fluenta ex puteo "tuo, Prov. v. 15. 16." Et ſic interpretantur, "fluent aquae ex "ſitulam agentibus vel ſitulatoribus ejus, *i. e.* foecunda colent con- "nubia atque affluentiſſima ſobole ditabuntur." Per ſitulatores hic depingit patres, quorum aquae repraeſentant ſemen et poſteritatem, quae etiam apud Arabes obtinet in voce נזל نزل. Vid. Cl. Schult. in Prov. xx. 5.

(*t*) Vox מָחַץ مخض notat vehementiſſimam percuſſionem, conjunctam cum fuſione ſanguinis, et foeda cruentatione. Apud orientales *haurire* transfertur ad caedes et lanienam. Gladius apud illos dicitur haurire ſanguinem, quum ſeſe altius et penitius immittit. *Profecto Deus,* ימחץ *repetitis vicibus cruentabit, et profundiſſime ſauciabit caput inimicorum ſuorum verticem comatum.* Pſ. lxviii. 22. Gladio in altis vulneribus commoto, ac converſo quaſi, prout aliquis ſitulam inter antlandum commovit.

3292. VER. 10. וַיִּסְפֹּק Et compleſit, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. A סָפַק صفق prop. notat ſubitum ictum cum ſoni repercuſſione: Hinc plauſit. *To clap the hands.*

3293. VER. 13. אוֹ Vel, aut. *Or, either.* Prop. alius flexus, et ab uno ad aliud inclinatio. A אָוָה اوي flexit.

3294. VER. 16. גְּלוּי Revelatus, apertus. *Opened.* Part. paſſ. 1 ſp. נִגְלוֹת revelata, pl. f. a נִגְלָה revelatus, part. תִּגָּלֶה retegetur, 3 ſing. f. fut. 2 ſp. נִגְלָה revelatus fuit, גְּלוֹת retegere, inf. תְּגַלֶּה 2 ſing. m. fut. 3 ſp. גִּלָּה diligenter retexit. A גָּלָה, Arab. جلي, retexit. Vid. num. 756.

3295. VER. 17. דָּרַךְ Arab. درك prop. plicando volvit, volvit pedes glomerando: Hinc proceſſit, inceſſit. *To proceed, to come forth.*

3296. וְקַרְקַר Et certo aedificabit, 3 ſing. m. praet. מְקַרְקַר diligenter aedificans, part. 3 ſp. A קָרַר Arab. قرّ ſtruxit, aedificavit, fundavit. *To build* (*u*).

3297. VER. 18. יְרֵשָׁה Poſſeſſio, haereditas. *An inheritance.* A יָרַשׁ. Vid. num. 989.

3298. VER. 21. אֵיתָן מוֹשָׁבֶךָ Perennis tibi manſio. A יָתַן. Vid. num. 2071. (*v*)

3299.

(*u*) Vulgo vox קרקר redditur, evertit, murum deſtruxit; a radice קוּר *fodit.* Sed vox קרר قرّ apud Arabes notat ſtruere, aedificare, ſundare: Sic enim apud eos uſurpatur, ut بنيان مقرّ aedificium firmiter fundatum et conſtructum; مقرّ قواعدها qui fundamenta ejus poſuit, apud Abulpharagium. Haecce ſignificatio duobus locis ab קרקר occurrit, apprime convenit. Hic ſenſus, et ſeries orationis, requirere videtur ut vertatur, *et fundabit*, vel *aedificabit filios Sethi*, i. e. eccleſiam ſúam, oppoſite ad conquaſſationem et confractionem מחץ Moabitarum, ſeu hoſtium eccleſiae. Syrus, Onkelos, cum Arabe, per *dominari* exponunt, quia de ſceptro loquebatur Balaamus. Apud Iſaiam, cap. xxii. 5. occurrit etiam מקרקר, ubi ibi plane idem ſenſus: " Dies eſt perplexitatis et confuſionis. Eſt " qui מקרקר reparat murum. Eſt qui clamat, montes petite." Senſus plane eſt, in tantâ perturbatione alios ad fugam ſe parare, alios ad defenſionem, exclamando, murum eſſe reſarciendum. Hoc plane convenit cum ver. 10. ubi domos dejeciſſe dicuntur, לבצר החומה ad murum muniendum.

(*v*) Phraſis איתן מושבך *perennis tibi manſio eſt*, idem notat ac גוי איתן, Jer. v. 15. " Gens perennis, armis, viris, viribus opulentiſſima."

3299. Ver. 24. צִיִּים Et צִיִּים pl. a צִי navis, celerioris curſus medium, per aphaereſin τῦ Nun. *A ſhip.* A נָצָה volavit, celeriter ivit. Similiter tam Latini quam Graeci volatum et alas navibus, et contra vela ac remigia avibus tribuunt. Vid. Sim. Arcan. form. nom. ling. Heb. p. 123. Alii vero derivant צִי navis, a צָיָה, Arab. صوي, prop. tortus, intortus, compactus fuit: Hinc exaruit (*w*).

CAPUT XXV. Versus 3.

3300. וַיִּצָּמֶד ET adjunctus fuit, 3 ſing. m. fut. הַנִּצְמָדִים qui copulati, pl. m. part. 2 ſp. נִצְמַד copulavit ſe, vel copulatus fuit. A צָמַד ضمد prop. ligavit. *To join unto.*

3301. Ver. 4. וְהוֹקַע Et ſuſpende, imp. 4 ſp. הוֹקַע ſuſpendit, quo ſupplicio cervix ejuſque vertebrae luxantur et divelluntur. (מוּקָעִים ſuſpenſi, part. pl. 6 ſp.) A יָקַע, Arab. وقع, prop. luxatus, divulſus fuit cum fragore, ſuſpendit. *To hang.* Vid. num. 1712.

3302. Ver. 7. רֹמַח Arab. رمح haſta, lancea. *A ſpear, a javelin.* A רָמַח رمح confodit haſtâ.

3303.

« tiſſima." Haecce ſignificatio confirmatur ab hiſce quae ſequuntur, nempe gens illa ab aeterno. Hic Balaamus, veteres et illibatas opes illas, illaſque ſedes a belli cladibus intactas, illaque arcium et fortunarum perennia, ſubitum belli impetum everſa daturum eſſe, praedicit. De complemento hujus prophetiae videatur Doct. Newton, *Diſſertations on propheſy*, vol. I. p. 114. &c.

(*w*) Vaticinia Balaami ſtylo parabolico enuntiantur, compoſitio eorum lectiſſima, ſententiae et numeroſae et paralellae, dictionum ſenſuumque ſublimitas nobilis, carmine longe elegantiſſimo edita ſunt: Singulam ſuam quandam figuram habent, et juſtam partium deſcriptionem: Eleganti inchoantur exordio, aptâ rerum continuatione ac ſerie decurrunt; et perfectâ demum concluſione abſolvuntur. Obſervavit doctiſſ. Louth. poeſin Hebraicam nihil habere limatius aut exquiſitius. Abundant hae vaticinationes laetiſſimis ac ſplendidiſſimis imaginibus a naturâ petitis: Ipſo etiam colore ac flore quodam dictiones, et figurarum varietate praecipue elucent. Vid. Doct. Louth. de Sacra Poeſi Hebr. paſſim.

3303. VER. 8. הַקֻּבָּה Arab. قبة fornix, tectum cameratum, tabernaculum etiam quo lectus circumdatur: Hinc Hiſpanis, cum articulo ال *al*, alcoba. *An alcove.* A قبب קָבַב fornice texit.

3304. וַיִּדְקֹר Et transfixit, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. A דָּקַר transfixit, perfodit. *To thruſt through.* Apud Arabes دقر prop. notat tendere uſque dum diffundatur: Hinc diffuſus, diruptus fuit.

3305. וַתֵּעָצַר Et cohibita fuit, 3 ſing. f. fut. נֶעֶצְרָה 3 ſing. f. praet. 2 ſp. עָצוּר cohibitus, part. paſſ. עָצוֹר concludendo, inf. 1 ſp. A עָצַר عصر cohibuit. *To reſtrain, to ſhut up.* Vid. num. 1036.

3306. VER. 18. בְּנִכְלֵיהֶם Cum machinationibus eorum, ex praef. בְּ *in*, et aff. הֶם, et נִכְלֵי, pro נִכְלִים pl. a נֵכֶל machinatio callida. *A deceitful contrivance, a ſtratagem.* A נָכַל machinatus eſt.

CAPUT XXVI. VERSUS 9.

3307. הִצּוּ Contenderunt, 3 pl. praet. הַצּוֹתָם rixari eos, inf. cum aff. ם, 5 ſp. הִצָּה rixari, contendere fecit, יִנָּצוּ 3 pl. m. fut. 2 ſp. A נָצָה نصا contendit. *To ſtrive.* Vid. num. 2134.

CAPUT XXVII. VERSUS 20.

3308. הוֹד Majeſtas, decor. *Honour, majeſty.* 2. Splendor, vigor, ſecundum clar. Schultenſium. A הוד gravitate et pondere incurvatus fuit; ejuſdem originis cum اود אוד curvavit.

N. B. *Nulla nova vocabula in Cap.* XXVIII. *et* XXIX. *occurrunt.*

CAPUT XXX. VERSUS 3.

3309. אִסָּר Et אֱסָר, (pl. אֱסָרִים) Vinculum, obligatio firma, votum. *A bond.* Ab אָסַר conſtrinxit, vinxit. Vid. num. 1831.

3310.

3310. Ver. 4. בִּנְעֻרֶיהָ Ex praef. בּ *in*, et aff. הָ, et נְעֻרֵי in ſtat. conſtr. pro נְעוּרִים pueritia, ſtatus tenellae aetatis, pl. a נֹעַר tenella aetas. A נָעַר. Vid. num. 725.

3311. Ver. 6. הֵנִיא Irritam eam fecerit in votis ſuis, *i. e.* ea rite et mature facta negaverit, ac praeterea reſciderit, praet. יָנִיא irritum faciet, reſcindet, 3 ſing. m. יְנִיאוּ irritum facient, 3 pl. m. fut. 5 ſp. הֵנִיא prop. crudum fecit, immaturum reddidit, declaravit: Hinc irritum, immaturum declaravit. *To judge or declare a thing not maturely digeſted and conſidered: Hence to make void, to diſallow.* A נוא vel נָיָא نىء crudus fuit.

3312. Ver. 7. מִבְטָא Temeraria pronuntiatio, votum temerarium. *A raſh vow.* A בָּטָא بطا prop. fidit, effidit: Hinc temere quid effutivit.

3313. Ver. 13. מוֹצָא M. מוֹצָאָה f. exitus, id quod exit, egreſſio. *A going forth.* A יָצָא emicuit, exivit.

CAPUT XXXI. Versus 5.

3314. וַיִּמָּסְרוּ Et traditi ſunt, (uti vulgo redditur) 3 pl. m. fut. 2 ſp. מָסֹר tradere, inf. 1 ſp. A מָסַר tradidit (*x*).

3315.

(*x*) Clariſſ. Schultenſius aliter hunc locum interpretatur, et vertit וימסרו et turgidi facti ſunt, vel animo ad proelia prompto turſerunt. "And they were fired with military ardour and courage." Contendens מסר convenire cum Arabico مسر, quod proprie ſignificat *turſit*, idem cum *οργᾶν* apud Graecos. Metaphora ab arbore plantâve, cujus jam gemmae turgent, uti Virgilius loquitur, Eclog. vii.

"——— jam laeto turgent in palmite gemmae."

2. Notat, hancce vocem militarem alacritatem, animumque ad praelium promptum, ac quaſi turgentem, ſignificare: Sic Arabes dicunt, turſit pro gente ſua in praelia, promptum et alacrem ad Martis aleam ſubeundam ſe exhibuit. Praeterea obſervat, 3. vocem מסר notare turgeſcere vehementius in venerem, et libidinoſam defectionem et violationem foederis cum Deo; et Moſen, dedita opera, illud מסר bellum turgeſcere, hic intuliſſe, in ultionem venerei illius turgeſcere, quod mox erat poſiturus ver. 16. "En ipſae fuerunt filiis Iſraelis, "conſilio

3315. חֲלוּצֵי Pl. in ſtat. conſtr. pro חלוצים, a חָלוּץ expeditus ad militiam. *Armed.* Reddi etiam poteſt *lectiſſima pars militum. A choice band.* Eſt metaphora aſſumpta ab arte chemicâ, ubi extractum pro lectiſſimâ parte uſurpatur. A חָלַץ extraxit. Vid. n. 2978.

3316. VER. 11. הַמַּלְקוֹחַ Captura, ſive capta bello. (Diſtinguitur a בַּז direptio.) *Capture, ſomewhat taken.* A לָקַח cepit.

3317. VER. 15. הַחִיִּיתֶם Num vivas conſervâſtis foeminas, 2 pl. praet. 3 ſp. חִיָּה vivum conſervavit. *To preſerve alive.* Ab חָיָה vixit. Vid. num. 2115.

3318. VER. 22. הַבְּדִיל Stannum. *Tin.* A בָּדַל ſeparavit.

3319. VER. 27. מֶכֶס مكس Vectigal, tributum, cenſus, aliudve pretium alicui alligatum. A מָכַס مكس prop. alligavit vinculo.

3320. VER. 30. אָחֻז Et אָחוּז apprehenſus, aſſignatus, part. paſſ. אֲחֻזַּת f. ab אֹחֵז tenens, part. אֱחוֹז prehende, imp. תֹּאחֵז apprehendet, 3 ſing. f. fut. 1 ſp. A אָחַז اخذ prehendit. Vid. num. 1736.

3321. VER. 50. אֶצְעָדָה Armilla. Quidam putant notare proprie armillam cruris, quam ab *incidendo* ita dictam eſſe volunt. A צָעַד ſuperbe et compoſite inceſſit.

3322. עָגִיל Inauris, prop. globulorum aliquod genus, quos appendere veteres auribus ſolebant. *An ear-ring.* A עָגַל عجل volvit.

CAPUT XXXII. VERSUS 7.

3323. תְנוּאוּן PRop. crudum facitis cor, vel inconſtans, quatenus cruda conſilia appellantur male firma, quae immatura dilabuntur, 3 pl. m. fut. 1 ſp. at Keri habet תְנִיאוּן. A נוּא crudus fuit. Vid. num. 3311.

" conſilio Balaami, ut turgeſcerent turpitudinem ſceleſtam in Jeho-
" vam in re Peoris. *Behold theſe cauſed the children of Iſrael to com-
" mit lewdneſs in that treſpaſs againſt the Lord in the matter of Peor.*"
Vid. Num. xxiii. 21. et xxv. 1.

3324. VER. 13. וַיְנִעֵם Et vagari fecit eos; vel, et concuſſos eos fecit, velut arborem a vento agitatam, ex aff. ם, et ו converſ. pro יְנִיעַ 3 ſing. m. fut. 5 ſp. A נוע nutavit, movit ſe. Vid. num. 2437.

3325. VER. 14. תַּרְבּוּת Prop. ſpiſſa multitudo, ſoboles. *A numerous offspring.* A רָבָה creſcendo auctus fuit.

3326. סְפוֹת Addere, prop. corradere, inf. 1 ſp. (אֶסְפָּה addam, 1 ſing. m. fut. 5 ſp.) A סָפָה سفى prop. corraſit, addit. *To heap up, to add.* Alio flexu eraſit, verrendo conſumpſit. Vid. num. 1140.

3327. VER. 17. חָשִׁים Pl. m. celeres, acres et perſtrenui, pl. m. *Swift.* A חוש حاس feſtinavit.

3328. VER. 24. צֹנַאֲכֶם Grex veſter, ex aff. כֶם et צֹנָא grex prolifer, ovis. *Sheep.* A צָנָא ضنا prop. foecundus fuit (*y*).

3329. VER. 30. נֵאֹחֲזוּ Pl. m. praet. הֵאָחֵז inf. 2 ſp. נוֹחַז poſſeſſor factus eſt. Ab אָחַז. Vid. num. 1736.

CAPUT XXXIII. VERSUS 55.

3330. שִׂכִּים SPinae denſiores, pl. a שֵׂךְ ſpina. *A thorn, figuratively, a prick.* A שָׂכַךְ شكك prop. texuit:

(*y*) Quoniam ſaepius vox צֹאן uſurpatur pro *ove*, doctiſſ. Houbigant. hic etiam textum ſub menda cubare inſinuat; nam in margine hic legi צאנכֶם pro צֹנַאֲכֶם ſine auctoritate cujusvis manuſcripti. Si vir doctus verſatus eſſet in linguâ Arabicâ, inveniſſet apud Arabes tum צאן ضان et צנא ضنا eſſe ejuſdem originis, et utrumque vocabulum ſignificare foecundum eſſe, vel foecunditate abundare. Sed praeterea, extat etiam apud Arabes צָנָה ضنى prole abundavit, et in Pſal. viii. 5. extat צֹנֶה ovis. Doctiſſimo Houbigant. placuit etiam textum hic emendare contra fidem cujuſdam manuſcripti a ſeipſo citati; nam in notis ad huncce pſalmum haec habet: *Unus codex* צונה: et addit, *legimus* et *legendum* צֹאן: Sed, pace tanti viri, haec temere prolata videntur; nam voces צֹאן, צֹנָא, et צֹנֶה, prop. ſunt participia 1 ſp. et ſignificant *foecundans*, vel *foecunditate abundans*, quae optime ovibus convenit, quae ſunt maxime proliferae et foecundae. Praeterea, varia ſunt verba apud Hebraeos et Arabes, quae habent mediam radicalem Aleph, et tertiam Aleph et Waw, quae ſunt ejuſdem originis.

texuit: Hinc texit quaſi ſepimento. Vulgo derivatur a שׁוֹך شاك, ejuſdem originis cum שָׂכַך.

3331. צְנִינִים Pl. a צָנִין ſpina, aculeo bene cuſtodita. *A thorn.* A צָנַן protexit, recondidit.

3332. VER. 56. דִּמִּיתִי Informavi mente, vulgo cogitavi, quod languet, 1 ſing. דִּמּוּ 3 pl. m. praet. 3 ſp. דָּמָה prop. expreſſiores formas cogitatione pinxit; uti Latini dicunt, diligenter informavit mente, ſibique conformando repraeſentavit, imaginatus eſt. *To imagine and conceive in the mind.* A דָּמָה دمي prop. aequavit per vividiorem tincturam et colorem: Hinc aſſimulavit. Vid. Iſa. x. 7. xiv. 23. Pſ. xlviii. 10.

CAPUT XXXIV. VERSUS 4.

3333. תוֹצְאוֹת PL. a תוֹצָאָה exitus ſive progreſſio continua. *The going forth.* A יָצָא exivit.

3334. VER. 7. תְּתָאוּ Deſignabitis diligenter, 2 pl. m. fut. 3 ſp. A תָּאָה definivit, determinavit. *To diſtinguiſh or point out the limits of a country by marks or boundaries.* Apud Arabes تاى praeceſſit, prop. inflexit.

3335. VER. 10. הִתְאַוִּיתֶם 2 Pl. m. praet. 7 ſp. Ab אָוָה اوى flexit, inclinavit verſus aliquod. Hic plane extat in primariâ ſuâ ſignificatione vergendi et inclinandi. *To lye towards.* Vid. num. 3181. Quidam vero volunt eſſe formam conflatam ex אָוָה et תָּוָה; ſed hoc videtur eſſe contra analogiam linguae.

3336. VER. 11. וּמָחָה Prop. et tergebit, tractu tendetur, praet. 1 ſp. cum Waw converſ. A מָחָה محى prop. terſit: Hinc attigit. *To border upon.* Vid. n.º 668.

CAPUT XXXV. VERSUS 2.

3337. מִגְרָשׁ M. Pl. מִגְרָשִׁים ſuburbium, ager ſuburbanus; prop. locus extra urbem quo pecudes ad paſcendum expelluntur. *A ſuburb.* A גָּרַשׁ expulit.

3338. Ver. 6. מִקְלָט Aſylum, refugium. *A refuge.* A קָלַט Chald. recepit, collegit; Arab. لقط contraxit.

3339. הָרֹצֵחַ Occidens, homicida. *A man-ſlayer.* Part. 1 ſp. A רָצַח occidit.

3340. Ver. 19. בְּפִגְעוֹ In occurrendo ei, ex praef. ב, et aff. ו, et פְּגֹעַ inf. יִפְגְּעוּ occurrent, 3 pl. m. fut. 1 ſp. A פָּגַע فجع prop. offendit in aliquod, obviam factus eſt. *To meet.* Vid. num. 1426.

3341. Ver. 20. שִׂנְאָה Odium. *Hatred.* A שָׂנֵא odit.

3342. יֶהְדָּפֶנּוּ Propulerit eum, 3 ſing. m. fut. cum aff. נו, הֲדֹף inf. 1 ſp. A הָדַף هدف prop. offendit cum flictu, flixit: Hinc propulit, profligavit. *To puſh with violence, to thruſt out.*

3343. צְדִיָּה Prop. mala rubigo: Hinc malignitas, aerugo malae intentionis. *Malignity, ill-will, malice.* A צָדָה صدى rubigine imbutus fuit. 2. Malignus fuit. Vid. num. 2451 (z).

3344. Ver. 33. תַחֲנִיפוּ Pollutum reddetis, 2 pl. m. יַחֲנִיף profanabit, 3 ſing. m. fut. 5 ſp. הֶחֱנִיף impurum fecit. A חָנַף (Arab. حنف prop. publico vitio infamari notat) impurus fuit. *To defile, to profane.*

(z) Hic בלא צדיה melius verti debeat, ſine ullâ malignitate ſive malitiâ. *Without any malice.* Huncce ſenſum habere etiam plane videtur, 1 Sam. xxiv. 12. " Tu autem צדה aerugine imbutus es erga " animam meam." Notiſſimum eſt illud Horatii;

" Hic nigrae ſuccus loliginis, haec eſt aerugo mera."

CAPUT XXXVI. *Nulla nova vocabula occurrunt.*

*** In fine Libri Numerorum adjicitur haec clauſula: Numerus verſuum libri Numerorum ſunt 1288: ſymbolum eſt אריפח, (nam illae literae eundem numerum exprimunt); et medius ejus verſus eſt, " Eritque vir ille quem eligero, virga ejus florebit," cap. xvii. ver. 20. Sectiones majores ſunt 10, quorum ſymbolum, " Jehovah ſolus ducet eum," Deut. xxxii. 12. Sectiones maſorethicae ſunt 32; et ſymbolum eſt, " Cor purum creâ mihi, O Deus," Pſ. li. 12. Capita ſunt 36; et ſymbolum eſt, " Utinam ſaperent, " intelligerent hoc," Deut. xxxi. 29. Numerus ſectionum apertarum ſunt 92, et clauſarum 66; ſimul 158 ſectiones; quarum ſymbolum eſt, " Ego ſum portio tua, et haereditas tua," Num. xviii. 20.

DEUTERONOMII

CAPUT I. VERSUS 5.

3345. בַּאֵר Diligenter declarare, inf. 2 ſp. A בָּאַר (Arab. بار et بور) prop. fidit, findendo incidit: Hinc in 2 ſp. in lucem protulit, elucidavit, declaravit. Proprie notat explanationem publicam inciſis veluti characteribus in tabulâ factam, vid. Hab. ii. 3. *To declare, to make evident* (*a*).

3346. VER. 12. טָרְחֲ Prop. diſtentio praegravans, defatigatio. *Wearineſs, fatigue.* A טָרַח طرح prop. diſtendit: Hinc diſpulit, diſſipavit.

3347. VER. 21. תֵּחָת Conſternaberis, 2 ſing. m. תֵּחָתּוּ 2 pl. m. fut. 2 ſp. נִחַת territus eſt. A חָתַת حتّ prop. contrivit in pulverem. 2. Conſternatus fuit, *q. d.* fractus metu. *To be broken in pieces, to be diſmayed, faint-hearted.*

3348. VER. 22. וְיַחְפְּרוּ Et explorabunt, 3 pl. m. יַחְפֹּר 3 ſing. m. fut. חֲפֹר explorare, inf. 1 ſp. A חָפַר حفر fodit pungendo, Job xxxix. 21. *To dig.* Hinc, 2. exploravit a fodiendo ſive eruendo. *To ſearch, to explore.* 3. Ad compunctionem mentis et vultûs tranſfertur, *confuſus fuit* tum interne tum externe notis veluti altius impreſſis.

3349. VER. 27. וַתֵּרָגְנוּ Et inter vos murmurâſtis, 2 pl. m. יֵרָגְנוּ 3 pl. m. fut. 2 ſp. A רָגַן رجن prop. rancidus fuit: Hinc transfertur ad animum ſubulceratum, qui ranceſcit, alioſque ſuo contagio rancido afflat, animo

(*a*) אלה הדברים Habet ultimas conciones Moſis, repetitionem et inculcationem legis, non tam quoad ceremonias, quam fidem et charitatem; eximium vaticinium de Chriſto; ſingulares quaſdam conſtitutiones et prophetias; imprimis canticum, quo et remotiſſima populi fata praenuntiantur; tandem benedictionem et mortem Moſis.

animo malevolo muſſitavit, murmuravit. *To be rancid, rank, or ruſty : Hence to be rankled or exulcerated with envy, diſcontent.*

3350. Ver. 28. המסו Liquefecerunt, 3 pl. 5 ſp. המס liquefecit. A מָסַס, Arab. مسس, tabuit, liquefactus fuit. *To melt.* Vid. num. 2388.

3351. Ver. 29. תערצון Et תַעַרְצוּ paveatis, 2 pl. m. תערץ 2 ſing. m. fut. 1 ſp. A עָרַץ عرص prop. tremulus fuit, palpitavit. 2. Vehementius expavefactus, conſternatus fuit. *To be affrighted ; alſo, to terrify, to ſtrike terror into.*

3352. Ver. 33. לַרְאֹתְכֶם Ad videre faciendum vos, inf. 5 ſp. pro לְהַרְאוֹת cum affixo ; He enim eſt abjectum, et Patach ſub Lamed eſt ſignum He ejecti. A רָאָה رأى vidit. *To ſee.*

3353. Ver. 37. הִתְאַנַּף Prop. fervido naſo praeditum ſemet exhibuit, 3 ſing. m. praet. יִתְאַנֵּף 3 ſing. m. fut. 7 ſp. Ab אָנַף انف in naſo affectus fuit : Hinc 2. In iram excitatus fuit, cujus ſigna per naſum perrumpunt, ad vehementiorem quandam irae motionem ſignandam : Unde toties חָרָה אַף exarſit naſus ejus. *To blow hard in the noſtrils, to be very angry.*

3354. Ver. 41. וַתָּהִינוּ Et voſmet leves et temerarios geſſiſtis, 2 pl. m. fut. 5 ſp. cum ו converſ. A הון, Arab. هان, (med. Waw) prop. notat temeritatem inconſideratam et diſſolutam : Hinc levis, temerarius fuit. *To be raſh, to act inconſiderately.*

3355. Ver. 43. וַתָּזִידוּ Et תָּזִידוּ et tumidos vos feciſtis, 2 pl. m. fut. 5 ſp. הֵזִיד intumeſcere, ſuperbire fecit. A זוד زاد (med. Waw) prop. tumuit : Hinc intumuit faſtu. *To ſwell with pride.* Vid. n. 2408 (*b*).

3356.

(*b*) Vox זיד زاد proprie ſignificat tumeſcere, atque uſurpatur de olla bulliente, Gen. xxv. 29. necnon de aquis fluvii altius intumeſcentibus, Pſ. cxxiv. 5. " Tranſiverunt ſuper nos aquae הזידונים " tumentes." Idem eſt زبد apud Arabes زيادة النيل intumeſcere Nilum. Vid. Abulpharag. Hiſt. Dynoſt. p. 64. Ab hâc primariâ ſignificatione

3356. VER. 44. הַדְּבֹרִים Pl. a דְּבוֹר vel דְּבוֹרָה, Arab. دبر, apes, vel examen apium. Proprie notat aptiſſimam nexam ſeriem, quae plane apparet in totâ hujus animalis oeconomiâ, ſive alveos melle ſtipat, ſive per examina volat. *A bee, or an hive of bees.* A דָּבַר دبر nexâ ſerie ſtruxit. Vid. num. 1738.

3357. וַיַּכְּתוּ Et וַיַּכְּתוּם et tundere fecerunt eos terram, 3 pl. 5 ſp. אַכּוֹת pro אֶנְכּוֹת 1 ſing. fut. 1 ſp. A נָכַת نكت prop. punxit, pungendo tutudit. *To beat or daſh againſt the ground.* Unde ſignatâ phraſi tundere terram dicitur, qui transfoſſus terram mordere cogitat, et in caput deturbatur. Pulcherrimè ergo dicitur, et percuſſerunt eos, et וַיַּכְּתוּם et tundere fecerunt eos, fecerunt eos terram capitibus, Num. xiv. 15. Alii volunt eſſe a כָּתַת contrivit.

CAPUT II. VERSUS 1.

3358. וַנֵּפֶן ET vertimus nos, 1 pl. וָאֵפֶן et verti me, 1 ſing. m. pro אֶפְנֶה cum ו converſ. וַיִּפֶן et reſpexit, 3 ſing. fut. פֹּנֶה part. praeſ. פְּנוּ vertite, 2 pl. imp. 1 ſp. A פָּנָה obvertit faciem, aſpexit. *To turn to any thing, to look at.* Vid. num. 1391.

3359. VER. 5. תִּתְגָּרוּ Voſmet praelia miſcentes exhibetis, 2 pl. m. תִּתְגָּר 2 ſing. m. fut. הִתְגָּר imp. 7 ſp. A גָּרָה, Arab. جرو et غرى, prop. agglutinavit, appegit: Hinc ad lites et praelia transfertur. 2. Rixas, inimicitias excitavit, praelia miſcuit. (Eſt ejuſdem originis cum גָּרַר et גָּרַע.) *To throw things into confuſion, to ſtir up ſtrife or war.*

3360. מִדְרַךְ Prop. calcatio, pedis veſtigium. *A footſtep.* A דָּרַךְ calcavit.

3361.

ſignificatione זיד transferri ſolet, non tantum ad faſtum et ſuperbiam, ſed et audaciam inſolentem, et contumaciam indomitam. Vid. Deut. xvii. 12. 13. et xviii. 20. Verbum הזיד convenit cum verbo העפיל tam in propriâ quam in tranſlatâ ſignificatione, ut hactenus obſervavimus. Vid. num. 3355.

3361. Ver. 15. לְהֻמָּם Ut eos tabefaceret, ex praef. ל et aff. ם, et הם inf. 1 ſp. A הָמַם liquefecit. Vid. num. 2315. Alii volunt eſſe a הום هام commovit.

3362. Ver. 24. סְעוּ Per aphaereſin, pro נְסְעוּ proficiſcimini, 2 pl. m. imp. נֹסֵעַ proficiſcens; pl. נֹסְעִים part. praeſ. נִסַּע 1 pl. m. fut. 1 ſp. (וַיַּסַּע et proficiſci fecit, duxit, 3 ſing. m. fut. 5 ſp.) A נָסַע نزع profectus eſt. *To march, to decamp.* Vid. num. 861.

3363. Ver. 25. וְחָלוּ Et dolebunt, torquentur, 3 pl. m. praet. 1 ſp. cum ו converſ. A חול vel חִיל حال prop. torſit: Hinc doluit ex tormine partûs, parturivit. 2. Doluit morâ parturientium. *To be in pain, as a woman in travel.* 3. Expectavit, praeſtolatus eſt, *q. d.* torſit ſe in omnes formas: Hinc חִיל dolor torquens. *Pain, diſtreſs.*

3364. Ver. 30. אִמֵּץ Valde obfirmavit, contentis viribus aliquod egit, firmum fecit, 3 ſing. m. אִמַּצְתָּ 2 ſing. m. praet. אַמֵּץ obfirmato, 2 ſing. m. imp. תְּאַמֵּץ 2 ſing. m. fut. 3 ſp. אֱמַץ fortis eſto, 2 ſing. m. אִמְצוּ 2 pl. m. imp. 1 ſp. A אָמַץ prop. tremulo motu vibravit: Hinc, a nervo vibrante, fortis, robuſtus fuit. *To act with ſpirit and courage, to be reſolute.*

CAPUT III. Versus 5.

3365. הַפְּרִזִּי PRop. locus ab urbe ſeparatus, in pago habitans, paganus. *An open village or town, conſiſting of houſes diſperſed here and there.* A פָּרַז فرز ſeparavit, ſecrevit ab aliis.

3366. Ver. 10. הַמִּישֹׁר Locus rectus et planus, planities. *Plain, ſmooth ground; a plain.* A יָשַׁר rectus, aequus fuit.

3367. Ver. 11. עֶרֶשׂ عرس Lectus tecto inſtructus, ſponda. *A bed-ſtead, a bed.* A עָרַשׂ عرس tecto inſtruxit.

3368. Ver. 26. וַיִּתְעַבֵּר Et ſemet efferveſcentem exhibuit, 3 ſing. m. fut. 7 ſp. הִתְעַבֵּר ſemet ferveſcentem exhibuit.

exhibuit. A עָבַר عبر prop. tumuit, ſerbuit: Unde ad iram transfertur. 2. Tranſivit.

CAPUT IV. VERSUS I.

3369. מְלַמֵּר CUM ſtudio, ſollicitudine, et curâ edocens, et in pl. in ſtat. conſtr. מְלַמְּדֵי, Pſ. cxix. 99. part. לַמֵּר diligenter edocere, inf. יְלַמְּדוּ et יְלַמְּדוּן diligenter edocebunt, 3 pl. m. fut. 3 ſp. לִמֵּר diligenter edocuit, inſtituit, vel diſcere fecit; יִלְמַד diſcet, 3 ſing. m. יִלְמְדוּ et יִלְמְדוּן 3 pl. m. fut. 1 ſp. A לָמַר لمد prop. pupugit, acuit: Hinc, 2. Acuit aciem mentis, didicit. *To ſharpen, to ſharpen the powers of the mind, to inſtruct, to teach* (*c*).

3370. VER. 15. וְנִשְׁמַרְתֶּם Et cavebitis, 2 pl. m. נִשְׁמַרְתָּ 2 ſing. praet. 2 ſp. נִשְׁמַר cuſtoditus eſt vel ab alio, vel a ſeſe. Vis reciproca etiam a Latinis ſuis paſſivis ſaepe addita, ut *cuſtodiri* apud Ciceron. pro ſeſe cuſtodire. A שָׁמַר cuſtodivit. Vid. n. 222 (*d*).

(*c*) Ex hoc, et variis exemplis, vidimus differentiam vocis למר didicit. *To learn.* In primâ ſpecie, ſive Kal vel Pahhal, ut vulgo dicitur; et לַמֵּר in tertiâ ſpecie, ſive Pihhel, quod prop. ſignificat *acuit aciem mentis*, cum curâ et ſtudio alterum edocuit, vel diſcere fecit. *To ſharpen the powers of the mind; to inſtruct and teach with care and diligence.* Hinc plane patet error eorum, qui ex Grammaticâ Hebraeâ hanc tertiam ſpeciem eliminare voluere. Optime obſervavit doctiſſ. promus condus doctrinae orientalis, Bochartus, voces שָׁנַן et לָמַר tam acuere quam docere, ſignificare, et eleganti metaphorâ Phoenices acuendi verba tranſtuliſſe ad diſciplinas, quia obtuſum ingenium diſcendo fit acutius. Vid. Bochart. Geogr. col. 368. Praeterea, ex primariâ ſignificatione, רע לָמַר لمد pupugit, acuit, apparet vocem מַלְמַר *ſtimulus*, ſive inſtrumentum quo boves ad arandum punguntur ſive acuuntur, *A goad for oxen, an inſtrument by which they are taught or excited to do their work*, claram connectionem cum primariâ vocis למר ſignificatione, habere.

(*d*) Leges Moſis ſunt antiquiſſimae, non vero ex proprio nutu et arbitrio latae, ſed a Deo acceptae. Vid. not. (*i*) ad Num. xvi. 28. Moſes etiam ſuâ lege declaravit, rempublicam fuiſſe θεοκρατιαν: Religionem

3371. Ver. 17. תָּעוּף Volabit, 3 ſing. f. fut. 1 ſp. A עוּף عاف volavit. *To fly.* Vid. num. 98.

3372. Ver. 19. וְנִדַּחְתָּ Ita ut impulſus ſis, 2 ſing. m. נִדְּחָה 3 ſing. f. נִדְּחוּ diſpulſi ſunt, 3 pl. m. praet. נִדָּחִים pl. m. a נִדָּח expulſus, part. 2 ſp. וַיַּדִּיחוּ et expellere fecerunt, 3 pl. m. fut. הַדִּיחַ expellere, inf. 5 ſp. הִדִּיחַ expellere fecit, נְדֹחַ impellere, vibrare, inf. 1 ſp. A נָדַח ندح prop. notat ictum qui repercutiat ſonum : Hinc impulit, expulit ; etiam diſpulit aliquem a grege ſuo per pavorem, profligavit. *To impel, thruſt ; to baniſh, expel.* In the 5th ſpecies, or Hiph-hil, *To incite, entice.*

3373. Ver. 20. כּוּר Fornax fabri ferrarii teſtacea, ſive e luto confecta. *A furnace.* A כּוּר (Arab. كور) congeſſit in unum, collegit in globum.

3374.

Religionem non partem virtutum eſſe voluit, ſed potius omnes virtutes, fortitudinem, juſtitiam, concordiam, religionis eſſe partes ſapienter inſtituit, atque omnes actiones ad pietatem referendas eſſe docuit. Nihil reliquit indiſtinctum, ſed determinavit ad cibos uſque et labores. Diem ſeptimum ſacrum eſſe juſſit, ut qualibet hebdomade publice lex audiretur ab omnibus, et diſceretur, de quo nihil cogitarint gentium legiſlatores. Leges ipſae ante omnia Deum reſpiciunt colendum ſummâ pietate, abſque imagine, et placandum ſupplicationibus et ſacrificiis propitiatoriis, typis illius ſacrificii, quod filius Dei tandem oblaturus erat pro hominum peccatis, ut Apoſtolus nos docet in epiſtola ad Hebraeos, cap. ix. Conjugia honeſta et ſancta eſſe ſciverit procul illicita libidine : Parentes porro honorandos poſt Deum, familias liberosque rite et ſancte educandos, et pietate quadam ſenes et amicos rite colendos et obſervandos, immo etiam peregrinos recipiendos debito amore, et benigne habendos, non negato extraneis quoque igne, aqua, et cibo.—Denique inſtitutum eſt, ut praemia ſpectentur, non aurum, non argentum, non corona διαλιθος gemmis ornata, ſed illa quae omnia terrena ſuperant, et proximam cum Deo amicitiam habent ex fide Dei promittentis, et conſcientiae teſtimonio. Unde tanta quoque Hebraeae gentis fuit conſtantia, ſi vel maximis afflictionibus urgerentur. Leges Hebraeorum longe praeſtantiores erant legibus Graecorum, uti Joſephus ex comparatione oſtendit, omneſque gentes aemulatione quadam haſce ſectatas fuiſſe patet.——Morales quas Moſes dedit leges, ad perpetua ſecula ſpectant. Et fatentur id Chriſtiani, praeeunte ſuo Chriſto, qui legem

Dei

3374. VER. 25. לְהַכְעִיסוֹ Ad aegritudine afficere eum, ad irritandum, ex praef. ל et aff. ו et inf. וַיַּכְעִסוּ et irritârunt, indignari fecerunt, et cum aff. הוּ, וַיַּכְעִיסֻהוּ 3 pl. m. fut. 5 ſp. הִכְעִיס aegritudine affecit, indignari fecit. *To make to be angry, to provoke, to irritate.* כִּעֲסוּנִי Ad iram commoverunt me, 3 pl. m. praet. 3 ſp. cum aff. נִי. A כָּעַס كعس prop. corrugavit, contorſit vultum: Hinc ad iram et aegrimoniam transfertur, quatenus corrugata frons eſt index irae et aegrimoniae. 2. Ægrè tulit, ſuccenſuit, indignatus eſt. *To be angry, to vex, to fret.*

3375. VER. 26. הַעִידֹתִי Ecce conteſtatus ſum, 1 ſing. m. praet. אָעִיד teſtes provocabo, 1 ſing. m. fut. מֵעִיד conteſtans, part. 5 ſp. הֵעִיד teſtes adhibuit, conteſtatus

Dei non mutavit, correxit, et ampliavit, ſed tantum vindicavit a corruptis Doctorum ſui aevi interpretationibus, et verum ſenſum ejus expoſuit. Certe qua ſacerdos nos liberavit a maledictione legis, ſed non abolevit eam, uti regula ſit perpetuae ſanctitatis. Quin ut propheta eam aſſeruit, et eandem, ſeu rex ſuis ſubditis, uti normam obedientiae, inſervire ſtatuit: Immo, ob hanc cauſam, voluit inſcribi cordibus ex V. T. promiſſo.——Ex legibus de populis ſit judicium. Oraculum vetus extat, vid. Grot. in locum:

Μουνοι Χαλδαιοι σοφιαν λάχον, ηδ' αρ' Εβραιοι
Αυτογένεθλον ανακτα σεβαζόμενοι αγνῶς.

Ipſos Judaeos, quanquam ſerius notos, laudarunt plurimi ſcriptores Graeci, quorum teſtimonia collegerunt Clemens Alexandrinus, lib. I. Strom. et Euſeb. Praeparat. Evangel. lib. IX.——Dici vere poſſit de republica populi Hebraei, "Si cum aliis conferatur, leges nuſ-"quam licuiſſe pari ſapientia inſtitutas videre, aut tam praeſentes "alibi cognoſcere divos."——Jure itaque Moſes ſcribit, ver. 7. et 8. "Quaenam eſt gens ita magna, cui ſunt Dii propinqui, ſicut eſt Je-"hovah Deus noſter, in cunctis pro quibus invocaveramus eum? "Et quae eſt gens ita magna, cui ſunt חֻקִּים וּמִשְׁפָּטִים צַדִּיקִם "ſtatuta juſtaque judicia, כְּכֹל הַתּוֹרָה הַזֹּאת *ſicut eſt univer-*"*ſa lex*, quam ego do coram vobis hodie." Hic Moſes plane declarat, univerſam legem traditam Iſraelitis, tum moralem, tum civilem, cum ceremonialem, fuiſſe bonam; adeo ut mirum eſt doctiſſimum Spenſerum, aliosque viros doctos, contrarium affirmaſſe de lege ceremoniali, ex male intellecto loco prophetae Ezechielis, cap. xx. 25. de vero ſenſu cujus videas not. (*g*) ad num. 2999.

Eſt

conteſtatus eſt. *To call to witneſs.* A עוד عاد prop. iteravit : Hinc iterum atque iterum affirmavit. Vid. num. 2426.

3376. VER. 32. הֲנִהְיָה An ſidere vel exiſtere factum eſt ? ex ה interrogat. et praet. נִהְיֵיתָ factus es, 2 ſing. m. 2 ſp. Ab הָיָה, ejuſdem originis cum הָוָה هوى, prop. ſidit, cecidit. *To fall down, to ſink, to ſettle.* Hinc fuit. *To be.* Vid. num. 1496.

CAPUT V. VERSUS 21.

3377. תִתְאַוֶּה PRop. temet appetentem praebebis, 2 ſing. m. fut. 7 ſp. Ab אָוָה prop. inflexit voluntatem ſuam, deſideravit. Vid. n. 3181 (*e*).

CAPUT VI. VERSUS 6.

3378. וְהַעֲבַטְתָּ ET mutuabis, 2 ſing. m. praet. תַּעֲבִיט 2 ſing. m. fut. 5 ſp. הֶעֱבִיט

Eſt locus clarus, qui huic ſententiae Cl. Spenſeri plane contradicit apud Nehemiam : " Poſt haec ſuper montem Sinai deſcendiſti, lo-" cutusque es cum iis e coelo ; וַתִּתֵּן לָהֶם חֻקִּים וּמִצְוֹת טוֹבִים " מִשְׁפָּטִים יְשָׁרִים וְתוֹרוֹת אֱמֶת. Et dediſti iis judicia recta, et " leges veritatis, ſtatuta, et praecepta bona." Hic judicia ſive jura vocantur יְשָׁרִים recta ; vid. etiam Hoſ. xiv. 10. et Pſ. xix. 9. et תורות dicuntur veriſſimae, ſive leges veritatis ; vid. Pſ. cxix. 43. 86. et paſſim : Denique, חֻקִּים וּמִצְוֹת ſtatuta et praecepta, טוֹבִים bona eſſe affirmantur. Ita ut plane, totam legem, tum moralem, tum politicam, et ceremonialem, juſtam et bonam fuiſſe declaratur.

(*e*) In Exodo, cap. xx. ver. 16. Moſes bis uſus eſt voce תחמד. Doctiſſimus igitur Houbigantius, in margine editionis ſuae bibliorum, appoſuit vocem תחמד etiam bis in hoc loco, innuens procul dubio textum hic ſub menda cubare, ſine auctoritate cujuſvis manuſcripti. Moſes vero hic, in repetitione legis, variat phraſin, et utitur verbo אוה, quod proprie eſt, flexit, inflexit voluntatem ſuam, ubi animus ſtudioſius aliquod appetens ſe illuc inflectit et inclinat ; et hinc differentiam videmus inter אוה et חמד, Exod. xx. 16. quod proprie notat *arſit*, flagravit ardore ; nam ardere dicitur qui vehementius concupiſcit.

תַּעֲבִיט mutuavit, *q. d.* mutuum pro pignore accipere fecit, ſive dedit. *To cauſe or permit another to borrow upon pledge, to lend to him upon pledge.* עֲבֹט Pignus accipere, inf. תַּעֲבוֹט mutuum accipies, 2 ſing. m. fut. 1 ſp. Dicitur tam de creditore qui pignus pro mutuo accipit, Deut. xxiv. 10. quam de debitore qui mutuum pro pignore accipit. A עבט عبط prop. fidit, ſubtraxit, elicuit: Hinc transfertur ad ideam pignora eliciendi et capiendi ab alio. Qui enim mutuum dat, elicit a poſſeſſore pecuniam, resve ſuas: Hinc Arabes dicunt عبط الضرع elicuit ſanguinem ab ubere. *To plight, to borrow upon pledges.*

3379. VER. 7. וְשִׁנַּנְתָּם Et frequenter inculcabitis ea, 2 pl. m. praet. cum aff. ם, 2 ſp. שִׁנֵּן valde acuit, frequenter inculcavit. *To inculcate often, to enforce by conſtant repetition.* שְׁנוֹתִי Exacui, 1 ſing. praet. 1 ſp. A שָׁנַן سن prop. acuit, exacuit: Hinc 2. inſtigavit, exacerbavit; plane ut Graec. ὀξυνω et παροξυνω, et Lat. acuo, exacuo.

3380. VER. 11. חֲצוּבִים Pl. m. a חָצוּב exciſus, part. paſſ. חָצַבְתָּ excidiſti, 2 ſing. m. praet. תַּחְצֹב excides, 2 ſing. m. fut. 1 ſp. A חָצַב حصب prop. fidit cum ſtrepitu, excidit. *To hew, cut or engrave, to dig.*

CAPUT VII. VERSUS 2.

3381. תְּחָנֵּם ILlis gratioſus eris, 2 ſing. m. fut. cum aff. ם, 1 ſp. A חָנַן propitius fuit. Vid. num. 2762.

3382. VER. 4. יָסִיר et יָסַר Removere faciet, 3 ſing. m. תָּסַר 3 ſing. f. fut. הֵסִירָה 3 ſing. f. praet. 5 ſp. הֵסִיר recedere fecit, removit, הוּסַר remotus eſt, praet. 6 ſp. סוּר recedere, inf. אָסֻרָה divertam, 1 ſing. יָסוּרוּ recedent, 3 pl. fut. 1 ſp. A סָר, mediâ Waw abjectâ, pro סוּר سار receſſit. Vid. num. 1597.

3383. Ver. 5. תְּגַדֵּעוּן Diligenter ſuccidetis, 2 pl. m. fut. 3 ſp. גִּדַּע ſtudio et curâ ſuccidit. (נִגְדַּע exciſus eſt, praet. 2 ſp.) A גָּדַע جدع prop. mutilavit, amputavit, ſuccidit. *To cut down, to cut off.*

3384. Ver. 13. אֲלָפֶיךָ Pl. cum aff. ךָ, a ſing. אֶלֶף bos, ſive animal jugo aſſuetum; ita dictum a manſuefactione. *An ox.* Ab אָלַף الف prop. junxit. 2. Aſſuetum ſe cuivis reddidit.

3385. עַשְׁתְּרוֹת Pl. a עַשְׁתָּרָה foetus aut foetura. (Sic dicitur inter parvas pecudes, quod inter boves שֶׁגֶר foetus.) *The breed or young of ſheep.* Aliis vero eſt, oves foeminae. Ex עָשַׁר ditavit, et עָתַר abundavit.

3386. Ver. 15. חֳלִי Prop. attritio, omnis plaga excorians et gravior, quae vel corpus vel animum infeſtat. *Sore ſickneſs.* A חָלָה attrivit. Vid. n. 1995.

3387. מַדְוֵי In ſtat. conſtr. pro מַדְוִים pl. a מַדְוֶה plaga graviſſima in cor et viſcera ipſa penetrans, hominem jacere exhauſtum quaſi et exciſum reddens. *A grievous diſtemper preying upon the vital parts.* A דָּוָה دوي intus corruptus fuit. Vid. num. 2923.

3388. Ver. 20. נִסְתָּרִים Abſconditi, pl. m. נִסְתָּרוֹת abſcondita, occulta, pl. f. part. a ſing. נִסְתָּר abſconditus, נִסְתַּר occultabimur, 1 pl. fut. 2 ſp. אַסְתִּיר et אַסְתִּירָה obtegam, 1 ſing. fut. הַסְתֵּר inf. 5 ſp. A סָתַר ستر texit. *To cover, conceal.* Vid. num. 470.

3389. Ver. 23. וְהָמָם Et conteret eos, ex aff. ם, et ו converſ. et הָם praet. 1 ſp. A הוּם (Arab. هام attonitus, vagatus eſt, mentis impos diſcurſavit) commovit, contrivit. Quidam volunt eſſe a הָמַם همّ liquefecit. Vid. num. 2315.

3390. מְהוּמָה Contritio, commotio, conturbatio, calamitas. *Deſtruction.* A praecedente הוּם.

3391. Ver. 25. תִּוָּקֵשׁ Illaqueaberis, 2 ſing. m. fut. 2 ſp. נוֹקַשׁ illaqueatus fuit. A יָקֹשׁ وقس prop. frictu trivit: Hinc, 2. laqueum aut rete tetendit. *To lay or ſpread a ſnare, to enſnare.*

3392. VER. 26. תְּתַעֵב Abominabilem habebis, 2 ſing. m. fut. תַּעֵב inf. 2 ſp. תִּעֵב abominabilem habuit. *To account abominable.* A תָּעַב تعب abominatus eſt.

CAPUT VIII. VERSUS 4.

3393. בָּלְתָה ATtrita fuit, 3 ſing. f. בָּלוּ 3 pl. praet. 1 ſp. A בָּלָה بلى attritus fuit vetuſtate. *To be worn out with age.* Vid. num. 1118.

3394. בָּצֵקָה Intumuit, 3 ſing. f. praet. A בָּצַק بضق et بسق cum tumore intumuit. *To ſwell.*

3395. VER. 9. מִסְכֵּנֻת et מִסְכְּנוּת Status pauperis, penuria. *Scarcity, poverty.* A סָכַן profuit.

3396. VER. 15. הַמּוֹלִיךְ Deduceus, part. 5 ſp. A יָלַךְ ivit. Vid. num. 2129.

3549. VER. 65. תַּרְגִּיעַ Circumflues, opulentiâ afflues, 2 ſing. m. fut. 5 ſp. הִרְגִּיעַ ſplendide affluxit opulentia; prop. circumtremere, *i. e.* ſplendide et magnifice circumfluere fecit opibus. *To make wealth or riches flow round, or ſurround one, ſo as to dazzle the eyes of the beholders.* A רָגַע, Arab. رجح et رجع, prop. tremuit, circumtremuit, vibravit lumen, oculus, alveus, fulmen. *To ſhake to and fro very quickly, to move or brandiſh with the velocity of lightening* (y).

3550. רַגָּז Pavidus. *Trembling.* A רָגַז رجز tremuit. Vid. num. 1975.

3551. כִּלָּיוֹן Conſumptio totalis. *A failing, a conſumption.* A כָּלָה conſumpſit.

3552. דְאָבוֹן Moeror magnus, moeſtitia. *Sadneſs.* A דָאַב داب languit. Vid. num. 3107.

3553. VER. 66. פָּחַדְתָּ 2 Sing. m. praet. תִּפְחַד pavebis, 2 ſing. m. fut. 1 ſp. A פָּחַד فحد prop. notat paveſcere, ita percuti ut ſudor manaret; pavit, trepidavit. *To ſhake for fear, to tremble.*

3554.

Arabes dicta علامة notâ inuſtâ) ignominiae publicae et poenarum atrociſſimarum notas, quibus ſub manu Dei ſignatus ille populus, ad omnem poſteritatis memoriam traducendus foret. Vid. Doct. Schult. de Defect. Ling. Hebr. Hodiern. p. 173.

(*y*) Vox רָגַע رجع et رجع proprie notat, vibravit, tremulo motu micuit. Metaphoricè ad varia transfertur; in lumine adhibetur, ut Iſa. li. 4. "Lex a me prodibit, et judicium meum in lumen gentium "אַרְגִּיעַ faciam vibrare, *i. e.* coruſci inſtar jubaris emicare." Vibrare dicitur alveus quum plenus eſt; vibrat fulmen cum micet. Apud Arabes adhibetur ارجعه الله fecit eum circumtremere Deus, pro جعله موسر fecit eum opulentum, copioſum, ſummâ rerum ubertate affluentem; Vibrant enim opes, cum pleno alveo abundant. Sic Iſa. xxxiv. 14. "Ibi הִרְגִּיעָה deliciis circumfluet ſtrix, inve-"nietque ſibi quietem." Sic Jer. xxxi. 2. "הָלוֹךְ לְהַרְגִּיעוֹ Eunte "ad circumtremere Iſraele, *hoc eſt,* quum Iſrael omni opulentiâ cir-"cumtremens deſertum peragraret." Sic Moſes in hoc loco dicit, "Haud quaquam circumflues, in gentibus illis, pro omnium rerum "anguſtiâ laborabis." Vid. Schult. Orig. Hebr. vol. I. p. 282.

3554. VER. 68. וְהִתְמַכַּרְתֶּם Voſmet vendetis, 2 pl. m. praet. 7 ſp. cum ו converſ. יִמָּכֵר vendetur, 3 ſing. m. 2 ſp. נִמְכַּר venditus fuit, מְכֹר inf. 1 ſp. A מָכַר مكر vendidit. *To ſell.* Vid. num. 1793.

CAPUT XXIX. VERSUS 16.

3555. שִׁקּוּצֵיהֶם ABominationes eorum, pl. cum aff. הֶם, a ſing. שִׁקּוּץ abominatio. Nomen formatum a 3 ſp. ſive פִּקֵּד. *An abomination.* A שָׁקַץ abominatus eſt.

3556. VER. 17. שֹׁרֶשׁ Radix. *A root.* A שָׁרַשׁ radicavit, radices egit.

3557. רֹאשׁ Et רוֹשׁ venenum prop. ſerpentum, vel quia praecipuum, vel quia in capite. *Poiſon.* 2. Herba venenata, cicuta. A רָאַשׁ caput fuit.

3558. לַעֲנָה لعنة Abſynthium ſantonicum Judaicum. *A ſpecies of wormwood which grows plentifully about Bethlehem, not differing much from our own.* Vid. Celſ. Hierobot. vol. I. p. 481. A לָעַן لعن execratus eſt.

3559. VER. 18. שְׁרִירוּת Intimum ſecretum, malitia. pravitas. *Secret, wicked thought, wickedneſs.* A שָׁרַר (Arab. شرر) improbus fuit. Apud Syros, obfirmavit.

3560. הָרָוָה F. a m. רָוֶה irriguus, potu ſatiatus. *Watered, the drunken.* A רָוָה روي rigavit (z).

3561.

(z) Hic verè eſt locus difficilis, qui variè ab interpretibus redditur: למען ספות הרוה את הצמאה Ad addendum, vel potius corradendum, ebriam cum ſitiente, *hoc eſt*, ad peccandi ſitim irreſtinctam, atheiſmi velut temulentiâ et furore aggravandam et accumulandam; quod ſane patrat ille, qui verba execrationis audiens, *ſibi in corde ſuo benedicit, jactatque; Pax erit mihi, licet ex ſecreto cordis inſtinctu ambulavero.* Huc oculos forte Syrus intendit, quum reddit, ut addat ebrietatem ad ſitim. Haecce imago Belgis aliiſque obverſata fuiſſe videtur, qui ad *peccandi effraenatum*, et *inſatiabilem aeſtum*, ſolenne hoc proverbium tranſtulere.—Doctiſſ. Pfeifferus per *ebriam* intelligit *terram fertilem, aridam* vero *terram* emblemate *ſitientis* proponi; ſenſumque eſſe, donec omnia fuerint conſumpta ac dilapidata, et omnis poſſeſſio ac terra, qua praeſtans ac irrigua, qua ſterilis ac ſiticuloſa,

3561. Ver. 19. יֶעְשַׁן Fumabit, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. A עָשַׁן عثن fumavit. Vid. num. 2423.

3562. Ver. 21. תַּחֲלֻאֶיהָ Prop. excoriationes ejus, pl. cum aff. ה, a ſing. תַּחֲלוּא prop. attritio, excoriatio, morbus. *Excruciating, tormenting ſickneſs.* A ſequente חָלָה aegrotavit.

3563. חִלָּה Magnoperè attrivit, aegrotare fecit, 3 ſing. m. praet. 3 ſp. A חָלָה حلا prop. trivit, excoriando inuſſit, aegrotavit.

3564. Ver. 27. וַיִּתְּשֵׁם Et evulſit eos, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. cum aff. ם et ו converſ. A נָתַשׁ نتش evulſit, extirpavit. *To pull up, to extirpate.*

CAPUT XXX. Versus 3.

3565. שְׁבוּת Captivitas. *Captivity.* A שָׁבָה سبي captivum duxit.

CAPUT

ſa, per viſcera fuerit trajecta ac decocta. Helluonis itaque et Epicuri de grege porci, perditam ac profundam luxuriem perſtringere videtur hoc proverbium. Rabbi Jona vertit, *propterea quod conſumatur irriguus cum ſitiente*, hoc eſt, *juſtus ſimul ac injuſtus pereat, et ad nihilum redigatur.* Haecce verſio ſatis bonum ſenſum fundit, ſi רוה pingere dicamus, uvidos, madidos, pulchre potos, largo ſemper mero irriguum corpus habentes; צמאה autem ſiccos, aridos, ſqualore, incultu, ſiticuloſos; quorum prius, in ore improbi, eam exprimat nationem, in quâ ipſe nomen ſuum profitetur; poſterius gentem piam deſignet, ex ejuſdem hominis profani ingenio, notâ hâc adſperſam, nempe juxta peſtilentis cujus cordis שרירות intimum ſecretum; "Ergo edamus, bibamu, cras morimur:" Genio indulgeamus, continuo nos mero irrigemus, curasque noſtras diluamus; irato ſuo Deo, et malo genio, relinquamus *ſiccos* illos, et jejuna ſiti enectos, qui ſemet fruſtra macerant, et venturi judicii metu fatigant; *quum irriguum ſimul et ſitiens* ſit radendum, et internecione involvendum. Adagium videtur ductum a grege poto et irriguo, qui רוה ſexu foemineo abſolutè dictus fuerit, ex ſtylo Arabum, necnon *grege laſſitudine ac ſiti enecto*, qui צמאה potuerit appellari; ut, ubi cuncta penitus deleta, et ad internecionem evaſtata indicare vellent, dixerint ספתה הרוה את הצמאה *irrigua ſimul et ſitiens raſa eſt.* Vid. Schult. Orig. Hebr. vol. I. p. 364. 372.

CAPUT XXXI. VERSUS 11.

3566. לִרְאוֹת **A**D comparendum, inf. 2 ſp. praef. ה excluſa. A רָאָה vidit. *To ſee.*

3567. VER. 17. וְהִסְתַּרְתִּי Et obtegam, 1 ſing. praet. אַסְתִּיר 1 ſing. fut. 5 ſp. הִסְתִּיר latere fecit, obtexit. A סָתַר ستر texit. Vid. num. 3388 (*a*).

CAPUT XXXII. (*b*). VERSUS 1.

3568. הַאֲזִינוּ **A**Uribus percipite, 2 pl. m. imp. הֶאֱזַנְתָּ 2 ſing. m. praet. 5 ſp. הֶאֱזִין aures arrigere

X x x

(*a*) Hanc oden ſequentem, Dei juſſu et inſtinctu, ſcripſiſſe Moſen, Deumque primarium ejus auctorem fuiſſe, ſolum fatorum temporis futuri conſcium, patet: In eâ enim non tam praeſentia et praeterita, quam futuri temporis delicta, adverſus foedus divinum committenda, redarguuntur; deſcribunturque calamitates, quas populus Judaeus, ex juſto Dei judicio, ſubiret באחרית הימים in fine dierum ſive tempore extremo, ut Moſes exerte monet, ver. 29.—Quicunque praefationem cantici attente legerit, facile viderit, magis illud divinum eſſe quam Moſaicum, etſi ſub perſona Moſis concepta ſit oratio: Sic enim Deus apparens ad oſtium tentorii, conventus Moſi et Joſhuae, ver. 19. "Et nunc ſcribite vòs canticum hoc, et edocete illud filios Iſraelis, "&c." ver. 21. "Ut ſit (inquit Deus ipſe) carmen hoc mihi pro "teſte adverſum Iſraelitarum populum, cum a me defecerit, hoc in "os ejus teſtimonium dicet; neque enim oblivioni mandabitur, aut "ex poſterorum ejus ore excidet."

(*b*) Quidam putant ſcenam hujus prophetiae figendam eſſe in defectione Judaeorum a Deo ſub templo primo, ac proinde calamitates in eâ praedictas, implementum ſuum in exilio Babylonico, et liberatione populi exinde, ſortitas eſſe. Alii vero ſtatuunt ſcenam convictionis figi in extremo tempore reipublicae Judaicae, ante everſionem ejus a Romanis. Sunt vero graves rationes, quae ſuadent elenchum hoc carmine inſtitutum, non ad priora, ſed potius ad poſteriora, pertinere. Obſervandum tamen eſt, Spiritum Sanctum, in omnibus fere prophetiis, in quibus de Hieroſolymae deſolatione agitur, ad utrumque caſum ſimul reſpicere, uti patet ex Jeſ. v. 1. et Mic iii. 12. "Et Tzion ut ager arabitur, &c."——Rationes vero, quare ſcena hujus cantici figitur in tempore gratiae et ſalutis, a Judaeis ſpretae, ſunt; quia Moſes expreſſe monet, illud praecipuum ſuum complementum

arrigere fecit, auſcultavit. *To liſten, to hearken.* A אֹזֶן اذن aures arrexit; praebuit. Vid. n. 505. (*c*).

3569. Ver. 2. יַעֲרֹף Penetrabit, diſtillabit, 3 ſing. m. יַעַרְפוּ ſtillabunt, 3 pl. m. fut. 1 ſp. A עָרַף عرف penetravit. *To penetrate, or drizzle as dew.* Vid. n. 2298 (*d*).

3570.

mentum obtenturum eſſe בְּאַחֲרִית הַיָּמִים *in fine dierum*; ubi phraſis omni vi et emphaſi ſumenda eſt, pertinetque ad tempora Meſſiae. Praeterea, ſubjungitur hocce canticum, nunquam oblivioni tradendum ex ore ſeminis Iſraelis. Duo argumenta in ipſo cantico ſunt, quae refelli non poſſunt: Primum extat, ver. 21. ubi Deus Judaeos, graviſſimis malis preſſos, dicitur ad zelum provocaturus eſſe eos per non *populum*, et per *gentem ſtultam*; quem locum citans Apoſtolus, Rom. x. 17. docet intelligendum eſſe de vocatione gentium ad communionem Dei per evangelium. Similis demonſtrationis vis eſt in ver. 42. Denique convictio, hoc cantico comprehenſa, utrique convenit tempori, quo Deus judicia ſua genti Judaeae inflixerat, ſive per Aſſyrios, ſive Romanos. In ſummâ tamen emphaſi ad poſterius hoc tempus referri debeat; quia judicium, a Deo per Romanos iis inflictum, longe fuit graviſſimum, omniumque execrationum atque malorum, huic populo impoſitorum, complementum.—Partes cantici ſunt tres: 1. Prologus, juſtificationem viarum Dei, et condemnationem ingratitudinis et criminum populi, exhibet, a ver. 1. ad 6. 2. Materia ſive διηγησις quae a ver. 6. ad 35. continetur. 3. Epilogus conſolatorius a ver. 35. ad 42. Vid. Vitring. comment. ad Canticum Moſis, cum notis clar. Venemae, Harling. 4to, 1734.

(*c*) Scena cantici ſic inſtructa eſt, ut exhibeat ſpeciem conſeſſûs judicialis, cui praeſidet Deus ut ſummus judex, teſtibus non tantum coelo et terrâ, ſed etiam quodammodo aſſeſſoribus; et in quo comparet Moſes Judæam gentem ream graviſſimorum criminum peragens, defenſionem pro Deo exhibens, et divinorum judiciorum rationem explicans. Exordium habet elegans, et imprimis magnificum; univerſam diſpoſitionem, et formam rectam, facilem, argumenti naturae accommodatam, ordine pene hiſtorico; incredibilem rerum maximarum varietatem; Dei veritatem et juſtitiam, amorem paternum; et propenſiſſimas erga populum electum benignitates; hujus contra animum ingratum et rebellem; tum divinae indignationis ardorem, et graviſſimas minas, inſigni proſopopoeia expoſitas, quâ nihil in lectiſſimis poeſeos theſauris magnificentius; ipſos tamen iracundiæ æſtus, miſericordia et lenitate temperatos, et in promiſſionibus et conſolatione deſinentes. Vid. Doct. Lowth. de Poeſ. Hebr. p. 273.

(*d*) Nec minus eleganter rebus inanimis, quam abſtractis notionibus perſonam tribuit dictio parabolica. Moſes hic advocat teſtes coelos et terram, eoſque conteſtatur, tam ad dicta ſua audienda, quam

ad

3570. לִקְחִי Doctrina mea, a Deo accepta, et omni acceptatione digna, ex aff. י et לֶקַח, Arab. لقاح, ſemen et quidem foecundum et foecundans ſimul. 2. Flos doctrinae. *The cream of doctrine, the beſt inſtruction.* A לָקַח لقح cepit, percepit: Hinc, 2. concepit ſemen, foecundum reddidit (*e*).

3571. תִּזַּל Stillabit, 3 ſing. f. fut. 1 ſp. A נָזַל نزل fluxit. *To flow.*

3572. שְׂעִירִם Stillae pluviae, ſive tenues pluviae, quae crinium ad modum ac radiorum, qui et crines dici ſolent; in terram rectà decidunt; vel ad inſtar pilorum, innumerabiles et tenues ſunt. *Small rain.* A שָׂעַר شعر piloſus fuit (*f*).

3573.

ad cauſam quam agit dijudicandam, perinde ac in aliis locis, Jeſ. i. 1. Mic. vi. 2. Cœlum et terram hic, tanquam juſtitiæ viarum Dei teſtes, adeoque judices, ſimul citat, qui veritati non tantum implementi, ſed etiam aequitati ac juſtitiæ judiciorum atteſtantur. Vid. Jer. xi. 12. Quidam interpretes יַעֲרֹף reddunt *ſtillet*, per modum voti; quo optat Moſes, ut audiantur, et cordibus audientium infigantur verba ſua, tali quidem effectu, qualis pluviae eſſe ſolet, quae foecundat terram, ut germina et plantas producat, vid. Iſa. lv. 10. Aliis vero videtur, Moſen ideo ſe audiri velle, quod doctrinam prolaturus eſſet utilem maxime et opportunam: Eſt enim mori poetis ſacris, commendare ex utilitate argumentum, de quo dicturi ſunt, ut patet ex Pſ. xlv. 1. 2. et xlix. 1. 4. "Os meum loquetur ſapientias, et cor meum medita-"bitur intelligentias."

(*e*) Apud Arabes لقاح notat ſemen et foecundum ac foecundans ſimul, floremque ſeminis, quo palma maſcula ſpathas femellae ſuae adſpergens, eaſdem ad maturitatem perducit fructuum. A לָקַח لقح foecundavit palmam adſperſo flore ſeminis; et paſſive percepta eſt palma, reſpectu maris flore, foecunda foetaque reddita fuit. Hunc ſignatiſſimum uſum hujus vocis in Judaea palmifera illa fertiliſſima, etiam viguiſſe, non dubitandum eſt. Vid. Prov. xi. 30. "Fructus "juſti arbor vitae ולקח et foecundans animas." Vid. Schult. in locum, et in Prov. i. 2.

(*f*) Quidam minus recte reddunt, *imbres cum tempeſtate*, ſive ventos pluvioſos; quia שַׂעַר non imbriferam ſed aeſtuoſam procellam, quae vento callido et urente verberat, proprie denotet, ab urendi primigenia radicis virtute, ut ex Arabica liquet, uti jam obſervatum a Doct. Schultenſio, ad Pſ. lviii. 10. Quô egregie reſpicitur Pſ. l. 3. "Ignis

3573. וּכְרְבִיבִים Et inſtar imbrium, ex praef. ו et, כ inſtar, et רְבִיבִים pl. imbres ſpiſſi, craſſi ſive copioſi. (Apud Arabes extat ربب pluvia copioſa et ſalubris.) *Thick ſhowers.* A רָבַב ربب ſpiſſus fuit.

3574. Ver. 4. פָּעֳלוֹ Operatio, opus. *Work.* A פָּעַל فعل fecit (g).

3575. Ver. 5. שִׁחֵת Perditio, corruptio. *Deſtruction, corruption.* Nomen eſt, ſecundum quoſdam, formae שִׁלֵּם, quod occurrit ver. 35. Aliis vero eſt ipſa 3 ſp. שִׁחֵת valde corrupit, perdidit idque vel phyſicè deſtruendo,

" Ignis ante faciem ejus conſumet, et circum ipſum בשערה pro- " cella aeſtuans erit, quae, *ſcil.* ante ipſum, cuncta adurit." Si a *capillorum* ſignificatu, is *pluviae* derivetur, tum tenuem pluviam et denſam, quae *crinium* ad modum, ac *radiorum*, intelligerem, quemmodum per רביבים craſſiorem et ſpiſſiorem pluviam.

(*g*) Eſt magna emphaſis, non tam in voce אקרא proclamabo, metaphora deſumpta a praeconibus publicis, qui altâ voce, juſſu ſuperioris, aliquod promulgant; ſed etiam in nomine יהוה, quo innuitur, Deum non tantum omnes conditiones foederis cum patribus ad Sinai percuſſi, cujus ſignaculum erat nomen *Jehova;* ſed etiam ſe illos recturum eſſe in gratia, et in omni providentia erga populum eas manifeſtas facturum virtutes, quas per nomen Jehovae populo innoteſcere voluit. Vid. Exod. xxxiv. 6. Zach. viii. 8. et Jeſ. xxx. 27. addit ver. 4. " Jehovam eſſe rupem, cujus opus eſt perfectum; do- " cens, opus divinae providentiae erga eccleſiam non eſſe anomalum, " ſed analogum; non deforme, ſed uniforme; nihil eſſe in natura " ejus diſſonum, nihil contrarium; vitium omne, iniquitatem, inju- " ſtitiam, perfidiam, fraudem, naturâ Dei excludi; cujus opus omni- " bus numeris completum eſt; cui nihil deeſt in quo nihil maculae " aut vitii eſt." Vid Jeſ. lix. 9.—Altera ſententia huic ſimilis eſt: " Deus veritatis, et non iniquitatis."—Hic, pauciſſimis verbis, a Moſe exhibetur imago divinae juſtitiae pulcherrima, אֵל אֱמוּנָה Deus firmitatis, veritatis; וְאֵין עָוֶל abſque ulla inclinatione juris; צַדִּיק recto-rigidus, juſtus; וְיָשָׁר הוּא et aequiſſime planus ille. Vocatur Deus אל אמונה emphaticè, quatenus firmiter incedit in viis juris et aequi, actiones ſuas omnes conſtante voluntate conformans ad principia et normam aequitatis; ואין עול ab iniquitate remotus. Vox עול proprie notat vitium judicis, juſtitiae bilancem non recte tenentis, ſed ad alteram partem inclinantis, adeoque juris et aequi rigorem non obſervantis. Vid. Pſ. lxxii. 2.—Hinc mox ſubjicitur, Deum eſſe juſtum, rigidum, et rectum in juris et aequi obſervantiâ, qui in alteram partem flecti non poteſt.

deſtruendo, vel moraliter ſub intellecto דֶּרֶךְ, *i. e. rationem vitae*, quod additur Gen. vi. 12. A שָׁחַת سحت perdidit, corrupit. *To deſtroy, to be corrupt* (*h*).

3576. עִקֵּשׁ Prop. curvatus, per ſpiras et flexus intortus: Hinc penitus tortuoſus, perverſus. *Crooked, very depraved, untoward, perverſe.* Opponitur τῷ מִישׁוֹר, Iſa.

(*h*) Variant interpretes, tum in verſione, tum in expoſitione hujus commatis. Quidam volunt שׁחת eſſe nomen formae שׁלם occurrentis in ver. 35. In hoc ſenſu extat vox ipſa, Hoſ. xiii. 9. " Corruptio tua eſt (שחתך) *i. e.* culpa penes te eſt, O Iſrael, " nam in me eſt auxilium tuum; non malorum, ſed bonorum cauſa " in me eſt." Hinc vertunt, " Num Deus corruptio illi, *i. e.* ipſi " Iſraeli? Num ille eſt Iſraelitis cauſa exitii?" Repetunt enim particulam כי ex ver. 4. quam interrogativè reddunt num, an? uti extat in Gen. vi. 12. Num. xxxii. 15. et 1 Sam. xiii. 10.—Clariſſ. Vitringa putat, particulam לו referre ad Deum, quia aliud ſubjectum in filo orationis nondum expreſſum erat; et contendit, phraſin בניו מומם reddendum eſſe, ac ſi ſcriptum eſſet בניו מום להם, *Quod ad filios ejus attinet, macula ipſorum eſt;* culpa in eos recidit, *macula ipſorum eſt generationis contortae ac perverſae*, &c. Obſervat praeterea, affixum nomini, vel verbo additum, quandoque pro ſeparato vel abſoluto pronomine, uſurpari, ut Pſ. cxv. 7. ידיהם *manus ipſorum*, *i. e.* ידים להם *manus ſunt ipſis*. Sic, Vitringâ judice, ſententiae toti ſuae conſtat facilitas et emphaſis, hoc modo vertenda, An corruptio ejus, *ſcil.* Dei? Nequaquam; quod *ad filios ejus* attinet, *illorum cauſa* haec eſt *macula*. Senſus eſt, Deum Iſraelis neutiquam eſſe in culpa, ſed populum a ſe genitum, et fotum, qui pro debito affectu et obſequio, ad quod ſe obſtrinxerant, leges foederis obſtinate tranſgreſſi ſunt, quippe eſt generatio perverſa et contorta, &c. Secundum hanc interpretationem Anglice eſſet: *He is the rock, his work is perfect; for are not all his ways judgment? Is not he a God of truth, and without iniquity? Is not he juſt and right? Is thy deſtruction from him? or, Is he the cauſe of thy deſtruction? By no means. The ſpot of his ſons is that of a perverſe and crooked generation: Or, Is not the ſpot of his ſons that of a perverſe and crooked generation?* Vid. Vitring. in locum.——Doctiſſimus vero Lowth. jam digniſſimus Praeſul Oxonienſis, putat vocem שחת verbum, et non nomen eſſe; et ſic verſum reddit: " Corrupit illi filios, non jam " ſuos, ipſorum pravitas." Quod Anglice reddi poſſit: *Their own wickedneſs has corrupted to him ſons, which are not now his ſons.* Sub ipſo carminis exordio, addit vir clariſſimus, Moſen, veritatem et juſtitiam, in omnibus Dei conſiliis ſanctiſſime ſervatam, praedicare; unde

Iſa. xlii. 16. et Prov. x. 9. A עָקֵשׁ عقس et عقص prop. torſit, contorſit: Hinc ſummè depravatus fuit (*i*).

3577. פְּתַלְתֹּל Valde contortus: Hinc valde hirſutus, tortuoſis conſiliis ſeſe implicans, διεστραμμενος, *Wreathed, ſubtile, and intricate in their tempers and deſigns.* A פָּתַל فتل torſit, intorſit; luctatus eſt (*k*).

3578.

unde arrepta occaſione, in populi ingrati perfidiam, et flagitia ex improviſo invehi: Primum quaſi in abſentes, "Corrupit illi filios, non "ſuos, ipſorum pravitas." Tum ipſos ſtatim alloqui; "Genus "perverſum et diſtortum, hoccine ergo Jehovae rependitis, natio "ſtulta atque inſipiens?"—Praeterea obſervat, in poeſi Hebraicâ, ſubitam ac frequentem perſonarum mutationem, idque in allocutionibus, crebros, elegantes, faciles, acres, improviſos, praecipites in perſonam tranſitus, ſaepiſſime eſſe. Moſes enim, coeleſti mentis inſtinctu proſpiciens, nefariam illam divini cultûs derelictionem, in quam mox conjuratura erat perfida Iſraelitarum natio, ita eorum crimina inſectatur, quaſi ſe praeſente et inſpectante jam antea commiſſa, "Corrupit illi filios, non jam filios ſuos, ipſórum pravitas." Ita loquitur, quaſi ipſe teſtis eſſet eorum impietatis, illis ſacris, quibus religionem a ſe divinitus inſtitutam aliquando violaturi erant, interfuiſſet. Quâ anticipatione nihil poteſt eſſe efficacius ad res clarè et evidenter demonſtrandas, et pene ſub adſpectum ſubjiciendas; adeoque in poeſi propheticâ ſaepiſſime locum habet. In hoc, ut in caeteris, admirabilis eſt Iſaias, cap. x. 28. 32. Joel i. 6. 7. 10. Vid. Doct. Lowth. de Poeſ. Hebr. p. 137.

(*i*) Vox עקש non inverſum, ſed curvatum, flexuoſum, quod ſimul per ſpiras et flexus intortum eſt, ut cornu capri inflexum et intortum poſt aures, ut oſtendit clar. Schultenſ. in addendo ad clavim dialectorum. Uſurpatur in ſacra ſcriptura, de viis tam inaequalibus, quam multis flexuris, quae a via regia abducunt, ut ex oppoſitione ad מישור, Iſa. xlii. 16. Prov. x. 9. xxviii. 6. et aliis locis, apparet. In genere quidem ſignificat, quicquid a debita rectitudine in contrariam formam recedit, quod ſummè depravatum et perverſum eſt. Speciatim tamen hypocriſeos vitium notat, tum quod תמים et תם integritati et ſinceritati paſſim opponatur; tum quod hypocritae nec aequalitatem in actionibus obſervent, ſed variè devient; ſuis opinionibus et actionibus in ſe ipſi incurrant, ſeque implicent; ut Judaei, modo Deum, modo idola, colentes, et idololatriam verae religioni adjungentes. Utrumque illud, et pravitas et hypocriſis, hic omnino locum habet. Vid. Venem. not. ad Vitring. comment. in locum, p. 51.

(*k*) Vox פתלתל, etſi cum עקש conjungatur, Pſ. xviii. 27. paulo aliam tamen habet originem, et ſenſum paulo diverſum praebet. Enim פָּתַל, Arab. فتل, proprie notat torquere funem: Hinc,

a

3578. VER. 6. תִּגְמְלוּ Fovebitis, tantam vim corruptionis, tantamque perverſitatem et contumaciam pectore coquetis, 2 pl. m. fut. 1 ſp. A גָּמַל جمل prop. fovit: Hinc tribuit, retribuit. Vid. num. 2096 (*l*).

3579. נָבָל Prop. emarcidus ad omnem vigorem virtututis, ſapientiae; ſtultus, *q. d.* ſucco et omni vigore virtutis deſtitutus: *Fooliſh.* Notat hominem ita corruptum

a poteſtate funis vel fili contorti, nexi, vel neti, transfertur ad luctationem magnâ cum arte, et vehementiâ et robore conjunctam. Aſtutiae et fallaciae, quâ ſe invicem fallere et decipere ſolent luctatores, ſignificatio non tantum extat apud Arabes, ſed veſtigia ejus in ſcriptura reperiuntur, uti Job. v. 13. עצת נפתלים eſt *conſilium callidorum:* Sic ſumma ſapientia verbis ſuis ineſſe נפתל *verſuti* aliquod, ad fallendum callide excogitati, negat, Prov. viii. 8. Funis denique *torti* metaphora pro fortiſſimo notiſſima eſt.—Magnam igitur emphaſin habet vox פתלתל, populique ſummam perverſitatem ob oculos ponit, quâ ſe fortiſſima cum obſtinatione Deo, ejuſque praeceptis et conſiliis oppoſuit, eaque multis artibus, fictis hypotheſibus, eludere conatus fuerit. Notum praeterea eſt, ultimarum literarum duplicationem, quae ſuperlativi ſolet eſſe deſcriptio, emphaſin adhuc augere. Vid. Gram. p. 116.

(*l*) Hic Moſes, materiam ſive diſputationem pro divino jure ac cauſâ, a ver. 6. ad ver. 35. vel 36. exhibet; quam, recenſione beneficiorum a Deo in populum juxta promiſſiones foederis collatorum, delictorum adverſus haec beneficia commiſſorum, et judiciorum ob hæc crimina genti foedifragæ inflictorum, et infligendorum, defendit. Vox זאת *hoc*, valde emphatica eſt, et indigitat quaedam crimina atrociſſima, quae omnium deteſtationem merentur. Sic "*Stupete* coeli "על זאת ſuper tanto facinore! Jer. ii. 12." Sic, "Jehova, Deus "mi, ſi feci זאת tam horrendum nefas! Pſ. i. 4."—Vox גמל, Arab. جمل et غمل, proprie notat, *accumulate congeſſit ſuper aliquo ad fovendum et maturandum.* Ad *maleficia* tranſlata, ut hic, peccatorum pleniſſimam menſuram depingit, quae adeo accumulata et fota ſunt, ut malitiâ ſuâ jam ad maturitatem ſit adducta, et peccatores jam maturi ſint poenis, ut 1 Sam. xxiv. 18. "Tu *beneficia* "גמלתני *mihi accumulâſti, foviſti,* (inquit Saul ad Davidem) ita ut "crudum meum animum fere maturaveris, et ingratitudinem meam "expugnaveris; *ego vero,* (ſic pergit Saul) גמלתיך הרעה *accu-* "*mulate tibi congeſſi, vel fovi tibi malum,* et ad poenae maturitatem, "ſi fieri potuiſſet, adduxerim." Sic hicce locus intelligi poſſit, "An tot tantaque crimina fovebitis contra Dominum, ut poenae "maturae fiant graviſſimae? Sive an tam atrocia accumulabis in "Dominum, ut ipſius ira matureſcat, et vel invito extorqueatur "vindicta?"

ruptum ſuis vitiis, ut ſpiritualiter mortuus jaceat, tanquam mortuum cadaver. A נָבֵל نبل emarcuit (*m*).

3580. וַיְכֹנְנֶךָ Et diligenter obumbravit te, 3 ſing. m. fut. 3 ſp. cum aff. ךָ. A קָנַן كنن obumbravit a ſole: Hinc protexit, defendit. *To protect, to defend.* Alii volunt eſſe a כּוּן كان aptavit, diſpoſuit (*n*).

3581. Ver. 7. יְמוֹת Pl. a יוֹם dies. *A day.* A יָחַם يوم flagravit. Vid. num. 33.

3582. בִּינוּ Intelligite, 2 pl. m. imp. 1 ſp. A בִּין intellexit, ejuſdem originis cum בוּן بان. *To underſtand.* Alii volunt eſſe imp. 5 ſp. per aphaereſ. τοῦ ה. A בוּן.

3583.

(*m*) Aculeus eſſe videtur in voce עם haud leviter pungens; notat enim illa populum liberaliſſime inſtructum, nobilem. Sic ver. 21. "Gentes audiunt, לא עם *non populus,* ſed גוי נבל *gens ſtulta.*" Titulus עם hic, populum nobilem notat, Deut. iv. 19. ut idem ſit ac עם חכם populus ſapiens, ibid. ver. 6. Sic, "Profecto כי "אתם עם *quia vos populus eſtis; et vobiſcum peribit ſapientia,*" Job. xii. 2. vid. etiam Jeſ. xxvii. 11. Nonnihil acuminis eſt etiam in vocibus נבל et חכם, quae hic opponuntur: Vox enim נבל proprie emarcidus, ſucco vitali orbus; et populus נבל eſt, in quo vigor aut robur mentis nullum ineſt; aptiſſime reddita a LXX, μωρος, homo inſipidus et emarcidus; quem ſenſum etiam habet Matth. v. 26. Talis populus לא חכם eſt nihil minus quam firmus et compactus, ſapiens, ſed emarcidus, qui judicii et voluntatis robur perdidit, ita ut nihil recti intelligat aut amet. Vox etiam לא emphaſin auget; enim לא חכם eſt, in quo nulla ſapientiae mica eſt, qui conſiliis ſuis plane corruptus eſt. Sic ver. 17. hujus capitis, לא אלה ſunt in quibus nihil minus eſt quam divinitas, תועבות abominationes; et ver. 21. filii in quibus לא nulla eſt fidelitas. Sic 2 Sam. xxiii. 5. Domus mea לא כן nihil minus quam res firma; quae eſt vera verſio hujus loci.

(*n*) Hic ſequitur convictio exordium explicans; enumerat enim beneficia et maleficia hiſce oppoſita. Beneficia refert his tribus rebus: עשה fecit, elaboravit; קנה acquiſivit; et קנן protexit: "Annon "ille pater tuus, qui te ſibi acquiſivit, ipſe fecit te, et protexit te?" Vox עשה notat factionem, ſive inductionem et circumductionem populi in deſertum. In voce קנן obumbravit, reſpicitur columna nubis, quae caſtra obumbravit, et populum a ſolis aeſtu, aliiſque malis immunem, praeſtare ſolebat. Hancce ſignificationem קנן plane habere videtur Jeſ. xlv. 78. והוא כוננה *et ipſe obumbrat illam.* Sic Jeſ. lxii. 7. עד יכונן *donec gloria ſua obumbraverit Hieroſolymam.* Vid. etiam Pſ. lxviii. 10.

3583. Ver. 8. הַפְרִיד Separare faciendo, inf. 5 ſp. הִפְרִיד ſeparare fecit. A פָּרַד فرد ſeparavit (*o*).

3584. Ver. 9. חֶבֶל Prop. funis tortus. *A cord, a rope.* Hinc, 2. laqueus, *i. e.* funiculus aucupatorius. 3. Portio haereditaria agri. *i. e.* funiculus menſorius; quia ſolebant agros et poſſeſſiones haereditarias funibus dimetiri. *A portion of land meaſured by a line.* 4. Caterva uno filo ſive fune incedens. A חָבַל حبل prop. torſit, torquendo adſtrinxit.

3585. Ver. 10. וּבְתֹהוּ Et in deſerto, ex praef. ו et, ב in, et תֹּהוּ, Arab. تيه. In ſpecie notat deſertum iſtud magnum inter mare rubrum, Paleſtinam, et Ægyptum, quod patere dicitur 40 paraſangas in longum et latum; quod etiam deſertum Iſraelis vocatur. *A wild deſart.* A תָּהָה تها per terram vagatus eſt attonitus et errabundus.

(*o*) Verſus 7. et 8. referre videntur ad Gen. ix. 25. ubi Noachus, poſterorum fata explicans, ait, "Benedictus ſit Jehova Deus Semi, "et ſit Canaan ei in ſervum." Senſus genuinus cujus vaticinii eſt, ex poſteris Semi fore aliquos, quibus, prae caeteris mortalibus, Deus ſe revelaret, qui poſteros Canaanis, divinam meritos maledictionem, ſibi ſubjicerent in ſervitutem, terrâ illorum occupatâ. Hocce vaticinium implementum ſuum habuit in Abrahami poſteris, qui Phoenicem Canaanaeis, mandato et auxilio divino, eripuerunt. Ex hoc loco patere videtur, traditionem illam inter Noae poſteros, Semitas, fuiſſe conſervatam; Moſenque, in componendo Geneſeos libro, monumento illo patriarchali uſum fuiſſe, et potuiſſe hic cum fiducia dicere, "Roga patrem tuum, et indicabit tibi, et ſeniores, &c." In hiſce enim verbis, ad haec ipſa tempora, quibus monumenta exſtitere, provocat Moſes, quia, *ſcil.* tempore ſuo, eam rem pro teſtatiſſima habuerant. Ad Noachum, in cujus diebus contigerat diviſio gentium, provocatur, qui orbem terrarum, ſecundum voluntatem Dei, inſtar haereditatis, poſteris ſuis diviſerat; et qui fines populorum, *i. e.* terminos aliorum populorum, conſilio Dei circumſcriptos, ita conſtituerat, ut tum familiae peculiari Abrahami, excreturae in magnam multitudinem provideret.—Diviſio orbis verbo הנחל apte exprimitur; primigenia enim vis τ8 נחל نخل eſt, cribravit, ſecrevit farinam a furfuribus; Hinc, in Hiph. ſive 5 ſpecie, ſignificat, dedit in haereditatem, tanquam partem ſecretam aſſignavit in propriam poſſeſſionem. Diſperſio vero, quâ violenter quaſi a ſe invicem ſeparati et abſtracti erant, altero verbo הפריד egregie itidem repraeſentatur. Vid. Pſ. xxii. 15. Eſth. iii. 8. Vid. etiam Vitring. Comment. p. 74.

3586. יְלֵל Ejulatio. *Howling.* A יָלַל ولل, prop. vibrantem et tremulam vocem edidit, ululavit (*p*).

3587. יְסֹבְבֶנְהוּ Circumdedit, circumivit eum; 3 ſing. m. fut. 3 ſp. סוֹבֵב circumdedit, cum aff. et Nun epenthet. A סָבַב صبب circumdedit, circumivit. *To ſurround, to encompaſs* (*q*).

3588.

(*p*) Iſrael vocatur *funiculus haereditatis Dei*, a modo quo fines ſorti cuique tribui aſſignati fuere. Hic pingitur ſummus Dei amor erga poſteros Abrahami hiſce verbis, ver. 9. "Quia portio Jehovae "eſt populus ejus, &c." Redemit enim eos ex Ægypto, vindicavitque ſibi ut peculium. Haecce verba illuſtrantur a Plake, Pſ. lxxiv. 2. "Recordare coetûs tui, quem tibi olim acquiſiviſti; tribûs haeredi- "tatis tuae, quam redemiſti."—Magnâ arte et elegantiâ in hoc carmine pangendo uſus eſt auctor; magnâ cum emphaſi vocem מצא *invenire*, adhibet, quâ indicatur Iſraelitas in deſerto, tanquam oves errabundos, vagatos fuiſſe, adeoque tempore opportuno inveniſſe. Per deſertum deſignatur deſertum Arabiae Petrææ, quae vere pars eſt vaſti illius et terribilis, quae ab eo deſerta vocatur. Vox מדבר in genere notat *omnem regionem late patentem, in agros et arva non diſcretam*, ubi pecora agi poſſunt; ideo terram non ſatam, Jer. xi. 2. incultam in genere, hic ob oculos ponit. Aliae voces hic ſubjunguntur, quae tractus illius inculti attributa clarius explicant: Appellatur enim תהו تاه quod vaſtum et inordinatum ſit, adeoque viatores vagabundos reddat, et attonitos; etiam deſertum magnum et horrendum, Deut. i. 19. viii. 15. Terribilitatis ideam adauget vox ילל, quae ejulationem cum exclamatione, *vae mihi*, propriâ vi continet. Vox etiam ישמון deſertum denotans, ſolum pingit maledictum et infauſtum, ubi omnia horrent, et ſpinis et dumis plena ſunt; terram etiam ſterilem et infelicem, quod deſerti ſic proprie dicti, genuinum eſt criterium: Terra תלאבות arrida et ſiticuloſa, Hoſ. xiii. 5.

(*q*) Phraſis יסבבנהו Et circumivit eum, *And he encompaſſed him about*, uti verti debeat, et non circumduxit, uti vulgo redditur, inſpectionem patris aut paſtoris, curamque providentiae ſingularis, quâ Deus verſatus eſt inter Iſraelitas in deſerto ad illos conſervandos, et neceſſariis ſubſidiis inſtruendos, ne in vaſto illo eremo perirent, deſignat. Hoc recenſet Moſes a med. cap. xv. uſque ad cap. xix. Illud eſt quod Hoſea vult, "Ego te novi in deſerto, in terra ſiticuloſa," cap. xiii. 5. Vox יבוננהו et prudentem fecit illum, reſpicit legiſlationem, quâ, ut populi hujus rector, leges, ſtatuta, et judicia iis preſcripſit. Cura tenerrima, quâ Deus functus eſt erga Iſraelitas, exprimitur his verbis, "Conſervavit illum ut pupillam oculi:" Pupilla enim oculi cenſetur res omnium cariſſima, cui conſervandae quiſque ſummo ſtudio invigilat. Vid. Pſ. xvii. 8. Vid. etiam Vitring. in locum.

3588. וַיְבוֹנְנֵהוּ Erudivit eum, prudentem illum fecit, 3 ſing. m. fut. 3 ſp. cum aff. et Nun epenthet. A' בון بان prop. ſecuit: Hinc intellexit, *q. d.* acie ſecante ingenii diſcrevit interiora rei. *To underſtand* (*r*).

3589. VER. 11. יָעִיר Fervet nidum ſuum, *h. e.* ſuam pullitiem fervente complectitur amore, ardenti ſtudio complectitur

(*t*) Eſt in hoc poëmate, quod et in omni fere Hebraeorum poeſi obſervari poteſt, temporum nimirum ratio a vulgari conſuetudine saepius mutata. Hujus rei plerumque finis eſt evidentia, ſive in narrationibus vel deſcriptionibus illuſtrior rerum repraeſentatio. Itaque, omnibus linguis, cum in poeſi, tum etiam in oratione ſoluta, familiaris eſt eventuum ſive praeteritorum ſive futurorum in praeſenti tempore enuntiatio: Quo fit, ut quae verbis explicantur, ea quodammodo cernere videamur; nec tam retro reſpicere, aut in futurum providere, quam ante oculos poſita coram intueri. Sed in hoc genere, linguae Hebrææ peculiaris eſt ratio: Nam Hebraeorum verba nullam habent formam, quâ tempus praeſens imperfectum, ſive actio jam inſtans, proprie exponi poteſt; id fit per participium ſolummodo, vel per verbum ſubſtantivum ſubintellectum, quorum neutrum in hujuſmodi locis uſu multum obtinuit, aut ſemper commode admitti poteſt. Alio itaque modo eundem finem conſequuntur; nam evidentiae gratiâ futura ſaepe exponunt in temporis praeteriti, ſeu potius praeſentis perfecti formâ, quaſi jam peracta ſint, et eventum ſuum habuerint: Contra, praeterita in futuro enuntiant, quaſi jam agenda inſtarent, et ad eventum feſtinarent; ac prioris conſtructionis, nimirum ubi futura in praeteriti temporis forma exponuntur, et ratio et effectus exemplo propoſito facile ſentietur in ver. 5. "Corrupit illi "filios, non jam ſuos, ipſorum pravitas."——Eſt hic apud Moſen inſigne exemplum, ubi praeterita in temporis futuri forma enuntiantur; ימצאהו *inveniet eum in terra deſerta*, &c. *circumdabit eum, edocebit eum*, &c. Quae omnia, quanquam manifeſta, praeterita tamen in futuri temporis forma efferuntur. Quod anne ex eo explicari poſſit, quod Moſes ſeſe fingit in re praeſenti intereſſe, cum Deus populum ſuum a reliquis gentibus ſegregaret, atque inde tanquam ex ſpecula quadam contemplari, quid ex eo conſilio tum eſſet conſecuturum? Ita ſane nonnullis in locis ſeſe res habere videtur; ut in pſalmo hiſtorico Aſaphi nomine inſcripto plus ſemel, Pſ. lxxviii. 38. 40. Hujus etiam conſtructionis admodum elegans exemplum praebet Pſalmi civ. tota diſpoſitio. Vide etiam elegantiſſimam proſopopoeian matris Siſerae, Jud. v. 29. et allegoriam vitis ex Ægypto eductae, Pſ. lxxx. 9. 12. 14. et comparationem petitam ab aquilae paterna pietate et ſollicitudine in hoc ipſo Moſis cantico: Quorum omnium vim ſentiet credo attentus lector, ſed haud facile exprimet diligentiſſimus interpres. Vid. doctiſſ. Lowth. de Poeſi Hebraica, p. 136.

complectitur nidum ſuum, 3 ſing. m. fut. 5 ſp. A עָיר vel עור غار prop. aemulatus fuit; item *vigilavit* ſpeciatim cum aemulatione et affectu ardentiore. *To watch over with affection and carefulneſs* (s).

3590. יְרַחֵף Molli fotu, affectu incubat, 3 ſing. m. fut. 3 ſp. A רָחַף رخف mollis, tener fuit, Jer. xxiii. 9. molliter movit. *To move gently, tremulouſly; to brood.*

3591. אֶבְרָתוֹ Ala ejus, ex aff. ו et אֶבְרָה ابر; prop. punctio, ſive aculeata extremitas tum germinis, tum pennae pullulantis, ala firmior et major, qualis aquilae. *The wing or pinion of a bird.* Ab אָבַר ابر prop. pupugit, alâ forti praeditus fuit.

3592.

(s) Exhibet ſane haecce ſimilitudo petita ab aquila, flagrantem Dei in populum affectum, ferventſque ejus felicitatis ſtudium, ut vox עיר plane indicat; male enim redditur vulgo עיר excitavit nidum, nam tum tautologiae ſpecies eſſet; ſequitur enim vox רחף, quae proprie notat molliter incubuit; aquila enim molliter nido incubans pullos fovet. Vox praeterea יפרש, expanſionem alarum aquilae in pullos ſuos, ad eos tum fovendos, tum defendendos, notat. Æmulandi poteſtas optime huic loco convenit: Nihil enim frequentius eſt aemulandi notione in affectu Dei erga populum ſuum exprimendo, ut ex verbo קנא, ejuſdem plane ſignificationis ac עיר pluribus in locis occurrente, patet. Vid. Zech. i. 14. viii. 2. Ex omnibus etiam animalibus maximo ſtudio in foetus ſuos aquila exiſtit, ut teſtatur Ælianus. Hiſt. Animal. lib. II. cap. xl. "Ζηλοτυπωτατον δε εστι ζωον "αετος περι τα νεοττια." Vid. etiam clariſſ. Bochart. Hieroz. Hacce ſimilitudine optime ob oculos exhibetur ſub רחף illa tenerrima Dei cura, qua populum a ſe amatum, molliter tractavit et formavit. Sub voce יפרש, quae alis expanſis populum ſuſcepiſſe dicitur, longanimitas Dei qua mores ej. peccata ejus tulit, necnon defenſio qua eum tuitus eſt, et ab hoſtibus vindicavit, plane innuitur. Verba plane videntur complecti beneficia divina, propoſita ſub ſimilitudine curae et ſtudii aquilae erga pullos, et applicationem illius ſimilitudinis ad Deum, ut illi ſoli haec laus attribuatur. Sermo porro melius fluet, ſi de eadem perſona ſermo directe continuetur, "Ipſe circuit ipſum, "prudentem fecit ipſum, cuſtodiit ipſum ut pupillam oculi; ipſe "inſtar aquilae nidum ſuum aemulatur, &c." Et quia mox directe reſpicitur, hiſce verbis, "Ipſe יקחהו ſuſcepit ipſum:" In ſingulari numero ad pullos enim non pertinere, ſed ad populum Iſraelitarum, numeri diſcrepantia evincit. Accedit denique et alibi utrumque permiſceri, ut Exod. xix. 4. "Et portavi eos ſuper alas aquilarum;" Deut. i. 31. quo et aliae figurae ſimiles collineant, "imo ut nutrix "fovet

3592. VER. 13. תְּנוּבוֹת Pl. a תְּנוּבָה prop. fructus naturalis, ut cuique terrae ſua eſt indoles, germen; proventus continuo progerminans. *Increaſe, natural growth.* A נוב ناب germinavit.

3593. שָׂדָי Irriguus ager aut campus. *A watered field.* A שָׂדָה ثدا madefecit, rigavit.

3594. וַיֵּנִקֵהוּ Et ſugere fecit eum, 3 ſing. m. fut. 5 ſp. יִינְקוּ ſugent, 3 pl. fut. 1 ſp. A יָנַק ſuxit. *To ſuck.* Vid. num. 2128 (*t*).

3595.

"fovet lactentem," Num. xi. 12. "Cum Iſrael puer נער ferox et "rudis erat, complexus ſum ipſum." Hoc eſt illud τροφοφορειν, quod occurrit Act. xiii. 18. ad modum nutricis geſtare et tractare. Ver. 12. Deo ſoli vindicat, "Jehova ſolus duxit eum, et non erat Deus pe"regrinus." Phraſis על במותי *et vehet eum ſuper-celſa terrae*, notat munimenta, arces in editis locis, quae ab hoſtibus inſidentur. Vid. Deut. xxxiii 29. Pſ. xviii, 34. Habac. iii 19. Haec tantum ad terrae Canaanææ occupationem non reſtringuuntur, ſed et ad ſequentia tempora, quibus Judæi ſub Davide, et poſtea ſub Maccabæis, vicina quoque regna ſubjugarent, extendunt. Verſus igitur 11. ſic verti debeat Anglice; "As an eagle, with affection, watcheth over "her *young*, and cheriſheth, and ſpreadeth her wings over *them*, "*ſo* he took him, and bore him on his wings." Ver. 12. "Jehovah "alone did lead him, and there was no ſtrange God with him."

(*t*) Depingitur hic terra Canaanaea, uti opimum ac fertiliſſimum ſolum, omnium fructuum, qui ad generis humani uſum aut voluptatem ferax. Vid. Num xiii. 27. Deut. viii. 7. Melle agreſti abundabat: Hinc, mel e petra fluxiſſe dicitur; atque inde vocatur toties terra lacte et melle fluens. Neque montes Paleſtinae ſaxoſi omnes erant ſteriles, ſed vel arboribus inſignes, vel paſcuis aut frumento: Quo in Pſalmis alluditur, Pſ. lxxii. 16. Hinc montes Paleſtinae tantis evehuntur eulogiis.—Et Joſephus montes Samariae, eorumque fructus, maxime celebrat. Vid. Bell. Jud. lib. III. cap. ii. In ipſis petris, atque rupium fiſſuris, mel ſive dactyli inveniebantur. Vox דבש دبس in genere, vel dactylos, vel mel apum, ſignificat; circa Jerichuntem enim palmae plurimum mellis emittebant, non multum alio melle deterius, Joſepho teſte, uti ſupra, Pſ. lxxxi. 17. Neque aeſtus vehementior agros exurebat, ſed potius proventus promovebat: Fructus etiam hujus terrae, ficus, malogranata, vineta, aromata, calore hoc cocti matureſcebant, rore nocturno refocillati, Cant. v. 2. Quo alluditur in Pſalmos lxv. et cx. Vid. Mill. diſſertation. de Terra Canaanaea, p. 174.

3595. Ver. 14. כָּרִים Agni, pl. a כַּר agnus paſcualis, vel qui paſcitur. *A young ſheep.* A כָּרַר كرّ ſubſiliit. Alii volunt eſſe a כּוּר كار collegit in globum.

3596. כִּלְיוֹת Renes, *i. e.* interior pars ſive medulla tritici, ſive pinguiſſimum triticum. Additur *cum adipe renum tritici. With the fat of kidneys of wheat*, i. e. *the beſt and moſt nouriſhing wheat.* Vid. n. 2680 (*u*).

3597. חֶמֶר Vinum merum, *i. e.* quod ferbuit, et quod jam fervore ſuo defoecatum eſt: Hinc rubicundi coloris aeſtus, ſive aeſtuatio, quae prae reliquis coloribus effloreſcit. *Pure, red wine.* A חָמַר حمر efferbuit, rubuit aeſtu rubri coloris (*v*).

3598. Ver. 15. וַיִּשְׁמַן Et pinguis factus eſt, 3 ſing. m. fut. שָׁמַנְתָּ ſaginatus eſt, 2 ſing. m. praet. 1 ſp. A שָׁמֵן سمن pinguis fuit. *To be fat.*

3599.

(*u*) Clariſſ. Clericus temere hanc formam loquendi abſurdam pronuntiavit: Nam עם חלב כליות חטה proprie ſignificat, cum adipe renum tritici; non inepte enim renes cum adipe conjunguntur, nam adeps renum pro praeſtantiſſimo adipe, quo renes operti ſunt, ſumitur; et ſic *adeps* renum tritici eſt pingue triticum optimi generis, ſive farina optima granorum triticorum, quae prae ſe ferunt figuram teſticolorum et renunculorum. Haecce denominatio a turgendo ſumta eſt, et quidem per dulciorem ſuccum: Eſt enim hocce granum nobiliſſimum, et palmam ferens dulcedinis quaſi conditae, et per conditurам pulchre rubentis et turgentis: Hinc anſa ad ſublimem hanc figuram in hoc loco.

(*v*) Monent critici Arabum חמר حمر ſignificare, fermentari, fermenteſcere; indeque hoc vinum inſignitum eſſe, ideamque etiam rubedinis includere. Vina enim ſubruſa erant optima in terra Canaanæa, et ad ea hic reſpici, vel ex ſanguinis uvarum phraſi facile colligitur. Accedit etiam vocem ענב uvam praeſertim rubram, purpuream, ſignificare, uti obſervavit Cl. Schultenſ. ad Harir. p. 102—Bonitatis hujus terrae inſigne monumentum, erat vinum, quod cum oleo jungitur; hinc regio vinearum et olearum vocatur: Et nummi, Chaſmoneorum tempeſtate, literis Samaritanis cuſi, amphoram vini praeferunt. Ingentes erant botri, quod ex deſcriptione exploratorum patet. Generoſius erat album aeque ac rubrum vinum, dilutum, palato gratiſſimum, rubrum tamen albo praeferendum, cujus idcirco in ſacris literis toties laudatur; חמר enim praeſtantius vinum denotare videtur apud Jeſ. xxvii. 21. Vid. Mill. diſſertation. de Terra Canaanaea, p. 176.

3599. יְשֻׁרוּן Plane rectus, rectiſſimus, vel rectulus. Nomen populi Iſraelitici quaſi proprium. A יָשַׁר rectus fuit (*w*).

3600. וַיִּבְעַט Et recalcitravit, 3 ſing. m. fut. 1 ſp. A בָּעַט بعط prop. torſit, cum torſione movit, de jumento paſto laſciviente, et longius recedente, ſeſeque inſolenter gerente, proprie dici videtur, ex Arabicâ colligi poteſt: Hinc recalcitravit. *To kick through wantonneſs and high feeding* (*x*).

3601.

(*w*) Populus Iſraeliticus titulo ישרון inſignitur a primaeva rectitudine; titulus enim *recti*, eam populi conditionem moralem repraeſentat, quâ tum praeditus erat, cum beneficiis Dei ſaginatus eſt. Inſigne quoque acumen in eo eſt, cum rectus populus, tantis tractatus beneficiis, in tantam perverſitatem incidit, ut contra ipſum benefactorem ſe inſolentiſſime gerat. Simile habuimus ver. 5. 6. 9. Sic et Jeſ. xlii. 19. "Quis caecus eſt משלם ſicut perfectus, *ſcil.* "ſervus meus Iſrael." Denique, ſi quis reliqua loca perſpexerit, in quibus hoc titulo condecoratur populus, Deut. xxxiii. 5. 26. Jeſ. xliv. 2. primaevum et rectum populi ſtatum eo intelligi, facile inveniet.—Doct. Haſaeus reddit ישרון affluens opibus; ſed inſolita eſt vocis ישר pro *opum affluentia*, cujus exemplum vix reperiri poſſit: Praeterea, *Jeſchurun pinguis factus vix eſſe poteſt*; affluens opibus, dives factus eſt: Sed *rectus*, quibuſvis bonis cumulatus eſt, aptiſſime dicitur, quod opes in *rectum* populum collatae, eum pejorem efficere non debuiſſent, ſed meliorem: *Rectitudinis* etiam mentio ad crimen ingratitudinis aggravandum omnino neceſſaria.

(*x*) Vates, beneficiis in gentem collatis, opponit vitia et crimina animi ingrati foeda, quibus Judaei, legis foederis tranſgreſſi, turpiter fefellerunt fidem, Deo foederato, quin patri quoque, debitam, a ver. 15. uſque ad ver. 19.—In ver. 15. verba maximâ arte conſtructa ſunt: Eſt enim trina hic perſonae mutatio. Propoſitionem gravem tertiâ perſonâ continent. In una brevi ſententia ex abrupto ad Iſraelitas converſa, et ab iiſdem denuo averſa, oratio, admirabilem vim habet: "Fervida eſt, vehemens, aculeata, odii et indignationis "pleniſſima. Attendenda eſt hic poeſeos Hebrææ propria indoles: "Libera eſt, animoſa, fervoris et audaciae plena: Poeticam, quaſi "proprium quendam ſermonem eſſe, quo affectus loquuntur, exiſti-"mant Orientales; adeoque in eo ſermone, ſi omnia recte et or-"dinate exprimantur, ſi ad certas regulas anxie et ſtabiliter omnia "expendantur, id demum fore longe ineptiſſimum, omnique ſoleciſ-"mo multo abſurdius." Vid. doctiſſ. Lowth. de Poeſ. Hebr. p. 136. —Jeſchurun pinguis factus eſt, et recalcitravit; "Craſſius factus es, "obduxiſti

3601. עָבִיתָ Craſſus factus es, pinguefactus, 2 ſing. m. praet. 1 ſp. juvenca pinguefacta, nitens pinguedine ante oculos exhibetur. *To be thick, corpulent.* A עָבָה عبا (ult. Je) ſtipavit: Hinc, 2. pinguis fuit.

3602. כָּשִׂיתָ Opertus es adipe, 2 ſing. m. praet. 1 ſp. A כָּשָׂה opertus fuit, ſpeciatim pinguedine. (Apud Arabes كسا cibo repletus fuit.) *To be covered with fat.*

3603. וַיְנַבֵּל Et vilem reputavit, contumelioſe tractavit, 3 ſing. m. fut. 3 ſp. נִבֵּל vilem reputavit. A נָבַל نبل ſtultus fuit. Vid. num. 2409 (y).

3604.

" obduxiſti adipem, &c." Hic juvenca ante oculos habetur ſtipata, nitens pinguedine. Reſpicitur in voce יבעט defectio Iſraelitarum à Deo per idololatriam, ut vates ipſe mox metaphoram, ver. 16. et ſeq. explicat.——Clariſſ. Vitringa, doctiſſ. Coccei veſtigia premens, metaphoram hancce referendam eſſe ad tria tempora Judaeae gentis: Primum eſt, ſecundum hoſce viros celeberrimos, ſub judicibus uſque ad reges; alterum, ſub regibus ad exilium Babylonicum; tertium, a reditu ex exilio, et maxime poſt afflictionem ſub Antiocho Epiphane uſque ad Chriſtum, imo incluſis beneficiis gratiae per Chriſtum allatis. Sed trina verborum repetitio, ver. 15. quae anſam huic opinioni praebuiſſe videtur, ad ubertatem et emphaſin orationis liquido pertinet, et tum ſummum pinguedinis gradum, et varias ejus ſpecies, tum loquentis affectum vividiſſime exprimit, nullam diverſarum periodorum argumentum ſuppeditat: Nihil enim in poetarum et prophetarum ſtylo vulgatius eſt, earundem vel ſynonymorum vocum repetitione emphaticâ in oratione vehementi. Vid. Jeſ. v. 15. 19. Vid. etiam clariſſ. Venem. in not. ad Vitring. comment. in locum, p. 111.

(y) Vertit ſe Cauſidicus rurſus a populo ad teſtes et auditores, dum gentem Judaeam peragit turpiſſimi vitii, cujuſmodi illud ingrati animi; uti enim tria hic recenſentur beneficia Dei in Iſraelitas collata, ſic pariter tria maleficia illis beneficiis oppoſita. Primum eſt בעט recalcitrare, proprie de jumento paſto laſciviente, et longius recedente, ſeſeque inſolenter gerente, dici videtur. A Deo, ejuſque cultu et lege, deſcivit Jeſchurun, pro lubitu quaquaverſum ambulans, prae petulantiâ vagabatur in deſideriis animi, Deut. xxix. 19. Alterum, ויטש et deſeruit; eo enim cum tempore devenit, ut Deum penitus neglexerit, ſeſeque omni vinculo exſolverit. Vid 1 Chron. xi. 17. 2 Chron. xii. 1. Tertium eſt, ינבל et contumelioſe tractavit; curam Dei non ſimpliciter depoſuit Jeſchurun, verum turpiſſimo modo, et non ſine inſigni contumeliâ Dei, tum quod a lege et cultu Dei ad deteſtandum idololatriae genus deſciverit, tum quod ינבל Deum, petram ſalutis ſuae, uberem felicitatis fontem, pro emarcido et ſicco fonte habuerit, contumelioſe tractaverit, uti vox נבל proprie notat: Idem flagitium erat, ac quo filius patrem dicit נבל, Mic. vii. 6. Vid. Vitring. comment. p. 114.

3604. VER. 16. יְקַנְאֻהוּ Ad zelum provocabunt, 3 pl. m. ex aff. הו et אֲקַנֵּא 1 ſing. fut. 5 ſp. A קָנָא قنا zelotypiâ arſit. *To be jealous.* Vid. num. 3148 (z).

3605. VER. 17. שֵׁדִים Pro שֵׁדִּים prop. deſtructores, vaſtatores, daemones, pl. a שֵׁד daemon, *q. d.* vaſtator. *A demon, a deſtroyer.* A שָׁדַד سدد vehementi cum impetu incurſavit, vaſtavit (*a*).

(*z*) Peregrini זרים, *ſcil.* אלהים dii, idem notat quod אל נכר, ver. 12. Hi dii peregrini contradiſtinguuntur deo patrio, ſive illis diis quos indigetes, deos patrios vocari Latini ſolebant. Erant autem dii patrii proprii cujuſque gentis a majoribus culti; ut Carthaginienſibus, Juno, Mars; Romanis, Minerva; Athenienſibus, Hercules Tyrius. Sic Jer. xi. 11. "Tranſite ad inſulas Citteorum, aut Kedarenos, et percunctemini an gens ulla mutaverit deos ſuos, licet dii non ſint." Hos deos, ut tutelares, gentes reſpiciebant: Sic itaque Deus diis gentium ſe contradiſtinguit, ut Deum patrium, tutelarem et foederatum, Ezech. xvi. 32. quem cum his mutare non poterant, niſi cum ſumma injuria et dedecore. Quodque magis horrendum erat, cultus earum gentium turpiſſimus erat, et ab omni ſana ratione alienus; quia pleraeque harum gentium homines Molecho ſive Soli conſecrabant per mortem; ſacraque Veneris, ſpurciſſimis et impuriſſimis ritibus, libidinem incendentibus, celebrabant: Quamobrem, Milcom Ammonitarum, Camoſch Moabitarum, Aſtarte Zidoniorum, dii, paſſim in hiſtoria ſacra, שקוצים ſive תועבות deteſtabilia vocabantur. Hoc fecerunt Iſraelitae tempore judicum; ſic expreſſe dicitur, Jud. iii. 7. "Et fecerunt malum in oculis Domini, et obliti ſunt Jehovae Dei ſui, et coluerunt Baalim et Veneres."

(*a*) Dii gentium שדים deſtructores jure vocantur, quorum cultus cultoribus non proderat, ſed noxam adferebat, domoſque eorum vaſtabat, quales erant Baalim, Molech, Milcom, Hercules Tyrius, quorum cultui, Ephraimitæ ſub Achabo, et Judæi ſub Achazo et Manaſſe, addicti erant, ut ſacra hiſtoria teſtatur. Huc alluditur Pſ. cvi. 37. 38. "Et ſacrificârunt filios, et filias ſuas לשדים daemonibus, deſtructoribus, &c." Vid. etiam Ezech. xx. 26.—Eſt vero ſingularis emphaſis in tota hacce pericope, ſacrificârunt שדים daemonibus, qui שעירים appellantur, Levit. xvii. 7. et Jeſ. xiii. 22. Sunt enim שדים et שעירים iiſdem infauſti ſpiritus *nigri* et *piloſi*: Hoſce opponit τῷ אלהים numini venerando, omnique cultu digno et proſequendo; et לא אלה non Deo, in quibus nihil minus fuit quam divinitas. Patres eos tanquam שעירים, quos *horreas* verius quam *colas*, non tanquam אלהים adorationis et reverentiae objectum, quae vocis propria emphaſis eſt, reſpexerunt, nec tamen eos, licet tales שעירים, horruerunt.

3606. קָרוֹב Propinquus. *Near.* A קָרַב appropinquavit.
3607. שְׂעָרוּם Prop. horruerunt eos, timuerunt eos, 3 pl. m. praet. 1 ſp. A שָׂעַר شعر timuit.
3608. VER. 18. תֶּשִׁי Pro תְּשִׁי Cum Jod paragog. et omiſſo Dageſch, pro תְּשֶׁה obliviſceris, 2 ſing. m. fut. 1 ſp. Vulgò a נָשָׁה oblitus eſt. *To forget.* Potius vero eſt 2 ſing. m. fut. 1 ſp. A שָׁיָא ساء malam de eo concepit opinionem. *To conceive a bad opinion of one.* Vel poteſt eſſe a שָׁוָה سوى miſſum fecit.
3609. מְחֹלְלֶךָ Formator tuus, part. 3 ſp. cum aff. ךָ. A חוּל حال prop. torſit vertendo: Hinc, metaphoricè, formavit. Uſurpatur de figulo qui torquet maſſam.
3610. VER. 19. כַּעַס Indignatio, aegrimonia. *Wrath.* A כָּעַס indignatus eſt. Vid. num. 3374 (*b*).
3611. VER. 20. תַּהְפֻּכוֹת Pl. a תַּהְפֻּכָה perverſio ſui ipſius, ſubverſio. *Perverſeneſs.* A הָפַךְ ſubvertit.
3612. אֵמֻן Et אֵמוּן Fidelitas, ſtabilitas. *Faithfulneſs: ſtability.* Ab אָמַן firmus fuit.
3613. VER. 21. בְּהַבְלֵיהֶם Cum vanitatibus eorum, ex praef. בְּ, et aff. הֶם, et הֲבָלִים pl. a הֶבֶל vapor, cito evaneſcens. 2. Vanitas, res vana et inanis. *A vapour, vanity.* A הָבַל هبل evanuit (*c*).

3614.

(*b*) Pars tertia cantici incipit a ver. 19. et finitur ver. 27. quae enarrationem ſententiae judicialis a Deo in degeneres filios late complectitur; et quatuor membris abſolvitur: Primo, ver. 19. affectionem Dei erga populum, tam graviter delinquentem, enarrat; ſecundo, ver. 20. conſilium de noxiis pro merito ſuo puniendis, poſt contemptum tantae clementiae et longanimitatis; tertio, geminum ſupplicii genus, quorum alterum ſpiritualia, alterum temporalia, ſpectat, ver. 21.—25; quarto, gradum poenae, ſive ſeveritatem ejus et temperamentum, ver. 26. 27.

(*c*) Verba vatis continent culpam et poenam, *illi me ad zelum provocârunt*, per לא אל *non deum*, nihil minus quam deum, ſed הבלים *vanitates*, quae nihil habent virtutis aut roboris, ut אל *ego Deus fortis*; ſed *vapor* et *halitus*, quae vocis הבל vera eſt ſignificatio. Sic de idolis Jeſ. xli. 29. *ventus* et *vanitas*. Vid. 1 Sam. xii. 21. Sed alia elegantia ſermonis obſervanda, quemadmodum לא אל et לא עם ad ſe invicem reſpiciunt: Sic הבלים et גוי נבל *vanitates* et *gens ſtulta* inter ſe conferendae ſunt: הבל *vaporem*, rem leviſſimam,

3614. VER. 22. קָדְחָה Emicuit, proſiluit cum impetu et vehementiâ, 3 ſing. f. praet. 1 ſp. A קָדַח قدح terebrando vel tundendo ignem e fomite elicuit, excuſſit ignem, accendit. *To ſtrike fire, to kindle* (*d*).

3615. תְּלַהֵט Inflammabit, 3 ſing. f. 3 ſp. A לָהַט لهط uſſit, ardente afflatu icit. *To ſcorch, to burn vehemently.* Vid. num. 406.

3616. מוֹסְדֵי In ſtat. conſtr. pro מוֹסָדִים pl. a מוֹסָד, i. fundamentum, pars aedificii inferior. *A foundation.* A יָסַד وسد prop. ſubſtravit: Hinc fulcivit.

3617.

mam, dicit, quae nihil habet ſolidi: נבל proprie *emarcidum* denotat, in quo nihil roboris vigorisve eſt. Idola erant הבלים, ſi cum Deo אל comparentur; gentes גוי נבל, ſi ad Iſraelitas referantur. Gentes meritò titulo populi ſtulti inſigniuntur, cauſâ abſurdae ſuperſtitionis et idololatriae, cui maximè deditae erant. Aſſyriorum et Babyloniorum idololatriam foedam admodum fuiſſe teſtatur ipſe Herodotus, lib. I. Syrorum et Phoenicum ſpurciſſimos ritus in religione, praecipue in cultu Veneris, omnes hiſtorici notant. Romani, licet eſſent populus civili prudentiâ excultus, omnium gentium in foeda plurium deorum idololatria, eaque ſtulta et inſana, ſuperſtitioſiſſimi fuerunt, uti ex gentis hiſtoria patet. Per has autem gentes, Deus Judaeos provocando, dicitur ſecundum legem talionis acturus eſſe ad zelotypiam et aegritudinem animi, illas vocando per verbum evangelii ad veram notitiam et fidem Dei Iſraelis, eaſque aſſumendo in filios et foedus, ut adeo Abraham in gentibus acciperet multos filios, Hoſ. i. 10.

(*d*) Hic vividiſſimis coloribus vehementia ſermonis irati, cum quâdam majeſtate orationis: "Certe ignis proſilit in vel per naſum "meum, perque eum erumpens, ardebit ad orcum infimum, ita ut "effecta ejus non tantum conſpicientur in terra, ſed et infra terram, "ut in internecione Hieroſolymae; et inflammabit fundamenta "montium, *hoc eſt*, montes ipſos loco ſuo movebit." Hoc implementum ſuum habuit per Romanos: Montes per Titum et Hadrianum ſunt complanati. Infra terram exiiterunt effecta juſtitiae divinae, vid. Joſeph. Hiſt. Bell. Jud. lib. VII. cap. 18. ubi miſerabilem urbis deſolationem ad vivum repraeſentat; peſtemque, gladium, famem, feras, ſervitutem, quae infelices et miſeros preſſerunt. Judaei ipſi palam fatentur ea quae hic praedicuntur, emphaticè in clade Romana impleta fuiſſe: Qua de re videatur Moſes Nachmanides apud Maſium in annotationibus ad hunc locum. "Et אספה corradam ſuper eos "mala, vel radere faciam ſuper eos mala, ad modum tempeſtatis, "undique aggeram, et conquiſita effundam, et *tela mea conſumam* "*in eos.*" O infandum et horrendum dictum! Quot enim ſagittis repleta eſt divina pharetra!

3617. VER. 24. מְזֵי Prop. exſucti, extracti, emaciati, et emedullati fame, quos fames rabida ad medullas uſque exſuxit, pl. in ſtat. conſtr. a מָזֶה exſuctus, extractus, emaciatus. *Emaciated.* LXX reddiderunt τηκόμενοι. A מָזָה, Arab. مسي et مذي, extraxit: Vel potius a מָצַץ, Arab. مزز et مصص ſuxit, exſuxit, ſugendo expreſſit.

3618. לְחֻמֵי Abſumpti, in regimine pro לְחֻמִים pl. part. paſſ. לְחוּם comedere, inf. conſtr. 1 ſp. A לָחַם لحم comedit. Vid. num. 2105.

3619. רֶשֶׁף Vibramen coruſcum, coruſcatio, *ſcil.* fulminis. *A quick, rapid, brandiſhing, penetrating motion; lightning.* A רשף vibravit (*e*).

3620. קֶטֶב Venenum exitiale. *Deadly poiſon.* Sic קֶטֶב מְרִירִי eſt potio amarulentiſſima, felle venenato temperata. A קָטַב قطب prop ſcidit, ſecuit: Hinc apud Arabes, miſcuit et diluit vinum, *q. d.* ſecare aquâ alioque liquido mixto (*f*).

3621. מְרִירִי M. amarulentus. *Very bitter.* A מְרִיר amarus. A מָרַר مرر amarus fuit.

3622. זֹחֲלֵי Serpentes; prop. latitantes in pulvere. Sic ſerpentes deſcribuntur a latitando in pulvere. *Serpents*

(*e*) Quidam interpretes reddunt רֶשֶׁף ardens lues, quae omnem ſuccum exhaurit, nihilque relinquit; lues eſt variae ſpeciei. Vid. Pſ. xci. 6. *The vehement heat or flame of raging fevers or calentures.* Scripturae vero loca in quibus reperitur, *tremulae vibrationis* in igne et fulmine ideam exhibent: Job. v. 7. "בְּנֵי רֶשֶׁף Altum volant " coruſca utique vibramina ignis, ſeu filiae coruſcationis, ſcintillae." Sic Pſ. lxxvi. 4. רשפי קשת ſunt fulmina arcûs, ſeu ejus vibramina, *i. e.* tela inſtar fulminum.—Cant. viii. 6. "רִשְׁפֵּי אֵשׁ Coruſcatio- " tiones ejus (amoris) ut vibramina ignis."—Habac. iii. 5. " Ante " ipſum prodibit דבר peſtis, et egredietur ad pedes ejus רֶשֶׁף vi- " bratio coruſca ſeu fulmen:" Fulguratio enim et majeſtatis divinae ſignum eſt, et hoſtium conſumptrix. Sic Pſ. lxxviii. 48. " Tradi- " dit grandini armenta ipſorum, et paſcua ipſorum לָרְשָׁפִים fulmi- " nibus coelo lapſis." Sic hic לְחֻמֵי רֶשֶׁף ſunt comeſti fulguratione, velut qui ſiderati, et fulmine tacti, tabeſcunt.

(*f*) Phraſis קֶטֶב מרירי notat potionem amarulentiſſimam, felle venenato temperatam: Vox enim קֶטֶב قطب apud Arabes ſignificat,

Serpents lurking in their holes. Pl. m, part. 1 ſp. A זָחַל (Arab. زحل) receſſit, ejuſdem originis cum דחל دحل foveam terrae intravit, et quidem ſupernè anguſtam, infernè latam, recepit ſe, continuitque in latibulo.

3623. VER. 25. בָּחוּר Juvenis electus. *A young man, choſen youth.* A בָּחַר بحر elegit.

3624. VER. 26. אַפְאֵיהֶם Exſcindam eos, 1 pl. fut. 1 ſp. cum aff. הֶם. A פָּאָה, Arab. فاى, exſcidit: *To cut off.* Vulgo diſperſit in angulos (*g*).

3625. VER. 27. יְנַכְּרוּ Ne omnimodo abnegarent: prop. ignotâ et alienâ ſpecie induerent, 3 pl. m. fut. 3 ſp. נָכַר, Arab. نكر in 3 conjug. fecit ut quid cognoſci non potuerit, ſpeciatim ignotâ et alienâ ſpecie induit: Transformavit de meliore in deteriorem formam, 1 Reg. xiv. 5. *To make a thing appear different from what it really is; to deny, or to refuſe to acknowledge the true ſtate of a matter.* A נָכַר نكر prop. diſtinxit, diſtincte notavit: Hinc agnovit. Etiam diſpunxit:

ficat, miſcuit et diluit vinum: Hinc ad amarulentas et venenatas potiones transfertur. Solet etiam vox מרירי in felle venenato ſpeciatim frequentari, ut Job. xx. 14. "מרורות פתנים eſt amaror aſpidum," vid. ver. 25. et cap. xvi. 13. ubi *fel* notat. Sic etiam ver. 32. hujus capitis, "אשכלות מררת Botri amarorum, et "ענבי רוש uvae venenatae, conjunguntur.

(*g*) Aben Ezrâ judice, verſio אפיהם *diſpergam eos in angulos*, minus cohaeret cum ſenſu: Relegatio enim ad extremos angulos non extinguit eorum memoriam, ſed eos omnium hominum oculis exponit. Aben Ezra, ex ſenſu, ait exponendum eſſe אכריתם exſcindam eos. Verba innuere videntur, Deum aboliturum ſtatum tum politicum tum eccleſiaſticum; et vox אפיהם exſcinderem eos, innuit, quod Judaei partim trucidarentur, partim in omnes partes ſciſſi diſſeminarentur, ipſaque reſpublica exſcinderetur. Radix enim פאה فاى exponitur per قطع, ſcidit, exſcidit; et notat ejuſmodi *ſciſſionem* quâ partes quaquaverſum in omnes partes diſſiliunt. Dubitandum non eſt, quin apud antiquos פאה illam exſcindendi ſignificationem habuerat, atque inde פאה angulus eſt; ut מקצע itidem angulus; a קצע ſeu قطع ſcidit, praeſcidit; quod per فاى Arabes declarant.—Chaldaica verſio reddit etiam אשיצנן *exſcindam eos.*

diſpunxit: Hinc notâ aliquâ afficere, quâ quid repudiendum eſſet: Hinc repudiavit, pro ſuo non agnovit, abnegavit tanquam incognitum plane, et non ſuum, vid. Jer. xix. 4. alienavit. Vid. n. 1905 (*b*).

3626.

(*b*) Deus, ver. 26. dixerat ſeſe exſciſſurum eſſe eos, et deleturum memoriam eorum, ſeu reipublicae et ſocietatis, niſi כעס aegritudinem vel arrogantiam hoſtium (ait Deus) veritus eſſem, ne hoſtes illorum ינכרו' omnimodo abnegarent, vel ignota et aliena ſpecie inducerent, et meam potentiam alteri attribuerent, cui non eſt potentia; et arroganter dicerent, "Manus noſtra eſt elata, et non Jehova haec "omnia fecit." Scelera Judaeorum, ante exilium Babylonicum, tale excidium meruerant; ſed Deus iram temperavit, et magis in opportunum tempus cladem Judaeorum diſtulit; quo *ratio* quae iram Dei inhibuit tempore exilii Babylonici, amplius non exſtaret. Oeconomia enim Veteris Teſtamenti finem ſuum tempore excidii eorum per Romanos aſſecuta erat; novusque ex Judaeis et gentibus eſſet collectus populus, qui eccleſiam Dei conſtituebat: Obtrectatio itaque potentiae et fidelitatis Dei, ac ſi idola vero numine eſſent fortiora, locum talem non habebat, quem habuit tempore exilii Babylonici: Eo enim tempore, interrupta fuiſſet œconomia vetus, quæ nunc ad finem perducta fuit. Si respublica Judaica nondum fuiſſet reſtaurata poſt exilium Babylonicum, cum Dei populo actum fuiſſet; ſed ultimo excidio novus jam veteri ſucceſſerat Dei populus. Primo tempore, gentes, victoriam de Judaeis reportatam, ſuis idolis vindicare potuiſſent; non poſteriore, quia Romani Deo ipſo Judæorum adſcripſerunt: Hi enim non dixerunt, "Manus noſtra eſt excelſa, non Jehova fecit "hoc:" Confeſſi ſunt enim Romani, Jehovam, Deum Judaeorum, populum ſceleratum in manus ſuas tradidiſſe.—Sic Titus apud Joſeph. Bell. Jud. lib. VI. cap. 9. "Συν Θεῷ γ' επολεσαμεν, εφη, και Θεὸς "ἦν ὁ τῶν δε τῶν ερυμάτῶν Ιυδαιυς καθελων: Deo, (inquit) favente "bellavimus, qui Judaeos ex iſtis munimentis detraxit." Addit idem Joſephus, "Επει χειρες τε τῶν ανθρωπῶν, η μηχαναι τι προς τουτυς "τυς πυργυς δυνανται: Quid enim manus hominum, vel machinae "potuiſſent contra haſce turres?"—Verſus 26. itaque ſic reddi debet: "Dixi, exſcinderem eos, delerem inter homines memoriam "illorum;" verſus 27. "Niſi inimicorum arrogantiam veritus "eſſem; ne hoſtes illorum ignota et aliena ſpecie haec induerent; "ne dicerent, "Manus noſtra eſt excelſa, et non Jehova haec om"nia fecit." Anglicè, "I ſaid, I would cut them off, I would "make the remembrance of them to ceaſe from among men;" ver. 27. "Were it not that I feared the arrogance of the enemy; "leſt their adverſaries ſhould alienate their ſucceſs from me, (or "aſcribe their ſucceſs to themſelves); and leſt they ſhould ſay, "Our hand is high, and Jehovah hath not done all this."

3626. VER. 28. עֵצוֹת Pl. a עֵצָה prop. plexus, connexio rerum : Hinc conſilium. *Counſel.* A עָץ, ﻋﺾ, plexuit, connexuit res inter ſe : Hinc conſuluit (*i*).

3627. VER. 29. לְאַחֲרִיתָם Ad extremum ſuum, *i. e.* ad extremum calamitatis ſuae ſtatum, ex aff. ם, et praef. ל, et אַחֲרִית finis, poſtremum. *Latter ſtate, condition.* Ab אָחַר moratus fuit (*k*).

3628. VER. 30. הִסְגִּירָם Colligatum tradidit in poteſtatem alterius, praet. 5 ſp. A סָגַר ﺳﺠﺮ prop. clauſit ligno collari injecto, ligno collum conſtrinxit: Hinc, apud Ezech. xix. 9. סוּגַר ﺳﻮﺟﺮ lignum collare; ſeu

(*i*) Pars quarta materiae hujus cantici, defenſionem cauſae Dei in judiciis quibus Judaeam gentem proſecuturus eſt, continet, a ver. 28. uſque ad ver. 35. Ultimum judicium vel clades proponitur, ver. 20. 21. Ejus praeludium erat in exilio Babylonico, quodque eo tempore rationibus providentiae nondum conveniebat, illud plene exſequi, ne hoſtibus anſa praeberetur, illud in Dei dedecus rapiendi, licet jam tum fuiſſent commeriti. Hic, a ver. 28. depingitur maxima induratio et excaecatio Judaeorum : " כי גוי אבד Profecto gens errans, " vagans conſiliis, ſtulta, quae a mentis ſanitate alienata eſt," uti extat apud Jer. iv. 9. Et populo, qui ſuperioribus calamitatibus nihilo prudentior factus erat, certo certius infligendum praedicitur; ipſaque judicii extremi executio juſtificatur inde ad finem cantici; hoc ordine : Primo, praemittitur votum, quo ipſis prudens animadverſio futuri judicii optatur, ut ſi forte illud avertant, ver. 28. 29. Quod cum neglexerint, etſi illud facile praevidere, et a ſe amovere potuiſſent, ſibi perniciem ſuam imputare deberent, et Deum abſolvere ab omni culpa. In ver. 30. 31. plane indicatur, rationem, quae Deum, ſuperiore tempore, ab executione decretoriae ſententiae, deterruerat, ultimo tempore non exſtituram eſſe. Denique, a ver. 32. juſtitia et neceſſitas judicii infligendi ab horribili corruptione Judaeorum defenditur.

(*k*) Vox אחרית hic plane, extremum calamitatis ſtatum, notat. Eadem phraſis occurrit in ver. 20. et dixit, *occultabo faciem meam ab ipſis, et videbo quis ſit exitus eorum futurus ;* ubi plane innuitur, illud nunc imminere, quod Deus primo mox judicio ſe effecturum negaverat, quoniam ſuperiore judicio meliores non eſſent facti : Cum enim ipſis voveatur, utinam attenderent לאחריתם *ad extremum ſuum ;* eos animum non advertiſſe, adeoque non praevertiſſe ultimum excidium, innuitur. Ipſa porro judicii deſcriptio, ver. 30. nos plane ducit ad ultimam reipublicae deſtructionem, quae finem veteri oeconomiae imponeret.

ſeu ferrum quod collo ferae injicitur. 2. Colligatum tradidit in poteſtatem alterius, tanquam mancipium vel mortis reum publicè tradidit (*l*).

3629. Ver. 31. פְּלִילִים Pl. a פְּלִילִי arbiter, judex. *A judge, an arbiter, one who has the power of deciſion.* A פָּלַל فلل ſecuit, decidit lites. Vid. num. 1998 (*m*).

3630.

(*l*) Judaei non ſimpliciter venditi fuerunt, ſed ipſi, tanquam collari conſtricti, judiciis Dei undequaque concluſi, Romanis traditi ſunt, idque non honeſtè, ſed cum publica nationis Judaicae contumelia et proſtitutione, quod clariſſime Deum hunc populum repudiaſſe indicabat. Unde patet, extremum excidium a Romanis hic vividiſſime depingi, quippe quia Deus populum ſuum non tantum tradiderit in manus hoſtium, ſed juri ſuo, quod in eum habebat, fere renuntiavit, eumque publica, eaque inſigni contumelia, a ſe expulit, ut totus terrarum orbis perſpicere potuerit, hunc populum eſſe irae divinae ae odii objectum. Ut ergo vana tum Judaeorum fiducia refutaretur, tum Paganis eriperetur anſa judicia Dei in contumeliam vertendi, duobus his verſibus id agitur, ut quam clare manus Dei populum tradentis pateſiat. Ultimum enim excidium ita adminiſtrabatur, ut clariſſime appareat, Judaeos a Deo fuiſſe exitio devotos. Niſi enim ab ipſo Deo abjecti, et terrore divino perculſi fuiſſent, quomodo contingere potuiſſet, ut *unus hoſtium eorum perſequeretur millenos, et duo fugarent decies millenos?* niſi *rupes eorum vendidiſſet eos, imo Jehovah eos concluſos tradidiſſet?* In hoc ratiocinio, alluditur ad promiſſa et interminationes Judaeae genti factas, Levit xxvi. 7. 8. futurum eſſe, ut quinque ex iis *centum fugarent*, et *centum myriadem perſequerentur*, vid. cap. xxviii. 7. 25. et, e contrario, ſi eorum conſilia Deo diſplicerent. Cum Titus Hieroſolymam obſideret, aliquot centena millia Judaeorum in urbe concluſa erant, quae copias Romanorum longe ſuperabant: Tempore Hadriani longe Romanis numeroſiores erant. Titus ſuo exemplo veritatem hujus ratiocinii confirmat; ipſe enim diſertè confeſſus eſt. Inſignis eſt locus Philoſtrati de vita Apollonii, lib. VI. cap. xxix. ubi narrat, cum finitimae gentes ad eum coronas mitterent ob debellatos Judaeos, eas quidem non repudiaſſe, quin aſſumſiſſe, ut ex Joſepho conſtat, ſed indignum ſe confeſſum eſſe, quippe qui irae Dei inſtrumentum fuerit; "ὁ δὲ ουκ ἤξιου ἑαυτὸν ταυτου; μη "γαρ αυτοις ταυτα εργασθαι, Θεῷ δε οργην φηναντι επιδεδωκεναι τας "ἑαυτου χειρας; ipſe ſe tali non dignum honore cenſuit; neque e-"nim ſe ea effeciſſe, ſed Deo iram demonſtranti manus tantum com-"modaſſe" Vid. Venem. not. ad Vitring. comment. in locum, p. 179.

(*m*) Hic praedicitur quod novus eo tempore populus, ex Judaeis primo, dein gentibus collectus, a carnalibus Judaeis, tanquam Dei hoſtibus,

3630. VER. 32. שַׁדְמוֹת Pl. in regim. a שְׁדֵמָה ager, arvum, prop. aduſtum, torridum. *A field.* A שָׁדַם سدم aduſſit, peruſſit.

3631. מְרֹרֹת Pl. a מְרֹרָה amaritudo. *Bitterneſs.* A מָרַר amarus fuit.

3632. VER. 33. פְּתָנִים Pl. a פֶּתֶן aſpis, morſu venenato adurens. *An aſp.* A פָּתַן فتن aduſſit.

3633. אַכְזָר Prop. maximus pertractor, violentiſſimus et implacabilis hoſtis. *An implacable enemy.* Eſt formae comparat. et ſuperlat. cujus indicium eſt א, quo nihil frequentius eſt in linguâ Arabicâ. Vid. Gram. p. 116. A כָּזַר كسر fregit, perfregit (*n*).

4 A 3634.

hoſtibus, et non amplius populo ejus, ſeparatus, et ab iis afflictus: Qui ſeſe, tanquam veram nunc Dei eccleſiam, Judaeis impiis a Deo rejectis, opponunt; et de ſe in prima perſona loquitur hiſce verbis: "Quia non eſt, ut petra noſtra, rupes ipſorum." Nec alienum eſt ab eorum conditione ſalutare votum quod occurrit in ver. 29 ut ex Chriſti exemplo, Luc. xix. 42. et Pauli, Rom ix. 2. aliorumque, conſtat. Judaei rupem ſuam in filio repudiato, et flagitioſe tractato, publice abnegaverunt. Et revera rupes ipſorum eos non tradidit, niſi poſtquam ab ipſis repudiata eſt, et rupes ipſorum eſſe deſiit. Hic maniteſte reſpicitur ad rationem, quae Deum in excidio Babylonico a totali populi extirpatione abſterruerat; nunc vero non amplius impediret, cum rupes Iſraelitarum in novo populo illuſtriore longe modo demonſtraretur ipſis adverſariis, Romanis *ſcil.* gentibus, quorum calumnias antea metuerat, פְּלִילִים arbitris factis, id conſeſſuris. Nec deſunt exempla, quibus, ob cauſae evidentiam et juſtitiam, ad gentes provocatur, ut Deut. xxix. 24.

(*n*) Vox כָּזַר كسر notat in origine, vim perrumpentem et perſtringentem, cui nihil reſiſti poteſt, quae retundi nequit: Hinc profligavit. Hanc poteſtatem nonnulla ſcripturae loca omnino requirunt, "Converſus mihi es, (dicit Deo) לְאַכְזָר in perfractorem inflexilem, "et cui reſiſti non poteſt, Job. xxx. 21." Sic "לֹא אַכְזָר Nemo "tantus profligator eſt, qui terribilem illam beſtiam excitare audeat, "Job. xlii. 2 vid. etiam Prov. v. 9." Perſae et Medi Babylonios "profligaturi, audiunt אַכְזָרִי perfractores immanes, qui nullius miſerabuntur, inflexiles, Jer. l. 42." Vox ſubſtantive uſurpata, ipſam contritionem ſaeviſſimam denotat, Jeſ. xiii. 9. et Prov. xii. 10. unde immanitatis et ferocitatis poteſtas fluxit.—Cum itaque *aſpidum venenum* hic אַכְזָר appellatur, ejus penetrantiſſima et exitialis vis, quae omnia perſtringit, et ſummo cum dolore enecat, emphatice exprimitur,

3634. Ver. 34. כָּמֻס Reconditus, part. paſſ. 1 ſp. A כָּמַס كمس prop. ſtrictius colligavit: Hinc collegit, recondidit. *To lay up in ſtore* (*o*).

3635. Ver. 35. שִׁלֵּם Retributio, compenſatio. *Recompence.* A שִׁלֵּם retribuit.

3636. אֵידָם Exitium eorum, ex aff. ם et איד, prop. moles praegravans: Hinc vapor. 2. Grave infortunium, calamitas gravi mole. *A grievous calamity, deſtruction.* A אֵיד آد praegravavit (*p*).

3637.

primitur; ita ut LXX verterint, θυμος ασπιδων ανιατος, vulgat. *venenum aſpidum inſanabile.* Nec opus eſt ſtatuere eos legiſſe אין זר non eſt curatio, quae ſummi Bocharti eſt conjectura, Hieroz. P. II. lib. iii. cap. 5. Vid Venemae not. in Vitring. p. 197.

(*o*) Vox כמס metaphorice ſignificare videtur ea quae in theſauris recondita ſunt, in quibus quae aſſervanda ſunt colliguntur, donec ſuo tempore inde depromantur. Quo ſenſu Apoſtolus de impiis affirmat eos, θησαυριζειν tanquam theſaurum ſibi congerere et recondere iram in die irae, Rom. ii. 5. Sic hic LXX reddunt כמוס per συνηκται. Senſus ergo eſt, "Deum maleficia Judaeorum cum malis, "quae meruerunt, in theſaurum coacervâſſe, ibique condidiſſe ac "obſignâſſe, donec, opportuno tempore, inde exprompta, in ipſos "effundantur, ut ſic operum ſuorum fructus carpant." Sic Chaldaeus interpretatus eſt, "Nonne omnia opera eorum coram me ma-"nifeſta ſunt, et congregata in diem judicii in theſauris meis." Caeterum theſaurus ille obſignatus dicitur, quo ſignificatur, eum eſſe repletum, et ad plenam menſuram adductum; et calamitatem ultimam, quae reipublicae et eccleſiae Judaicae finem imponeret, Deo nec inſcio, nec invito, ſed ex ejus decreto diu ante formato, et cum prophetis communicato, eventuram. Hoc modo calumniae Paganorum facile retundi potuiſſent: Cum enim a Deo ipſo id jam a longo tempore in poenam Judaeorum eſſet decretum, nihil reliquum erat, ex quo in Dei dedecus rapere poſſent hoſtes. Quod ſi nihilominus non vererentur dicere, "Manus noſtra eſt elata, Jehova hoc non fecit," vel hoc ipſo vaticinio refutarentur, ipſiſque ora obturari poſſent hoc dicto: "An non audiviſtis, me illud a longinquo feciſſe, et a diebus "antiquis illud formâſſe, nunc adduco illud, ut ſitis ad vaſtandum "urbes munitas in acervos nidorum, quo olim Aſſyriorum arrogan-"tiam fregit Deus, apud Jeſ. xxxvii. 26. vid. etiam xlvi. 9. 11." Vid. Cl. Ven. not. ad locum.

(*p*) Vox אֵיד آد proprie de *quovis onere gravi* uſurpatur apud Arabes, et inde ad quaevis infortunia, et calamitates exitiales, facil-

lime

3637. חָשׁ Pro חוּשׁ, Arab. حاش, prop. incitavit, feſtinavit, ipſa radix, ſive praet. 1 ſp. *To haſten.*

3638. עֲתִדוֹת Paratae, pl. f. a עָתִיד paratus, in perpetuum deſtinatus. *Prepared.* Part. paſſ. 1 ſp. formae פָּקִיד. A עָתַד عتد promptus fuit.

3639. VER. 36. אָזְלַת Quod iviſſet, *i. e.* periiſſet potentiâ, 3 ſing. f. praet. 1 ſp. Ab אָזַל ازل prop. lubricus fuit: Hinc, dilapſus abiit eo loco ſine ſpe reditûs. 2. Abiit, deceſſit. *To go, to depart, to periſh* (*q*).

3640. עָצוּר Prop. poteſtate refraenandi et dominandi praeditus; fortis, robuſtus; part. paſſ. 1 ſp. *Strong, mighty.* A עָצַר عصر prop. ſtrinxit, preſſit: Hinc, cohibuit, refraenavit, imperavit (*r*).

3641.

lime transfertur. Plane hic ad *theſaurum* a Deo aggeſtum et obſignatum reſpicitur; illeque, tanquam immenſum aliquod pondus, ipſos oppreſſurus, repraeſentatur, ita ut irae divinae pondere gravati ſint, movendi, et exitiali lapſu dejiciendi: Huc enim vox עתידות *paratae* nos manifeſte ducit, ut ex Jeſ. x. 13. patet. Denique, eſt emphaſis maxima in וחש עתידת feſtinat parata, *i. e.* ſingula parata; quo indicatur, unumquodque malum ex theſauro Dei ordine depromendum, et ſingula in ipſos ſubito effundenda eſſe.—Verbum חש in ſingulari, jungitur cum עתידות in plurali numero: Hinc clariſſimus Clericus fruſtra ruditatem linguae inſimulat; nam talia exempla etiam in aliis linguis apparent.

(*q*) Epilogus cantici a ver. 36. diſtinct. Hebr. ad finem, quo propheta docet caeteros hoſtes eccleſiae chriſtianae, qui ſequentibus mundi et eccleſiae temporibus exiſterent, ſimilem vindictam experturos eſſe.—Tota haecce pericope ad ultimum judicium in Judaeos rebelles, ac eccleſiae hoſtes, pertinere videtur; ita ut graviſſimi judicii neceſſitas et juſtitia novâ ratione, a piorum vindictâ petita confirmetur, et genuinus illius conſpectus, quo Dei vindicis et ultoris perſonam, virtutiſque, luculentiſſime patefaceret, in lucem proferatur, ver. 36. 39. tum ipſa judicii veritas et certitudo, juramento Dei confirmata, in omnium animos infigatur.

Vox אזל ازل ex origine, *contractionem* notare videtur: Hinc, ad anguſtias transfertur; hinc etiam, apud Hebraeos et Chaldaeos, poteſtas *abeundi*, proprie quo quis ſe contrahendo evadit. Sic אזלת יד *abiit manus*, i. e. contraxit ſe manus, brevis vel anguſta facta eſt, quod alias dicitur קצר יד, Num. xi. 13.

(*r*) Vox עצור, ex primigenia poteſtate, is eſt, qui, *preſſus* et *ſtrictus*, vim exerit ac vigorem; aut qui ſucco ac viribus plenus eſt,

ita

3641. Ver. 38. סִתְרָה Latibulum. *An hiding place.* A סָתַר texit, latuit (*s*).

3642. Ver. 42. אַשְׁכִּיר Inebriabo, potare faciam, 1 ſing. m. fut, 5 ſp. הִשְׁכִּיר inebriare fecit. A שָׁכַר prop. obſtruxit

ita ut, accedente *preſſione*, robur demonſtret, et vim exprimat; Propria illa enim ſtringendi et premendi poteſtas apud Arabes in [illegible] ſupereſt; et in ſcriptura non deſunt veſtigia roboris exerti et expreſſi, 2 Chron. xxii. 9. "Domui Achaziae defuiſſe videtur, qui לעצר כח "למלכה vires ad regnandum ſtringere vel exprimere valeret; "vel cui robur ad regnum capeſſendum ſuppeteret." 2 Chron. xiii. 20. "Et tempore Abiae, Jeroboam לא עצר כח עוד viribus amplius non pollebat." Vid. 1 Chron. xxix. 14. Praeterea, a conſtringendi et cohibendi poteſtate, ea imperandi ſeu refraenandi quoque profecta eſt, quae occurrit 1 Sam. ix. 17. "Ecce hic (Saul) "יעצר בעמי imperium obtinebit in populo meo." Sic phraſis occurrit 1 Reg. xiv. 10. xxi. 21. "Et evanuerat עצור ועזוב fortis "aeque ac infirmus, et non erat ſic auxiliator Iſraeli, qui rebus pro-"lapſis auxilium praeſtaret." Vid. etiam 2 Reg. ix. 8. "Achabi do-"mus exſcindenda erat, ut *mingentes* ad parietem, ſeu maſculi, ſive "robuſti et nobiles deficerent, ita ut nullus ſupereſſet, qui res collap-"ſas ſuſtinere potuiſſet."—Porro עציב eſt, viribus exhauſtus, quem vires deſeruerunt, debilis, invalidus: Ita ut ſenſus hoc loco ſit, fortes aeque ac infirmos defuturos, nec ex nobilibus, nec ex ignobilioris conditionis hominibus ſuperfuturum, qui caput objicere poſſet periculis; hominesque cujuſcunque generis, ſive fortes, ſive infirmi ſint, animo et viribus defecti, flacceſcerent, et quaſi crepitu facto exſpirarent et evaneſcerent, inſtar uteri ſive veſicae, effuſo vento vel liquore, quae propria eſt vis אפס et פסס apud Arabes.—Verſus itaque 36. Anglice ſic reddi videtur, "For the Lord ſhall judge his people, "and repent himſelf for his ſervants, when he ſeeth that their "power is gone, and that the mighty man and the weak hath diſ-"appeared." Vid. Venem. not. in locum.

(*s* Vox סתר ejuſmodi velum notat, quo quis clauſus et conditus eſt, tanquam aulaeo regio: Duobus praecipue temporibus, quibus deſperatae videbantur res Judaeorum, Deus ſe velum populi ſui, poſt quod latuit, et ab hoſtium impetu tutus fuit, praeſtitit: Tempore nimirum liberationis ex Ægypto, cum ab Ægyptiis, eos undique prementibus ad mare rubrum, nubes inter Iſraelitas et ipſos media eos defendit et occultavit, Exod. xiv. 20. Necnon cum a Syro Macedonibus undequaque preſſi, miraculoſe *δια την επαρηγουσαν του κυριου σκεπην adjuvans Dei tegmen,* ut loquitur auctor 2 Maccab. xiii. 17. ſunt defenſi. Veriſimillimum eſt ad haec exempla reſpici, maxime cum Judaei a pſeudo-prophetis decepti, ſimile quid, in ultima linea rerum, expectaverint, ſeſe hac ſpe obduraverint contra Romanorum oppugnationes.

obſtruxit ſenſus, mentem. 2. Inebriavit, ebrius fuit. *To drink plentifully, freely* (*t*).

3643. פְּרָעוֹת In regim. pro פְּרָעוֹת pl. f. capilli. *The hairs of the head.* Ut caput capillorum, ſic caput capillatum. *The hairy head.* Alii reddunt, ultiones, retributiones. *Revenges.* A פרע, Arab. فرع; cujus primaria poteſtas ſita eſt in defilatâ, exfilatâ ſerie: Inde transfertur ad omnia quae ordinem ac modum excedunt, vel extra ſeriem abeunt; et ita de comâ diſſolutâ ſumitur, ac quamcunque diſſolutionem et confuſionem comprehendit. Vid. num. 2179. (*u*).

3644.

(*t*) Mirifice genio ſuo in hac loquendi formula indulſit ſibi oriens, non tantum ſitientia et haurientia induxit tela, verum etiam plena, irrigata, ſatura, atque adeo inebriata. Vid. Jeſ. xxxiv. 5. Nihil poteſt eſſe magnificentius et grandius, quam iracundiae et indignationis divinae in hoc loco repraeſentatio: "Nam manum meam in coelos "attollo, et dico, ut ego in aeternum vivo, ita acuam ברק חרבי "gladii mei fulgur, et manus mea arripiet arma judicii; hoſtibus "ultionem mox reddam, eiſque qui me oderunt rependam; inebri-"abo ſagittas meos ſanguine, et gladius meus devorabit carnes, ſan-"guine confeſſorum captorumque de capite capillato inimicorum."

(*u*) Hebraiſmus plane videtur מראש פרעות *a capite comarum inimici*, pro *a comis inimici.* Sic לראש גבר pro capite viri, *i. e.* pro viro, Jud. v. 2. Sic caput circumdantium, *i. e.* vulnerantium, ipſos vulnerantes notat, Pſ. cxl 10. Sic Arabes dicunt, caput capri, pro ipſo capro; caput gregis, pro pecus unum de grege. Caput itaque comarum inimici, inimicum valde commotum notat; vel hoſtem diſſolutiſſime ſe gerentem, omnibus legibus divinis et humanis ſolutum, et cujus omnes res ſunt perturbatae et confuſae.—Secundum clariſſimum Venemam, hoc egregie in Judaeos tempore ultimi excidii convenit: Nulla enim juſti rective norma vigebat; quaecunque enim agebant, ordinem et modum excedebant.—Clariſſimus vero Vitringa putat, hancce prophetiam impletam etiam fuiſſe, praecipue primo loco, eo tempore quo Deus proſecutus eſt Romanos imperatores. Paganos, Maximinianum, Herculium, Galerium, Maxentium, &c. Fuit certe caſus memorabilis, praeſcriptus a Lactantio in libro de mortibus proſecutorum; unde patebit, quanto jure Moſes illos appellet *caput comarum adverſarii.* Erant autem plerique illi, non tantum exteri, illis populis orti, quos Romani *Barbaros* vocant, externâ ſpecie horribiles, magni corporis homines; ſed etiam truculenti tyranni, qui feritatem indolis ſuae, in perſecutionibus adverſus eccleſiam inſtitutis, palam prodiderunt. Vid. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. x. cap. 4. Vid. etiam Vitring. in locum, p. 134.

Alii

3644. VER. 43. הַרְנִינוּ Jubilate, cantare facite, 2 pl. m. imp. 5 ſp. הַרְנִין jubilare, canere fecit. A רָנַן رن ſonum tremulum, tinnulum edidit, clamando, tum orando et cantando. *To ſhout for joy, to ſing* (*v*).

CAPUT XXXIII. VERSUS 2.

3645. הוֹפִיעַ SPlendidius affulſit, illuxit, praet. 5 ſp. A יָפַע ſplenduit radiis vibrantibus. *To irradiate, to ſhine forth as the Sun in his meridian ſplendor* (*w*).

3646.

Alii, denique, פרעות *denudationes* vertunt, ut ſenſus hoc loco ſit, *a capite denudationum hoſtis*, i. e. capite ab hoſte, detractâ galeâ, nudato; vel, ut quidam, *a capite ab hoſte*, detractâ cute cum capillis, *denudato*: Qui mos olim apud Scythas obtinuit, teſte Herodoto, lib. 4. hodieque apud Indos Americanos obtinet.

(*v*) "Excitate, O gentes, ad jubilum populum ejus! vel exclamate prae gaudio gentes cum populo ejus!" nam ſaepe fit ellipſis vocis את vel עם *cum*. Apoſtolus, Rom. xv. 10. per populum intelligit Eccleſiam Chriſtianam collectam ſub initiis oeconomiæ novæ. Illuſtratur porro hicce locus ex Pſ. xlvii. 10. "Principes populorum conveniunt, *ſcil.* gentes cum populo Dei Abrahami, *i. e.* credentibus Judaeorum." Verba haecce, *quia ſanguinem ſervorum ſuorum vindicabit*, graviſſimam illam ultionem ſanguinis prophetarum, quam Dominus noſter hiſce verbis apud Matth. xxiii. 35. Judaeis ſui temporis denuntiavit, notare videntur: "Ut veniat ſuper eos omnis ſanguis juſtus, effuſus ſuper terram, a ſanguine Abelis juſti, uſque ad ſanguinem Zechariae filii Barachiae."—Phraſis וכפר ארמתו notare videtur purgationem terrae, et populi inter Judaeos electi, a ſceleribus, praeſertim in ſanguine innocuo Chriſti et ejus diſcipulorum fuſo, patratis; dein liberationem terrae et populi ab illis malis et poenis, quae, propter illa ſcelera terrae, et populo Judaeorum toti incumbebant. Eſt inſignis locus, Num. xxxv. 33. huncce locum illuſtrans: Agitur de ſanguine innocuo, ab homicida voluntario fuſo, vindicando, et per ejus necem expiando: Ratione a terrae contaminatione petitâ, per innocentis caedem factâ, non niſi morte homicidae tollendâ. Sic verba habent, "Quia ſanguis iſte contaminat terram; neque poteſt expiari terra ob ſanguinem in ea fuſum, niſi ſanguine ejus qui effuderit;" ubi eadem radix כפר pro expiatione terrae per homicidae necem, occurrit.

(*w*) Jehova, Dominus, Angelus, Dei Filius, in nube Iſraelitis praecedens, Exod. xiii. 21. in Sinai venit; nam illic apparuit, et legem

dedit:

3646. רְבָבוֹת Myriades, pl. a רְבָבָה myrias. *A million.* A רָבַב multiplicavit.

3647. אָתָה (Arab. اتى) Tetendit : Hinc ivit, acceſſit, *q. d.* tetendit greſſus, praet. 1 ſp. *To come.*

3648. דָּת F. promulgatio, lex, edictum, *A law, an edict.* Radix vero eſt incerta. Quidam volunt eſſe a דָּתָה promulgavit. Doctiſſ. Simonis vult eſſe per aphaereſin, pro יְדַת, a ponendo. A יָדָה poſuit.

3649. Ver. 3. חֹבֵב Fovens, diligens, part. praeſ. (vel praet. 3 ſp. formae קוֹמֵם) 1 ſp. A חָבַב حبب prop. fovit omni amoris teneritudine, ſinu geſtavit: Hinc ad amorem flagrantem transfertur, dilexit, arſit amore. *To cheriſh, to love affectionately* (*x*).

3650.

dedit : Ex Seire ortus eſt, ubi multis morſu ſerpentum vulneratis, erecto aeneo ſerpente ſubvenit : Apparuit, et effulgere fecit gloriam ſuam ex monte Paran, quando motâ nube profecti ſunt Iſraelitae e vicinia Idumæae, in qua mons Seir, Num. xxi. 4. et venit מרבבית cum myriadibus Sanctis, *i. e.* cum Iſraelitis, ſecundum quoſdam interpretes. Sed potius vertendum, e myriadibus Sanctis, *ſcil.* e coelo, ubi revera innumeri Angeli et Sancti ei inſerviunt, et eum adorant, Dan. vii. 10. eoſque *Sanctos myriades* vocat Judas apoſtolus, ver. 15. Huc reſpicit Pſ. lxviii. 17. etiam Job, xxxiii. 23.——A dextrâ ipſius datus eſt ignis legis illis : Enim למו relatum ad myriades Sanctos, *i. e.* Angelos, eundem ſenſum habebit, ac ea quae dicunt legem per Angelos datam fuiſſe, Act. vii. 3. Heb. ii. 2.—Clariſſimus Clericus vult דת hic ſignificare, *edictum* caſtrorum movendorum, cum nubes noctu ignea a tentorio recedebat.—Fictio mera eſt virorum doctorum, aſſeverare hancce vocem דת eſſe Chaldaicam ; nam procul omni dubio Moſes Hebraice ſcripſit : Fatendum tamen eſt, radicem ejus non tam certam eſſe, quum nulla lux ex dialectis orientalibus adhuc nobis hic affulſit.

(*x*) Doctiſſ. Lowth. cujus praelectiones de Poeſi Hebraeorum jure ſaepius laudavimus, optime obſervavit, in hac linguae Hebrææ vetuſtate atque anguſtiis de vocibus peregrinis, quae in Hebraeorum poeſi occurrunt, haud licere fidenter pronuntiare : " Cum fieri poſ" ſit, ut quae pro Chaldaeis (puta) vulgo habentur, fuerint fortaſſe " utrique linguae communes." Hoc veriſimillimum videtur. Addit tamen vir doctiſſimus, " Ecce autem Moſes ipſe in exordio ſupre" mae benedictionis, Deut. xxxiii. Nonne Chaldaiſmum ſaepius ad" miſit ? Quid אתה ? Quid חבב et formâ et notione Chaldaicum." Sed veniâ tanti viri haec vera eſſe vix videmus ; Fatendum quidem

eſt,

3650. תֻּכּוּ Effulti ſunt ad pedes tuos, *i. e.* aſſident diſcipuli, accumbunt convivae, 3 pl. m. praet. 4 ſp. A תָּכָה تكى (ultima Waw et He) prop. fulcivit, ſuffulcivit. 2. Accubuit, diſcubuit. *To ſit down, as at the feet of a maſter, in order to receive inſtruction.*

3651. מִדַּבְּרֹתֶיךָ Pl. a דַּבֶּרֶת f. ſermo, dictio frequens. *A word, an inſtruction.* A 3 ſp. ſive Pih. דִּבֵּר frequenter, diligenter locutus eſt. Vid. num. 1738.

3652. Ver. 5. בְּהִתְאַסֵּף Semet colligere, inf. 7 ſp. Ab אָסַף collegit. *To gather, to aſſemble.* Vid. n. 1418.

3653. Ver. 6. מְתָיו Sodales ejus, ex aff. ו et מְתִים pl. m. ſodales, ſodalitate juncti, homines in eâdem ſocietate juncti. *Companions, aſſociates.* A מָתָה متى tetendit; Arabicè etiam مطا extendit, ſocium ſe amico junxit (y).

3654.

eſt, radicem חבב nondum apparere in ullo alio loco, niſi in derivato ſuo, Job. xxxi. 33. ubi בְּחֻבִּי עֲוֹנִי *condendo in ſinum meum, pravitatem meam:* Contra analogiam linguae Hebraicae, novimus, hanc vocem derivari, a quibuſdam viris doctis, a חבא vel חבה occuluit. Vid. Doct. Schultenſium in locum.—Sed non omnino videtur eſſe argumentum חבב non eſſe civitatis Hebraicae, quoniam ſemel tantum occurrit: Aliae enim ſunt voces verè Hebraicae, quae etiam ſemel tantum apparent in Vetere Teſtamento. Extat quidem חבב apud Chaldaeos, Syros, et Arabes; et hoc argumentum eſt, illam vocem, vivâ linguâ Hebraicâ, etiam apud Hebraeos extitiſſe, quum hae dialecti ſunt vel filiae linguae Hebraeae, vel ſaltem unam tantum linguam cum Hebraeâ formant, ut variae dialecti linguae Graecae unam linguam conſtituunt—Praeterea, ex lingua Arabica, quae ſemper viguit incorrupta et intemerata, apparet حبب חבב proprie notare, *fovere omni amoris teneritudine, et cum afflatu quo amor excitatur;* ſinu geſtare aptiſſimam eſſe vocem ad exprimendum amorem Jehovae, hominum ſane amatorem, qui, etſi Deus, tamen inter homines verſari non dedignatus eſt; et qui, cum promulgaret una cum patre legem quae iram operatur, Rom. iv. 15. non depoſuerat voluntatem et amorem ſponſoris, quo ab aeterno poſtulavit ſibi gentes dari in haereditatem, et pro iis aeterno ſpiritu ſe obtulit immaculatum patri, Heb. vii. 22. ix. 14. Vid. Doct. Lowthi de Poeſ. Sacr. Hebr. p. 29.

(y) " Vivat Reuben, et ne moriatur, *i. e.* nunquam ea tribus in" tereidat, ne ſit (ſubauditur enim negatio praecedens אל more He" braeorum,

3654. Ver. 7. רָב Litigans, contendens, part. praeſ. vel poteſt eſſe perf. contracte pro רוֹב 1 ſp. A רוב vel ריב, Arab. راب, colliſit, contendit. *To ſtrive, to contend.* Vulgo vero רָב redditur magnus, multus, ſufficiens. A רָבַב magnus fuit (z).

3655. Ver. 12. יְדִיד (Arab. وديد) Dilectus. *Beloved.* Part. paſſ. 1 ſp. formae פָּקִיד. A יָדַד ودّ, dilexit (a).

“ braeorum, ut in aliis locis, 2 Sam. i. 21. Pſ. xxvi. 9. Prov. vi. 4.) “ parvus numero, *i. e.* Ne ſint ſodales ejus pauci numero.” Optat hic Moſes, ut tribus Reuben viveret et floreret, et ut ſuperſtes maneret, et inſtar reliquarum tribuum multiplicaretur. Reubenitas multitudine, et opum copiâ, celebres fuiſſe in medio Iſraelis, ex recenſione in deſerto factâ, patet. Caeterum mirum eſt, in hac benedictione, mentionem non fieri tribûs Simeonis, quae prae caeteris ea indigere videbatur, utpote valde imminuta in deſerto: Eam igitur hoc loco ſupplent LXX, ſecundum Cod. Alexandrinum, et cum Reubene, cui natalibus proximus fuit Simeon, conjungunt hoc modo, “ Και Συμεων εστω πολυς εν αριθμῷ;” ut Zebulon et Iſſachar conjunguntur ver. 18. Sed alii eam tribum ſub benedictione tribûs Judae ſubintelligunt, intra cujus terminos illa haereditatem ſortita eſt, Joſh. xix. 1. 9. Et hoc magis probabile videtur, quod tribus Simeon conjuncta erat cum tribu Judae in hiſce bellis contra Canaanaeos, in quibus auxilium divinum imploratum eſt cauſâ Judae a Moſe.

(z) Viri docti, qui vocem רב deducunt a רבב, ſic vertunt, manus ejus ſatis erint, vel ſufficient illi: Hi vero, qui רב a רוב *contendit,* derivant, hoc modo vertunt, *manibus ſuis erit contendens pro ſe;* vel potius, *manus ipſius, patronus* (contendens) *ipſi, et auxilium ab hoſtibus ejus, ſias.* Anglicè ſic: “ Be thou as hands *to him,* his de“ fender, and his help from his enemies.” Plane apparet, vocem רב hancce ſignificationem habere, הרוב רב ישראל *Num ille unquam contendendo contendit cum Iſraele,* Jud. xi. 25. vid. etiam Iſa. xix. 20. et Vitring. ibidem.—In ver. 11. occurrit phraſis ומשנאיו מן יקומון, et odio habentium eum non reſurgant: Ita ut מן negativum videtur eſſe ante futurum; quod non infrequens eſt ante nomina et infinitivos. Doctiſſ. vero Cocceius ſubintelligit אשר ex quo ſurrexerint, ut Pſ. xlv. 9.

(a) Cum enim Joſeph cum tauro, Juda cum leone, comparetur, Benjamini in eorum medio anguſtiorem tractum habitanti, lupi ſimile aptiſſime datur; duabus enim hiſce potentiſſimis tribubus cinctus et munitus, tutiſſimus erat, quo tanquam lupus in luſtro ſecure potuiſſet recubare, quod hic intendi videtur, ubi ſecure, et inter humeros Dei, recubare dicitur. Vid. num. 2085, et not. (m). Hae

fortiſſimae

